

& Hiricanum majorem, cui propter etatem Imperium debebatur, privatum manere. Apud Aegyptios quoque hunc etiam morem fuisse constat, ut primogenitus ceteris anteponetur in Imperio. Quod liquidum scriptum est Exod. c. 11. Media nocte ingrediar in Aegyptum, & morietur omne primogenitum in terra Aegyptiorum à primogenito Pharaonis qui sedet in solio ejus, usque ad primogenitum ancilla, ita sanè illum locum Lyranus ibi interpretatur, id ipsum & Paulianas l. 1. ac Justinianus l. 19. & l. 39. scriptum reliquerunt. Quin & Herodotus in Polyhymnia afferat, apud universos homines institutum fuisse, ut maximus natu liberorum obtineret principatum; quod & ex nostris tradidere Bald. in l. ex hoc jure. col. 2. ff. de justit. & jure. gloss. Hostiens. & Doct. in d. e. licet. & in c. grandi, de suppl. neglig. prælat. in 6. Alberic. in proem. ff. §. discipuli, & plerique alij, quorum diligentissime Tiraquellus meminit in dicta præfat. n. 32.

<sup>4</sup> Sed & consuetudinem hanc, qua regna, & principatus successione potius, quam electione primogenitum deferuntur utilem esse valde, & reipublica omnino conducere magis quidem, quam convenienter ipsa principum electio, probat ex multis Joan. Cirier. lib. 2. de primogenitura. q. 14. post Cardinalem † à Turre-Cremata, & Præposit. in d. c. Moyses. 8. q. 1. Aegidium Romanum lib. 3. de regimine princ. 5. August. & Anchona in tractat. de potesta. Ecclesia. q. 35. art. 7. disputat amplè Buridanus super Aristotelem. 3. lib. Polit. q. 23. Eamdem consuetudinem laudat, & scrit optimam esse Joannes de Terra Rubea, in 1. tract. contra rebelles, art. 1. concl. 4.

¶ Verum Aristoteles ipse lib. 3. Politicorum. cap. 10. & 11. palam assertus præstantius esse, quod regna suffragis populorum, eorumque voluntate deferantur, quam quod hereditaria sint, quasi illa sint verè Regia imperia: hec verò tyrannica, & herilia barbaris gentibus propria. Addit tamen cap. 10. quoddam esse regni genus, quo regna Heroicorum temporum voluntaria, hereditariaque ex lege continentur. Primi enim voluntate populorum, quos artibus, aut bello demeruerint, seu dispersos in unum congregassent, vel agros, sedesque ad habitandum tribuissent, Reges siebant: eademque regna posteris hereditario jure tradebantur. Hac Aristoteles à qualibet primum deducere, initio quidem communitatum & eo tempore, quo homines coeperunt civili ratione in unum convenire locum, regna electione, non successione delata fuisse. Quod nos paulò ante adnotavimus. Deinde ex eodem apparat, hanc quartam conclusionem maximè probare admittere regna hereditaria, quæ tyrannica non sint, nec barbara, sed ab initio, & origine populorum voluntate delata: postea vel expressio, vel tacito consensu eorumdem, moribus vel lege facta sint hereditaria.

<sup>5</sup> Quinta conclusio: Ex tribus rerum publicarum speciebus Aristocracia scilicet, Democratio, † & Regno. hoc ultimum omnium est præstantissimum. Hujus assertionis auctor mihi videtur Aristoteles lib. 3. Politicorum, c. 10. & seq. camque eleganti oratione probat Isocrates de dignitate Regni: ex quo multa hac in te, & ex aliis auctoribus adducit Joannes Stobæus in serm. 45. qui eamdem sententiam elegit. Eamdem priorem esse censet Plutarch. libello de tribus Reipublicæ generibus. His admodum suffragatur Plato in libro civili, vel de regno & in Dial. 8. de republica. Apud Herodotum Darius pulchra oratione contendit unius regnum præstare: siquidem ex plurim etiam optimatum gubernatione, odia, seditiones, caedes ori, quod quisque princeps esse, sua sententia, alios vincere optet. Cornelius Tacitus lib. 17. pacis interfusse dicit, omnia in

unum conferri. Etenim commodius, ac pacatius res per unum, quam per multos geritur & expeditur, text. optimus in l. 3. §. apparel. ff. de administrat. tutor. l. 2. §. novissimè. ff. de orig. jur. ubi Accurs. Bal. & Alberic. ac post eos Ant. Corset. in tract. de excellen. Regis. q. 74. hanc quintam conclusionem tenent. Eadem Regia partitarum lege multis rationibus stabilitur in l. 1. 5. & 7. sit. 1. Partita. 2. plura congerit Patrius titul. 3. de regno & regis institutione, idem de institutione Reipublica. 1. Et ne quis contendat Aristot. in d. c. 12. l. 3. Polit. nobis adversari, ac Aristocratiæ Rempublicam Regiæ præstulisse: illud libenter admoneo, hac in parte nos Regem illum laudibus efferre, qui à senioribus & probatissimis vitis minimè dissentiat, cuncta libera & absoluta voluntate ac libidine asturus; imò ab his, dum leges condere velit, aliaque in Reipublicæ utilitatem expedire, sententiam petat, cum his de rebus publicis consulter, ac deliberet. Alioqui facile Princeps unus, & Rex in tyrannidem labitur & ideò postponendus erit Aristocratiæ, quæ certis, optimisque legibus instituta, ac temperata fuerit. Igitur ceteris paribus Regia Respublika præferenda est Aristocratiæ. Hæc verò rectè instituta potior erit Regia potestate, quæ mera & absolute sit: quod ipse Aristoteles ostendit ac demonstrat.

Aegyptii, primi omnium, teste Plino libro 7. c. 56. regium principatum habuerunt, quippe qui, ut ait Herodotus, nullo temperis momento poterant sine Rege vivere. Apud eos primus regnavit Menes auctores hujus rei sunt Herodotus in 2. & Diodorus in 1. à quibus hoc accepit Polydorus lib. 2. de inventoribus rerum. c. 2. Constat etenim ex sacris Bibliis, Aegyptiorum regnum vetustissimum esse, cum mentio fiat. Genesis c. 39. Pharaonis, id est Regis Aegypti: hoce quidem nomine illi appellantur, quia ea vox Reges significat: ut Josephus scribit lib. 8. Antiquitatum, c. 6. quo in loco tradit primum Aegyptiorum Regem Mineum dictum, qui Memphin ædificavit, ac multis annis Abraham præcesserit. Minem vero intelligit Josephus eum, quem Menem alij dixerit: cum & ipse Herodotum citet. Sed & Pharaonum mentio fit Genesis c. 12. & 13. atque item à Josepho lib. 1. Antiquitat. cap. 16. de his poterit lector plura petere ab Eusebio, Berofo, & Manethone, atque item à Joanne Lucido lib. 5. de temporibus.

¶ Sexta conclusio: Regia potestas, † exterorumque principum civilis auctoritas, non hominum est inventum, sed ab ipso Deo per legem naturalem, quæ suæ sempiternæ participatio est: sanctissima fuit ordinatio. Hæc conclusio probatur ex his rationibus, quas in prima hujus capituli conclusione nos tradidimus. Civilis etenim potestas naturæ, & Dei ordinatio est, ad humanum convictum, & humani generis conservationem necessaria omnino. Nam etiam si Respublike & populi jus habuerint naturali ratione creandi principes, & reges, quia tamen hoc fecerunt divini erudit, publica hæc ac civilis potestas, Dei ordinatio dicitur, ideò Paulus ad Rom. 13. inquit: Omnis anima potestatis sublimioribus subditus est. Non est enim potestas nisi à Deo. Que autem sunt à Deo ordinata sunt. Itaque qui potestati resistit, Dei ordinatio resistit. Et iterum ad Titum 3. Admone illos principibus, & potestati subditos esse. Sic Christus ait ad Pilatum: Non haberes potestatem adversum me ullam, nisi tibi datum esset de super. Vnde etsi in primordiis Ecclesiæ, omnes ferme principes essent infideles, præcepit nihilominus Petrus Christianis, 1. Petr. c. 2. ut subjecti essent omni humano creaturæ, propter Dominum sive Regi: inquit, quasi præcellenti, & Proverb. c. 8. scriptum est, Per me Reges regnant & legum conditores iusta decernunt. cap. quo jure. 8. distinct. auth. de instr. cant. & fi-

**S**ide collat. 6. & in auth. quomodo oporteat Episop. Quibus probatur, imperium, & principatum à Deo esse constituta. Hæc tamen intelligenda sunt in hoc quidem sensu, quod civilis potestas à Deo procedat mediare, quippe quæ ab ipsamet Repub. mediante lege naturæ, electione, aut consensu populorum constitutatur. Non sic spiritualis potestas, cum hæc à Deo ipso supernaturaliter immediate processerit. Nam etsi aliquot reges, nempe Saulem & Davidem divino iure positivo Deus instituerit, præordinaverat tamen iure naturæ, ut alii à Republica eligerentur. Qua ratione Reges à Deo dicuntur potestatem habere text. opt. in l. 7. tit. 1. part. 2. idcirco semel constituta regia potestate, sive libera populorum, & reipublicæ electione, sive lege lata, seu moribus in jus successionis hæreditatiæ translata, non potest per Rempub. Rex regno expoliari; nisi is fuerit in gravissimam tyrannidem lapsus. De quo non satis digne tractat Cor. in tract. de excell. Regis q. 3. tametsi aliquot auctores nominam citaverit, qui hanc questionem attrigerunt. Sed hæc principalis sexta assertio probatur diligentè à Dominico Soto lib. 4. de just. & jur. q. 4. art. 1. His adde text. opt. in l. 10. tit. 1. ad si 2. part.

**S**eptima conclusio: Eriamini olim in Hispaniarum Monarchia Gothorum Reges non jure primogeniturae, nec gentilitate successionis à Magnatibus & populo, qui regno digni videbantur, eligerentur: post Arabum tamen, & Maurorum invasionem, ipso Rege Pelagio mortuo, ejus posteri jure hæreditatio primogeniti, annos jam octingentes f continebant successione Castellæ regnum obtinuerant & justissime obtinenter. Prior hujus conclusionis pars constat ex canone tertio Concilii Tolerani quinti: *Si quis, inquit, ad Regia majestatis ambit pervenire fastigia, quem nec electio omnium preficit, nec Gothicæ gentis nobilitas ad hunc apicem trahit, su consortio Catholicorum privatus, & divino anathemate condemnatus.* Hæc Tolerana synodus, quæ satis comprobatur multis Gothicæ historiæ testimoniis. Nam & ipse Pelagius primus post cladem illam insignem, ac maximè luendam Rex, ut vir fortissimus à Gothis, qui apud Cantabros & Astures vastationi Maurorum supererant, princeps ejus gentis electus fuit. Sed & posterior pars appetet ex eo, quod statim fere post Pelagium Castellanæ Reipublicæ regnum ipsis regum primogenitis in hanc usque diem delatum est, & ideo tacitus Gothicæ, & populorum consensus, ubi alia deficerent iura, hoc jus regnandi justissimum & æquissimum faceret. Sed & lege id ipsum constitutissimum fit: *lex quidem l. tit. 15. part. 2. tradit de regno Castellanæ, Panorm. in consil. 85. lib. 1. & de Regib. Hispaniarum idem tradidere Oldrad. consil. 94. & seqq. Item consil. 232. Albertic. in l. donationis, quas C. de donat. inter vir. & uxorem. Card. Alex. in c. jus naturale. colum. 3. 1. distinct. Paul Castr. in consil. 164. libro. 2. Decis. consil. 397. colum. 2. & plerique alii, quorum meminit Andt. Titaq. in tract. de primogenitis in ipsa prefatione. 4. Qui longe rem istam discentit totius fere orbis consuetudines huic similes adducens. Sed & Joan. Cirier. lib. 2. de primogenitura. q. 13. ad idem jus multa congerit, quæ ad hujus legis & consuetudinis iustitiam pertinere videntur. Nam & Franciscus Patricius homo doctus & diligens in hisce rebus pericratandis lib. 9. de regno. tit. 22. inquit, *qas natura exigit, & ventum consuetudo confirmat, ut maximus natus ex filiis mortuorum Regi succedat.* Nos item in hujus capituli conclusione quarta, hujus consuetudinis cohereditatis mentionem fecimus, quæ denique iuri naturali in hoc plurimum convenit, quod ubi regnum successione, & sanguinis iure*

Didaci Covarr. Tom. II.

obtinendum est, id uni filiorum primogenito, ac natu maximo deferit. Apud Gallos idem moris obtinuit, quemadmodum Tiraquell. ipse refert, Joan. Cirier in d. 13. Joan. à Rubeain i. tractatu contra rebelles. art. 1. conclus. 4. sequ. Petrus Jacob. in titul. de success. regn. Francie. col. 3. Andr. Isern. in c. 1. §. præterea ducatus de prohib. fœd. alien. per Frederic. consil. 445. Matth. de Afflict. decisio. Neapol. 119. Oldrad. consil. 224. Angel. consil. 287. cuius origo ad leges Salicas referenda est. Leges autem Salicæ f latæ fuerunt sub Pharamundo primo Francorum Rege circa annum Domini quadragesimum vigilium quintum: & fuerunt responsa quædam, & judicia aulicorum qui oriundi erant à Saliis Alpinis populis ut censem Balduin, in prolegomenis pag. 101. de lege Salica ita scribit Paul. Æmilius de gestis Francorum in Philippo Longo, legis Salicæ verba hæc itidem recitans: *In terram Salicam mulieres ne succedant. Terram Salicam, regnumque Francicum interpretabantur. Salios Francorum gentem fuisse Ammianus Marcellinus refert Juliani Augusti, qui res in Gallia gessit, comes ac suorum temporum scriptor.* Hæc Paulus Æmilius libro octavo qui & Saliorum meminit paulò post in Caroli Pulchri vita, idem in libro secundo sub Carolo Magno tradit, Salios Francos initio dictos fuisse à Sala flumine, qui prope Albim labitur. Locus Marcellini est lib. 17. *Quibus, inquit, paratis pete primos omnium Francos, eos videlicet, quos consuetudo Salios appellavit, auros olim in Romano solo apud Toxandrium lacum habitacula sibi figere, predicentur.* B. Rhen. lib. 2. rerum Germanicarum leg. s alias Francorum refert, & inquit, *Ipsi Franci nunc Salicam legem, nunc Gombetam preferebant. Salici Franci majus privilegium habebant. Nam solidum duodecim denariorum pro multa solverebant, Si Frisius, aut Saxon offendisset Salicum Francum quadraginta denariorum solidi multabatur.* Haec Rhenanus, Joan. Ferrar. in leg. 2. ff. de regul. jur. legem Salicam ex eodem existimat, quod Pharamundus Salicus eam tulit. Pharamundum vero Salicum appellat, ex eo quod Francis, qui Salii dicti fuerunt, jussa dederit. Eamdem interpretationem probat Carolus Molina. in consuet. Parisiens. titul. 1. §. 16. Rufus & Beatus Rhenanus lib. 1. rerum Germanicarum. Claudi locum Stiliconem effusè laudantis exponens ex prima Panegyri:

*Abenumque minacem  
Cornibus infractis adeo mitescere cogis,  
Ut Salius jam rura colat.*

Inquit Poëta, Salii nomine Francum intelligi ex Ammiano Marcellino, licet in vulgatis codicibus pro Salius Suevus indecè substitutus fuerit, & addit: *Vna sanè præstans Francorum natio Salinges à Sala fluvio se nuncuparunt.* Hæc ipse. Sic Andt. Alciat. lib. 2. disputet. cap. 2. legem Salicam dictam esse scribit à Salis, qui & Franci fuerunt, unde & Sidonius Apollinaris.

Salius pede, falce Gelonus.

Ex quibus ipse censeo, legem Salicam dictam fuisse à Salis, quos itidem opinor Francorum fuisse nationem, & gentem quandam apud eos nobilitate, prudentia, & virtute præstantiorem ceteris Francorum populis. Legis etiam Salicæ mentio fit in cap. 1. de filiis natis ex matri. ad Morganaticam contracção. Quanobrem ethi de lege Salica, quæ fœminas à regni successione exclusit, latè & optimè disputaverit Pyrrhus post Aurelianenses consuetudines, ejus tamen originem visus est ignorasse, etiam si caute de ejus initio dixerit Pharamundum prius accitis

T t 3

proce-

proceribus, nec citra maturum consilium Salicam legem tulisse, ut ab optimis legibus sanctissima regni auctoritas captaret: quia n vel sale rectaque ratione, vel à Salica terra, vel à Salis sacerdotibus id est, à generali, sapientibusque viris conditam, vel undecimque licet Salicam veteres, & nos eorum legibus adscripti nominamus. Sic & Guaginus lib. 1. scribit Pharamundum quatuor ex Sycambbris spectatores proceres se legisse qui populo legem ferrent. Vlogastum, Lologastum, Sologastum & Visogastum, eodemque legem tulisse communigenitus, & procerum auctoritate fietos: eamque à Pharamundo promulgatam à loco, ubi condita fuit, dictam fuisse Salicam.

¶ Octava conclusio: † In Castellana Repub. tota civilis potestas & jurisdictione penes ipsum solum Regem est, ab eoque derivatur in alios. Hoc planè cuilibet manifestum erit, si diligenti usus collectione percepit ex proximè traditis civilem potestatem & jurisdictionem, quæ jure ipso naturali, & gentium penes Rempublicam, id est, apud ipsam populorum, & hominum societatem, existit, in hoc regni Castellani principatu, vel expresso, vel tacito Reipublicæ totius consensu ab initio, electione deinde observatissima ab octogenitis annis consuetudines gentilitiae successionis, ac primogeniti jure translatam esse. Sed & legibus Regiis hæc eadem conclusio constat, videlicet l. 2. 5. 6. 7. & 8. tit. 1. par. 2. l. 18. tit. 4. l. 18. 19. & 20. tit. 23. part. 3. rursus l. 9. tit. 4. ead. par. l. 4. tit. 1. lib. 2. l. 1. tit. 1. lib. 3. ord. (& l. 1. 2. tit. 1. l. 4. Recop.) Jure autem communi Romanorum idem appetet auctoritate l. 1. ff. de const. pr. & his omnibus quæ ad probationem tertiae conclusionis tradidimus, tandem multa hoc in loco missa faciam, vel ex eo, quod constitutissimum sit quod in hac parte asseveravimus: cum ejus rei causa prænotatas conclusiones hoc in c. instruxerimus. Sed & hanc conclusionem multis comprobat, & diligentissimè extendit Pet. Nanius Avendanius in tract. de mandatis Recop. exequendis c. 1. Primum eis deducitur, ad eum esse certum, totam civilem potestatem & jurisdictionem apud Regem esse, ab eoque in singulis totius regni civitatibus, villis, castis, & oppidis exercendam fore, ut qui dixerit, se jurisdictionem aliquam habere, aliquo in loco, civitate, vel villa exercendam, id planè optimè probare debeat, si velit obtinere, aliqui succumbet ex sola præsumptione juris, quæ Regi omnino suffragatur; quemadmodum probatur l. 4. tit. 1. lib. 2. l. 1. tit. 1. & l. ult. tit. 13. lib. 3. ordin. l. 2. & 8. tit. 1. par. 2. c. 1. & ibi Bald. quæ sint regalia text. in auth. defens. civita. l. deprecatio. ff. ad leg. Rhod. de jact notant Joan. Lupi. in c. per vestras de donat. inter vir. & uxor. 2. notab. §. 1. num. 43. Roderic. Zuaras allegat. n. 7. col. 2. text. opt. in c. cum persona, de privile. in 6. Bald. in tit. de pace const. in prin. col. 6. Matth. de Afflict. in const. Neapol. quest. 6. præludiorum. Idem post Isern. ibi qu. 3. nos item id probavimus in regula possessor. §. 3. statim citando.

¶ Secundò hinc appetet, posse in his Castellæ regnis jurisdictionem alicui nobili competere, & ab eo in aliquo territorio, aut villa, vel oppido exerceri speciali jure, privilegi videlicet à Principe concessi, vel præscriptionis juxta leges Regias vim & auctoritatem obtinens. Etenim de jurisdictione, quod ea possit usucapione, & præscriptione adquiri; nos latè probavimus in relectione reg. possess. de reg. jur. in 6. 2. par. §. 3. ubi ostendimus posse jurisdictionem simplicem, merum & mixtum imperium præscriptione adquiri, etiam lege Regia: modò semper excepta sic apud regem supremam illa jurisdictione, quæ vetere Regia est, & ad Regem

querelas, & appellantium causas, ut summum principem defeat. Hæc siquidem præscriptio cum à Regia lege vim capiat, ipsius itidem consensu principis, sa tem tacito, jurisdictionem tribuit: idcirco & hæc jurisdictione præscriptione adquisita ab ipso Rege derivatur.

¶ Tertio deducitur inde, posse à Rege speciali privilegio & titulo jurisdictionem, merum, ac mixtum imperium alicui concedi in aliqua civitate, villa, vel oppido, aut territorio exercendum. Quod multis constat, & maximè in legibus Regiis, quæ ad hujus octavæ conclusionis probationem tuere adducuntur. Cujus eodem rei indagandæ causa subjiciam aliquot conclusiones, quas apertissimè præcedentibus convenienter non temere sum opinatus.

¶ Nona conclusio: Concesso Castro, † territorium, & jurisdictione, quæ Castro annexa sub dominio disponentis erat tempore concessionis, data itidem consentur. Hujus opinionis auctores sunt Bald. in c. 1. de capit. qui curi. vend. col. 3. & col. ult. idem in l. cum multa, C. de bon. que lib. & in l. 1. §. in initio colum. 1. ubi Bart. in §. cum urbem, ff. de offic. prefec. urb. Anch. in regu. accessorium de reg. jur. in 6. in fin. 3. quest. pr. Cotset. in tract. de excell. regis, qu. 5. Paul. Castr. conf. 406. col. 2. lib. 2. Bart. in l. inter eos ff. de acquir. rer. domin. sensit Innoc. in c. cum ad sedem. de restit. spoliat. & in ex litteris de jure patron. ubi Hostiens. Ioan. Andr. & alii ex ea decisione idem videntur collegisse. Est ad hoc textus elegans in d. §. cum urbem. Nam etiam si inibi tractetur de simplici commissione jurisdictionis facta ad utilitatem publicam, & ad Reipublicæ regimen: omnium tamen consensu idem traditur in concessione, quæ à principe fit, privilegii, venditionis, aut beneficii titulo, propter eamdem rationem ex eo deducuntur; quod hæc omnia Castro adhærent, & accessoria sunt. Idem probant Roder. Zuaras in d. allegat. 7. colum. 3. & 4. Carol. Molin. in consuet. Paris. tit. 1. §. 1. gloss. 5. n. 47. Paul. Parisi. conf. 10. lib. 1. num. 16. ex quibus ipse opinor hanc esse communem opinionem, quæ obtinet, & in hunc sensum, ut etiam merum, ac mixtum imperium, exceptis regalibus in hanc concessionem veniunt, quemadmodum in specie tenent Bart. in d. §. cum urb. idem in l. si quando, in 1. Cod. de bonis vac. lib. 10. Bald. in dict. l. cum multa. Car. Mol. & Paris. ac Roder. Zuaras paulò ante citatis in d. & omnes, quibus hæc nona conclusio placet, ad extensionem istam optimè possunt adduci: sed & Fel. in c. quod sedes de offic. ordin. hoc ipsum sequitur, notant Doct. l. ult. ff. de const. princ. maximè Bald. & Alberic. Oldrad. conf. 252. Lud. Roman. conf. 444. multi quos refert & sequitur Alex. in l. 1. num. 33. de jurisd. omn. jud. Nec oberrunt huic conclusioni, quæ solent adduci jurisdictionis concessione: nam ut in hac disputatione congrua fiat distinctione, & tollantur multa, quæ solent eam difficulter reddere, sequentem exponam conclusionem, illud præmittens, jurisdictionem, & mixtum imperium, alicui civitati, castro vel oppido adhærente, non tantum cum ea exercenda sunt ab ipsomet populo, seu à magistratibus ejusdem, sed & cum jurisdictione, merum & mixtum imperium saltem materialiter & passim civitati accessoria sunt ibidem ab alio exercenda, ut ipsius loci domino, & principe immediato, qui illius populi, & communitatis nomine, imperio & jurisdictione utitur. Quasi secus sit dicendum quoties alicui castro jurisdictione plenè passim accessoria est, ut alterius communitatis membro, cui castrum illud subditur, ut capiti, & quo regitur & gubernatur. Quod ipse censeo Bart. sensisse in d. l. inter ff. de acq. rer. do. simul & int. l. ff. de jurisd. omn. jud. Carol. Molin. in d. gl. 5. num. 45. & 48. Sic sanè vulgo dicimus, Hoc Castrum habet jurisdictionem; cum nulli communitati, aut civitati subditum est,

est, quoad primam causarum criminalium, & ci-  
vium cognitionem: tametsi hæc ipsa jurisdictione exer-  
cenda sit per Regium præfectum, aut sanè per ali-  
quem nobilem, Dacem, Comitem, aut Marchio-  
nem, qui ejusdem loci dominus sit.

¶ Decima conclusio: Concesso castro, cui nulla  
adhæret jurisdictione, nec mixtum imperium (quia  
quantum ad hæc, civitati, villa, aut comitatui sub-  
jicitur) non censetur ulla translata jurisdictione, ta-  
metsi princeps, qui concedit, eam, ut princeps alio-  
qui habeat ibidem. Hanc assertionem probamus ex  
eo quod jurisdictione hac in specie minimè adhæret  
rei concessæ; nec ei accessoria sit; atque ideo ma-  
net hoc Castrum sub jurisdictione illius civitatis, cui  
priùs adhærebat, censeturque quantum ad propri-  
tatem absque jurisdictione concessum. Qua ratio-  
ne qui obtinet Castrum intra fines, & limites ali-  
cujus civitatis territorium habentis, nisi probet à  
princepe expressim sibi fuisse illius Castrum jurisdictionem  
concessam, nequaquam quo ad eam obtinebit,  
sed erit Castrum dominus quoad proprietatem; cùm  
nihil habeat commune proprietas prædiorum cum  
jurisdictione: sicuti ipse tradidi in reg. peccatum, de  
reg. jur. lib. 6. 2. part. §. 9. n. 8. ex Soc. conf. 15. &  
conf. 95. col. 4. lib. 3. & cod. in l. 1. n. 27. ff. de acq.  
poss. l. 10. tit. 29. part. 2. l. 4. 5. & 9. tit. 28. part. 3.  
Venique in specie hanc decimam conclusionem de-  
duximus ex Bald. in c. à procuratore, C. mandat. &  
in rubr. ff. de rer. divis. col. 3. & in c. unico, §. ult. quib.  
mod. amit. & ibi Alvari. & Bald. conf. 238. lib. 4.  
Oldr. conf. 176. Rom. conf. 444. Bart. in conf. 39. & in l.  
1. ad fin. atque ibidem Curt. Jun. col. ult. ff. de jurisf.  
omn. jud. qui afferit hanc opinionem communem  
esse; quam etiam sensere Jas. conf. 146. lib. 2. in 5.  
fundam, 2. par. Bald. in c. 1. de cap. qui cur. vend. &  
c. 1. nu. 2. de feudo March. Guliel. Bened. inc. Raynu-  
tius, de test. in verb. & uxor nomine Adelasiæ, 2. de-  
cis. n. 307. Carol. Molin. in d. glof. 5. n. 45.

¶ Quia ratione in hujus specie, ut transferatur  
jurisdictione, necessarium est, eam speciali concessio-  
ne transferri: sicut omnibus præcitatæ visum est.  
Imò quibusdam placuit in facto: & hypothesi hu-  
jus decimæ conclusionis, concessa jurisdictione ex-  
pressim, simplicem tantum jurisdictionem, non merum,  
nec mixtum imperium, concessam censerit.  
Hujus sententiæ ex junioribus auctor est Cat. Mol.  
in d. gl. 5. nn. 48. ex eo, quod in generali mandato,  
ac multo fortius in nova ac perpetua concessione in  
proprietatem, non venit merum nec mixtum im-  
perium, nisi expressim & specialiter dicatur, l. 1. in  
pr. ff. de offic. ejus cui mand. est juris. Igitur etiam  
concessa jurisdictione, non venit in concessionem,  
merum ac mixtum imperium. Huic opinioni suffra-  
gatur, quod concessa Castro cum jurisdictione, non  
contentut concessa merum nec mixtum imperium,  
quemadmodum ex rationibus præmissis, & aliis ad-  
notatunt Jas. nu. 10. & Curt. Jun. nu. 40. in l. imper-  
ium, ff. de juris. omn. jud. His accedit, quod simplici-  
citer concessa jurisdictione, non venit in concessio-  
nem merum, nec mixtum imperium, secundum Sal-  
lic. in l. placet, col. 12. C. de peda. jud. Bald. in c. 4.  
col. pen. de jud. Ang. in d. l. imperium, col. 2. quo-  
rum opinio communis est, ut testatur Curt. Jun.  
in d. l. Imperium, n. 42. & idem in l. 1. ff. de off. ejus  
cui est mand. juris. n. 53. quo in loco omnium la-  
tissimè disputat hanc questionem Alex. n. 66.

Ipsæ vero multis auctorum allegationibus præter-  
missis, ne longius quam initio constitueram progre-  
diatur hujus controversie resolutio, ac præsertim ex  
eo quod apud Alex. & Jas. satis obviæ sint utriusq;  
partis rationes, utar brevi quadam distinctione  
speciem, quo apertius constet, quoniam in sensu,  
quæ modo adduximus, fuerit accipienda.

¶ Primum etenim, cum in specie, & casu deci-  
mæ conclusionis à Princepe concessio fit alicujus ca-  
stri, cuius jurisdictione passiva penes ipsum Princepem  
concedentem activè residet, ac manet saltem  
ad liberam ejus dispositionem, quia Princeps sum-  
mus est, acheret tamen alicui comitatu, vel ci-  
tati, à quibus sine eotum aliqua lassione minimè  
potest segregari, tunc sanè non censetur jurisdictione  
concesso castro, nisi specialiter transferatur. At de  
mero imperio concessa jurisdictione, & de mixto,  
controvertitur, à Jalone, Curt. Jun. & Carol. Molin.  
negantibus, merum aut mixtum imperium  
transferti nos observanda esse censimus verba con-  
cessionis, ut inde possit deprehendi voluntas Princepi  
concedentis, probat hoc text. celebris in d.  
l. 2. tit. 9. lib. 5. ord. Etenim si is omnimodam ju-  
risdictionem concessit, merum ac mixtum imperium  
concessisse videbitur, glos. insignis in Cl. unic. de fo-  
ro compet. in verb. omnimodam, quam multi faciunt  
Pan. & Imol. ibi post alios. Fel. in d. c. conquis. &  
de foro comp. Jas. in d. l. imperium, n. 12. Et plerique  
alij existimantes idem esse respondendum, ubi simili-  
bus verbis princeps usus fuerit, quod explicat Paul.  
Paris. in d. conf. 9. lib. 1. At ubi simpliciter castrum  
cum jurisdictione concessum sit in eadem specie, &  
casu decimæ conclusionis, nihilominus mihi pro-  
babilius est, & merum ac mixtum imperium con-  
cessum esse. Quod si materia subjecta aliquantulum  
dictat, & tenent Fel. in d. c. quod sedes. Dec.  
in c. licet causam, de probat. col. 1. Pract. Ferrar. in  
actione confessoria pro servitute, super verb. plenam,  
tametsi res ista sit maximè propter illud præjudi-  
cium, quod sit civitati, vel comitatu, cui castrum  
adhæret, vel accedebat ante concessionem. Cui ra-  
tioni Oberunt auctoritates quas de commissa sim-  
pliciter jurisdictione paulò post adducemus.

¶ Secundò, ubi conceditur cum jurisdictione ca-  
strum, cui principaliter adhæret jurisdictione plena  
cum mero & mixto imperio, sicuti proposita est  
nonæ conclusionis hypothesis, planè merum & mi-  
xum imperium ex illa simplici concessione juris-  
dictionis transferuntur. Quemadmodum constat ex  
his auctoribus, quotum in dicta nona conclusione  
meminimus: qui ita cunctem sententiam tenuere,  
maximè Oldr. Roma. Alex. Alber. & alij, de quibus  
Jas. in dict. l. imperium, n. 11. inquit, omnes hanc in  
sententiam consensisse nec refagantur Curtius Jun.  
in d. l. imperium, & Carol. Molin. in d. gl. 5. imò  
palam hoc ipsum fateri videntur.

Tertiò constat, idem respondendum esse, cùm  
concessio à principe fit alicujus castri, cui jurisdictione,  
merum & mixtum imperium adhærent, jux-  
ta nonam conclusionem, Nam & tunc omnia  
hæc in concessionem venire ibidem probavimus.

Quartò, & regulatiter concessa jurisdictione etiam  
absque concessione castri, & alicui commissa itidem  
merum & mixtum imperium in eamdem concessio-  
nem & commissionem venire ex eo, quod concessio  
jurisdictionis favorabilis sit, l. 3. ff. ult. ff. de offic.  
pref. & ibi Bald. constanter asseveramus frequen-  
tiori auctorum & interpretum consensu receptum  
esse, modò non subsit aliqua ratio, quæ strictam  
suadeat interpretationem; hoc etenim improbabatur  
ex Auhen. de defen. civi. §. jurisjurandi. juncta  
gl. collat. 3. gl. communiter recepta, & ibi Bart. 3.  
qu. in d. l. imperium. Sic sanè hanc opinionem  
tenuit Abb. in d. c. quod sedem. Alex. in conf. 35.  
lib. 4. idem in l. 1. ff. de offic. ejus, cui est mand.  
juris. n. 66. & cest communis opinio, sicuti asseverant  
eam securi Dec. in d. l. imperium, n. 27. Alciat. in d. c.  
quod sedem. n. 38. Idem sensim fatetur Jas. d. l. Imper.  
n. 12. & l. sequent. eamdem sententiam sequitur Dec.

c. licet causam, de probatio. colum. 1. tametsi Jason contrarium defendere conetur, & afferat communem esse Curt. Jun. in d. l. Imperium, nn. 42. idem in l. 1. ff. de offe. ejus, cui & mano. jurisd. c. 53. quem omnino legit n. 50. adversus Bald. in c. 4. de jud. col. 2. extat & de concessione jurisdictionis optima Boëtii dec. 127. quæ multa hoc in brachatu compendio quodam exponit.

## C A P U T . I I .

Jurisdiction alicujus castri à principe concessa, an in novos incolas, & in ejusdem oppidi augmentatione exerceri possit.

## S U M M A R I A .

- 1 Jurisdiction à principe concessa in aliquo castro an exercenti debet ad ipsius castri augmentum? Et rursum num. 8.
- 2 Traditur latè intellect. l. cum fundus ff. de leg. 2.
- 3 Legato fundo simpliciter, vel parte fundi communis pro indiviso non adjecto pronomine, meum, venit in legatum, quod rei legata post testamentum accesserit.
- 4 Legato fundo, vel parte fundi communis pro indiviso apposito pronomine, meum, an veniat in legatum, quod ipsi testatori ex parte socii accesserit post testamentum.
- 5 Intellect. l. si ita, ff. de auro & argen. leg.
- 6 Expenditur ac defenditur opinio gloss. in l. servi elec. §. ult. ff. de leg. 1.
- 7 Legato fundo, qui certis est in testamento limitibus designatus, an veniat in legatum, quod post testamentum eidem fundo adjectum fuerit à testatore.
- 8 Jurisdiction, an concessa censeatur à Principe in castri donati, aut venditi augmenio?

**C**oncedit frequenter Princeps alicui nobili, aut communitati † jurisdictionem in aliquo castro vel oppido exercendam; post eam vero concessionem ipsius oppidi incolae augentur, constructis ad habitationem aedificiis: queritur non temere an novi incolae ejusdem jurisdictionis sint, cuius & veteres jure regiae concessionis censentur: Extat hac de te Baldi sententia in l. cum fundus de leg. 2. ita enim inquit, & est augmentum, quod si Imperator exempti castrum, & illud castrum postea crescat, & efficiatur civitas, quod totum hoc sit exemptum. Hæc Baldi, quem lecuri sunt Caman. ibi. Mart. Laud. in tract. de Castellanis, concl. 32. qui potissimum auctoritatem habent à Jurisconsulti responso in d. l. cum fundus. Cum fundus, inquit Labeo, nominatum legatus est, si quid ei post testamentum factum adjectum sit, id quoque legato cedit, etiam illa verba adjecta non sint, qui mens erit; si modo testator eam partem non separatum possedit, sed universitati prioris funds adjurxit. Hactenus Jurisconsultus.

Cæterum, ni fallor, Baldi opinio ita erit accipienda, ut obtineat quoties concessio jurisdictionis aut exemptione ville, vel castri facta fuerit sub nomine ipsius castri & universitatis, nullis constitutis limitibus: tunc siquidem novi cives, novæ ad habitationem dominus veteribus sub eodem universitatis nomine accedant, l. peculum, in pr. ff. de leg. 2. l. si ex toto, in prin. & l. quod in rer. §. 2. l. grege, leg. & l. seq. ff. de leg. 1. Grege, inquit, legato, & quæ posse accedunt, ad legatarium pertinent. Quod si exemptione ville, aut concessio jurisdictionis fiat certis expressum definitis, aut constitutis limitibus, tunc quidquid extra limites illos, villa, castro, veteribusque civibus accederet, non esse ejusdem jurisdictionis, vel exemptionis censendum: sicuti deduc-

citur ex l. in agris ff. de acq. rer. dom. l. non modus; l. de servit. & ibi Baldi, notatur in l. servi electione, §. ult. ff. de leg. 1. gl. in l. eg. §. ult. ff. de except. rei. jud. traditurque ad hanc conclusionem multa Alberic. Brunus in tract de augment. & dim. in. in 6. conclus. princ. Quibus mihi concinit quod Batt. in l. Julianus, §. si Tuinus, ff. de act. empt.

Hinc plane deducitur, quod si in specie per Baldi, proposta in dict. l. cum fundus princeps vel eximet villam, aut jurisdictionem in ea concederet alicui certis quibusdam limitibus constitutis, non posset illa villa aut castrum augeri novis constructis domibus ac novis incolis, saltem cum ejusdem exemptionis, aut jurisdictionis jure, ultra limites specialiter designatos, etiam si extra eodem limites jurisdictione esset propria ipsiusmet principis concedentis, eique soli præjudicium ex augmentatione, & extensione fieret. Nam si desiceret ipsius principis consensu ad eam jurisdictionem concedendam ultra limites ab ipso nominatum circumscriptos.

Eadem ratione constat interpretatio conveniens admodum Jurisconsulti responso in dict. l. cum fundus. Etenim si testator legaverit fundum certis constitutis limitibus, & post testamentum eidem fundo testator partem aliquam, aut alterum fundum adjecterit, non veniet hæc adjectio in legatum ultra limites ab ipso testatore constitutos. Quod coadjuvati videtur ex d. l. servi electione, §. ult. juncta gl. ibidem in princ. gl. magna, ubi, si quis legaverit fundam, qui communis est, censetur tantum fundi partem legasse, quæ propria erat tempore testamenti, non solidum fundum etiam si post testamentum alteram fundi partem redemerit. Quæ quidem decisiones dubiae profecto sunt propter d. l. cum fundus, & l. quod in rerum, ac deinde ob egregiam sententiam Angeli Perusini. Is enim scribit in Auth. de equalit. dotis, §. aliud. collat. 8. & in l. item si fundi, §. huic. ff. de usufruct. quod si Princeps in aliqua villa & castro, ac ejus territorio jurisdictionem concederet: ac demum ipso Princeps territorium illud augeat, & extendat, competit jure ac titulo concessionis jurisdictione in augmentationem. Cui opinioni suffragatur dict. leg. cum fundus, & præterea l. etiam, l. de jure dotum, textus item in d. §. aliun. sic Angeli opinionem securi sunt Jas. in l. 1. n. 15. & 16. ff. de jurisdictione omnium jud. & Alberic. Brunus in tract de augment. & dimin. in 9. & 17. conclusionib. Idcirco cum hæc Angeli opinio vera sit oportet rem istam distinctius examinare, ut quid in praxi magis sit conducibile, evidenter constet, expositis quibusdam assertionibus ad questionis examen.

Primo siquidem observandum erit, exemptionem, aut concessam jurisdictionem in proposita specie, quoad augmentationem obtinere, quoties Princeps, qui certis constitutis limitibus, castrum exemit, aut jurisdictionem, in eo cœcessit patet tacite vel expressè illius castri incolas, & habitationes augeri ultra limites praefinitos in ea parte, quæ jurisdictioni ipsius Princeps immediatè alioqui suberat. Hoc probatur ex Angeli decisione, & quia ipsius tantum Principis præjudicium tractatur. Quod si alterius minime, nec tacite, nec expressè consentientis præjudicium versaretur, tunc dubio procul jurisdictione, aut exemptione ultra fines ab homine constitutos in præjudicium alterius nequaquam obtineret, nec exerceti posset. Sic sane colligitur ex ratione, quam DD. tradidere ad decisionem pontificiam cap. qui circa, de privil. notant Roman. in l. damn. §. si is qui ades, ff. de damn. infect. Albert. Brunus de augm. & dimin. concl. 9. versc. prædicta conclus. Angel. in l. si servitus, in prin. per multis. col. ff. servit. urb. præd.

Secundò ipse arbitror † ad veram interpretationem

nem d. l. cum fundus, & l. servi electione, §. ult. l. ita, ff. de auro & argento legat. parum referre, aut certè nihil, quod in ipso legato, vel testamento testator usus fuerit pronomine *Meum*: ad hunc effectum, ut legatum intelligatur secundum tempus testamenti, vel tempus mortis, idem enim est in utroque casu, quemadmodum satis constat ex l. ultima, §. 1. ff. de lect. 2. l. nomen, §. 1. ff. de leg. 3. l. Aurelius, §. 1. & 2. l. ult. in sifff. de lib. legat. in quibus denique responsis non est appositorum pronomen, *Meum*, & tamen intelligitur, ac restringitur dispositio ad existentia tempore praesenti. Hujus opinionis auctores habeo, Cuman. Alexand. colum. 2. Vincen. Herculani. colum. 6. in d. l. servi electione, §. ult. Carol. Molin. in consuet. Parisiens. tit. 1. §. 1. gloss. 5. num. 18. Quamvis in hoc maximè constituant differentiam & vim gl. Batt. Imol. Paul. Soc. concl. 3. & Rip. concl. 1. in d. l. servi electione, §. ult. Batt. in leg. servum filii, num. 3. & ibi Bald. & Ang. ff. de Leg. 1. in pr. nam pronomen hoc, *Muen*, adjetum rei legatae, non videtur eidem apponi causa restrictionis, sed causa demonstrationis: ideoque non obterit huic assertioni responsum Jurisconsulti in l. si ita ff. de auro & argento leg. Quod Paulus Castr. mihi visus est sentire in l. si ex toto, n. 5. ff. de leg. 1. quamvis non omnino excludat prefatam differentiam, quam Batt. & alii constituerunt, ubi sit legatum rei quæ communis est testatori, & alteri.

¶ Tertiò est omnino adnotandum, non esse in hac re ad propriam dispositionis cognitionem discrimen aliquod constituendum, an testator legaverit partem fundi, vel totum fundum. Nam absque ulla differentia venit in legatum id, quod rei legatae accesserit: aut non magis venit: si legetur totus fundus, quam si legetur pars fundi. Hoc ipsum probatur ex ratione vera d. l. cum fundus, & l. si ex toto, l. quod in rerum, §. 2. ac in specie ita volueret Cumanus & Vincent. Herculani. in. d. l. servi electione, §. ult. atque ibidem ex junioribus Guilielmus Pontanus. Bald. in d. l. si ex toto Carol. Molin. in d. num. 18. sensit Batt. in d. l. cum fundus, etiamsi differentiam ex legatione partis vel totius fundi, aut simpliciter pronunciata constituerint Iacob. Aten. Batt. Paul. Ang. Alex. Soc. & Rip. post gloss. in d. l. ult. idem Batt. Paul. Castr. Imol. & alii in d. l. ex toto. Albert. Brun. in tract. de augment. & dimin. 15. concl. 5. limit. Quorum opinio communis est, nulla tamen certa ratione aut auctoritate efficacior, quam quod pluribus placuerit.

¶ Quartò prænotatis accedit, quod si quis totius fundi dominus eum ita legaverit, ut simpliciter fundum, vel totum expressum leger, etiam adjæcta dictione, *Meum*, venit in id legatum, quod tempore mortis testatoris fuerit rei legatae per testatorem adjetum. Hæc vero conclusio communis est; omnes siquidem in d. l. servi electione, §. ult. eam probant ex his, quæ inibi traduntur: atque in specie Ripa concl. 3. eam fatetur esse communem, quam etiam notant Paul. Castr. in d. l. si ex toto. Anton. Rubeus conf. 95. col. ult. præmittunt omnes, quibus placent ea discrimina, quæ proximis conclusionibus ipse improbabili.

¶ Quintò si quis habens partem fundi cum alio communis pro indiviso, partem vel fundum simpliciter legaverit, non adscripto nomine, *Meum*, veniet idem in legatum quod rei legatae accesserit, & tempore mortis adjetum fuerat à testatore. Quod ex d. l. cum fundus, satis constat, & præmittitur à gl. & omnibus in d. l. servi electione, §. ult. ubi Ripa n. 10. eam assertit communem esse opinionem, qui eamdem sequitur. Idem tenet Paul. Castr. in d. l. si ex toto, quin & omnes paulò ante prænotatis conclusionibus citati, idem palam probarunt: enim

hi, qui nihil tribuunt pronomini, *Meum*, rursum & hi, qui aliquid ei tribuendum esse censem, item hi qui differentiam constituerunt inter totum, & partem, idipsum, quod in hac conclusione affveramus, concedere videntur cum conclusionem de parte fundi legata, quam glos. prosequitur, ita accipiunt, ut videantur intelligere, ubi apponitur pronomen, *Meum*. Nam & glos. quam hi sequuntur, ita id intellexit. Sic sane Carol. Mol. & alii idem sequuntur & probant.

¶ Sexta igitur in eundem scopum sit conclusio Testator qui rem communem pro indiviso habet, eam simpliciter legante, etiam adjecto pronomine, *Meum*, venit in id legatum, quod post testamentum ab ipsis dominis fuerit rei legatae adjetum ex altero fundo, vel ex parte socii redempta. Hoc probatur ex Jurisconsulto in dict. l. cum fundus; notant expressim Cuman. Vincent. & Pontan. in d. l. servi electione, §. ult. Carol. Molin. in d. num. 18. hoc sensit Cyn. in d. l. si ex toto. Sicuti eum refert Alex. & alii in d. §. ult. tametsi hac in specie, ubi est adjetum pronomen, *meum*; & pars sensim legata censem, teneant non venire in legatum id, quod rei legatae accesserit post testamentum, adjetumque fuerit à testatore. Batt. & alii, quos citavi ad differentiam totius & partis in vers. tertio. Nihilominus Batt. in d. l. cum fundus, huic sextæ conclusioni patrocinari, & favere videtur: tametsi Alexand. in d. §. ultim. exitimet, nihil differt hanc sententiam Cumani ab opinione Bartol. & aliorum, qui distinxerunt inter legatum totius fundi, & legatum partis ejusdem: cum verè quo ad hoc augmentum accessorium optimè differant.

¶ Septimò quoties testator, † qui dimidiā fundi partem habet pro indiviso, fundum simpliciter, an ejus partem expresse legaverit, etiam non adjecto pronomine, *meum*, non venit in legatum altera dimidia pars post testamentum à socio redempta. Pars etenim hæc redempta æquè principalis est, nec alteri est accessoria: idcirco cessat ratio Jurisconsul. in d. l. cum fundus. Quamobrem hanc conclusionem tenent Cumanus, Vincent. Herculani, & Guilielmus Pontanus in d. l. servi electione, §. ult. atque ibi Alex. dum Cumanum sequitur, probaturque ex Bartol. decisione in d. l. cum fundus, & ex his, quæ traduntur ab his, qui præscriptas differentias excludunt, & in eo discrimen constituerunt, quod accedat aliquid fundo accessoriæ, vel æquè principale. Sed nihilominus, ubi pronomen *Meum*, non fuerit appositorum, etiam in specie hujus conclusionis contrarium verum esse censem gl. & DD. ut fateatur Ripa eos secutus n. 10. d. l. servi electione, §. ult. quorum sententia fortassis obtinebit ea ex causa, quod frequenter Doctorum consensu sit recepta.

¶ Octava constat ad hæc conclusio: Quoties testator fundum habens communem pro indiviso, & æquis portionibus fundum, vel ejus partem propriam legaverit, adjecto pronomine, *Meum*, non venire in legatum altera pars à testatore post testamentum redempta. Sic sane censem in d. §. ult. Accursius, quem sequuntur alii communiter, uti fatentur Soci. Ripa. & Jason. Sed ipse Cuman. & qui ejusdem opinionis suet, hanc opinionem admittunt in rationis adsignatione à gl. discedentes, cum Accurs. & sequaces hoc adnotaverint ex l. si ita ff. de aur. & argenti. leg. verum contrarium sententiam veriorem esse existimarent Jas. & Zas. in d. §. ult. Carol. Molin. in d. n. 18. qui pro se citat Alexand. in d. §. ult. à quo ipse non potuit hoc deducere. Ad l. si ita, responderetur, quod inibi adjæctio facta fuit à testatore in diversis rebus, non ipsis rebus legatis: quasi in d. l. si ita, & ejus specie adjæctio facta fuerit testatori, non autem rei legatae.

¶ Nona hic exponitur conclusio: Adjæctio à testa-

tore facta post testamentum, regulariter non cedit legatario, sive adscriptum sit pronomen, *Meum* sive id omisum fuerit, quoties ea sit in diversis rebus ab ipsis legatis: non autem ipsius rei legatae. Sit hujus conclusionis exemplum † ex d. l. si ita, *ff. de aura & argento leg.* Si ita, inquit Paul. legatum esset, *Vestem meam, argentum meum dannas esto dare: id legatum videtur, quod testamenti tempore suisset: quia praesens tempus semper intelligitur, si aliud comprehensum non sit.* Nam cum dicit, *vestem meam, argentum meum, hac demonstratione, meum, meum, praesens, non futurum tempus ostenditur.* Idem est & si quis ita legaverit, servos meos Hæc Jurisc. Si quidem semper intelligitur in dubio res testatoris legata, non aliena: atque ita quoties quis legat servos, idem est ac si diceret, *Servos meos lego:* cum de servis propriis, non de alienis sit legatum intelligendum. Igitur Jurisconsulti sensus hoc pertinet, quod legatum censeri debeat juxta tempus testamenti, quod demonstrari videtur adjectione pronominis, *Meum*, nec per hoc negat, idem obtinente, ubi simpliciter facta, & concepta sit testantis dispositio: saltem cum id constet ex aliorum Jurisconsultorum responsis.

Decimò, in hac satis controversa quæstione ad defensionem gloss. communiter receptæ in dict. §. ult. juxta Cumani opinionem considero ipsius Cumani verba, dum distinguit, t̄ an augmentum contingens post testamentum fiat personæ, an rebus, vel rei legatæ, ut priori casu augmentum non cedat legatario, sic tamen posteriori. Deinde observandum esse censeo, quod idem Cumani Bartol. etiam in d. l. cum fundus, & omnes fatentur augmentum cedere legatatis, quoties accessoriè accedit rei legatæ, d. l. si ex toto, & d. l. cum fundus, non autem, ubi est æquè principale ipsum augmentum. Hoc etenim fatentur omnes qui probant distinctionem totius à parte: & rursus hi, qui eandem differentiam improbarunt; atque his tandem præmissis ipse aliter deferendam gloss. in dict. §. ultim. item & ipsius Cumani sententiam: quam ni fallor, verè ita intelligendam. Nec opinor, ut intelligit Bart. Socin. in dict. §. ultim. ut quoties testator pro indiviso partem habet fundi legati, tunc pars à socio redempta non aveat legatum, quia pars illa personæ accedit, non rei legatæ, nec per testatorem rei legatæ post testamentum adiicitur, idcirco res legata manet in eo statu, quo erat tempore existimat, quo quidem tempore tantum fuit legata pars dimidia fundi, cui parti non accedit altera. Quod probatur in l. cum fundus, & in l. si ex toto, ubi requiritur, quod post testamentum per testatorem, aut per allusionem aliquid sit rei legatæ additum, per ætum, inquam ipsius testatoris. Igitur si quidquam adjectum non est rei legatæ, id non venit in legatum, etiamsi testatori accederit. Sic sanè defenditur opinio gloss. & communiter ex ipso Cumani & Socin in dict. §. ult. 2. conclus. quod si altera fundi pars pro diviso ab aliquo possideretur, ea que si empta à testatore post testamentum, remotisque limitibus alteri parti addita, venit profecto in legatum per eam rationem, quæ à Iurisconsulto traditur in d. l. cum fundus, qua ratione ita defendendam esse opinionem communem arbitramur ex auctoritate Bumani & Socini.

§ Undecimo, adhuc superest explicare, quid respondendum sit, + ubi testator legaverit fundum certis constitutis limitibus eisque nomina is, an quod eidem fundo per testatorem adjectum fuerit post testamentum, veniat in legatum fundi; & sanè ipse ceuleo, & id venire auctoritate Jurisconsulti in d. l. cum fundus, & ex his, quæ superius adduximus initio hujus c. ver. eadem ratione. Nec enim re-

fert consignatio limitum , aut confinium , quoad decisionem d. l. cum fundus , cum ea fiat causa demonstrationis , c. forus de verb. sign. non autem restrictionis , nec ampliationis. Nam & quo d. l. servi electione , §. ult. itidem non refert , quod legatum fundi fiat certis constitutis limitibus , siquidem nihilominus tantum continetur sub legato ea pars quæ eo tempore erat testatoris secundum Alex. Aret. Ias. & alios in d. §. ult. Bald. in l. cum alienam , col. ult. C. de leg. Bald. & Paul. in l. 1. C. qui testa- fac. poss. Hoc ipsum probatur ex Angel. Perusini sen- tientia superius adducta in materia & specie jurisdi- ctionis concessæ , quæ ex prænotatis latis constat ac comprobatur. Nam princeps ipse cui tantum , & verè præjudicium ex adjectione sit territorio alicui cum jurisdictione concessio , etiam certis nominati- um adscriptis limitibus partim aliquam addiderit , & in ea censemur addita , concessaque jurisdictione , cum alteri non fiat ex hoc præjudicium principale. Quamobrem secus esset respondentum , quo- ties præjudicium alteri inde procedet , ac fieret : tunc etenim minimè posset jurisdictione in augmento exerceri

Duodecimò ex his apparèt, veram esse primam  
illationem quam hoc in capite cōstituitus. Nam  
tum ab eodem principe, qui jurisdictionem con-  
cesserat in castro, certis constitutis limitibus non  
fuerit quicquam eidem additum territorio, nec ex  
eius consensu, saltem tacito, profecto minimè cen-  
sendum erit, jurisdictionem ultra fines ab initio  
designatos extendendam fore, etiam ubi ageretur de  
ipsius tantum principis præjudicio Quid si alterius  
jus ex augmento lœdi continget, tunc nec prin-  
cipis contensus quidquam suffragaretur ad dānum  
inferendum illi, quem princeps ipse jure lœdere non  
potest.

¶ Ceterum præter ea , quæ superius de interpre-  
tatione testamentorum ad propositam de concessa  
jurisdictione questionem explicuimus , expedit ad-  
monere lectorem , ac concessio castro , vel concessa  
urbe cum jurisdictione à principe , sit itidem con-  
cessum territorium aliquod , vel tantum possit ju-  
risdictione exerceri ad usque ipsius castri (quod aiunt)  
stillicida ? & sane ubi ipsi civitati , vel castro , ter-  
ritorium adet omnino , constat ex præmissa conce-  
ssione translatum esse jus jurisdictionis , meri &  
misti imperii in eundem distinctum , & territorium ,  
quemadmodum traditum à nobis in c. i. *hujus ope-*  
*ris nn.* 10. quo in loco etiam multa de hac re , com-  
pendio tamen , scripsimus , quibus illud modò adjici-  
mus , maximè esse observanda ipsius concessionis ,  
& beneficii , ac privilegii verba , ut ex his possi-  
mus conjicere , quid in ipsam concessionem venerit .

## C A P U T III.

Qua ratione sit intelligenda Donationis, Concessio-  
nis, aut Venditionis dispositio ad men-  
suram modum concepta.

## SUMMARIA.

- 1 Plurimum interest, an actus venditionis, legati, vel donationis fiat ad rationem mensurae, vel corporis certi & limitati.
  - 2 Fundi certis limitib. circumscripiti venditio, etiam si mensura & quantitatis mentio fiat, consenda erit non ad mensuram, sed ad corporis rationem.
  - 3 Tot jugera ex certo fundo vendita constituant actum venditionis ad rationem mensurae, & statim latius.
  - 4 Quid dicendum, ubi modus mensurae non rei principali, sed accessoria ad scribitur.
  - 5 Pretium unicum, vel pro mensura modo distributum, an constituant hoc in re discriminem aliquod.

- 6 Ante mensuram adhibitam, an sit rei periculum venditoris vel emptoris?
- 7 Venditio vini quando dicatur facta ad mensuram, vel non: & ibid. intellectus l. quod sepè, §. in his, ff. de contrahent. empt.
- 8 De venditione fundi uno pretio facta, & ibid. intellectus l. si venditor, de actio. empt. l. 2. C. de res in. ven. & gl. in c. per tuas, de donat.
- 9 Periculum & commodum venditi quando & ad quem spectant. Vera interpretatio l. Julianus, §. si Titius, ff. de act. empt.
- 10 Emptio quando perfecta dicitur in rebus mobilibus & immobilibus. Examinatur responsum Jurisconsulti in l. si in venditione, §. l. ff. de peric. & commod. rei vendit.

**H**is quæ proximè discussimus, accedit & illud satis practicis obvium ad interpretationem eorum actionum, quibus rerum translatio fit ad mensuram modum: etenim an ultra mensuram præscriptam, vel intra illam minori in parte actus obtineat, ambigui solet esse juris: & sane communiter hac in questione receptum est, quod discrimen constitutatur, an ex certo corpore, vel certa ex mensura sit actus discernendus. Nam tibi mensura ponitur, vel ejus mentio sit, causa & gratia taxationis, seu restrictionis: ultra mensuram illam minimè locus est actui, nec contractui, nec dispositioni. At si mention fiat causa demonstrationis, ut corpus quod legatur, donatur, vel transmittitur, notum sit, & certum: tunc mensura minor, aut major, nihil faciat ad legati vel dispositionis jus. Sic denique sit, ut si ad mensuram concepta fuerit dispositio, quia ab eadem mensura cœptum est, mensuræ modus appositus servandus sit: si vero ad corpus ipsum actus referatur: quia initium sumit contractus, aut legatum à corpore, tunc parum referat, an modus mensuræ dictus, major sit, vel minor. l. si servus leg. §. qui quinque, ff. de legat. l. l. his verbis, §. pater, ff. de l. 3. l. si venditor. in prin. ff. de act. empt. notant Oldr. conf. 197. Jo. Andr. ad Spec. tit. de empt. & vend. §. sciendum ad fin. Bald. in Ribr. C. de empt. q. 22. tametsi aliquantulum deoīus à communi lētentia, quam tamen probarunt Anch. Imol. & Abb. in c. per tuas, de don. Alb. in l. cum comprehens. ff. de contrab. empt. Jas. in l. cunctos popul. col. 1. C. de sum. Trin. Fel. in c. signif. col. pen. de rescr. Text. opt. in l. quidam testam. ff. de l. i. in prin. l. falsa demonstrat. ff. de cond. & demonstr. Eamdem opinionem sequuntur omnes, quos statim nuncupatim citabimus, idcirco communem esse eam opinamus: siquidem ita f. tentut Jas. conf. 79. lib. 1. colum. 1. Dec. conf. 347. colum. 1. idem Dec. latius conf. 500. colum. 2. Paul. Paris. conf. 64. n. 31. & conf. seq. lib. 1. Sed quia in exemplis hujus distinctionis quandoque erratur, operæ premium duximus, eam multis expositis casibus longius explicate.

¶ Primo etenim illud non est prætermittendum, quod licet Old. loquatur in concessione ac donatione, ejus distinctio patijre est in contractibus venditionis, in testamentis & similibus intelligenda. Si quidem fere omnes DD. hac in questione allegati, in venditione & emptione similiter loquuntur, quamvis Imol. in d. c. per tuas, dubius sit, & tamen sic in specie responderunt Barb. in Rub. de empt. col. ult. Fab. in tr. de empt. 6. part. in princ. l. 2. quam lētentiam communem esse farentur, eam fecuti, Soc. Julianus. in conf. 42. lib. 2. n. 25. & Paris. in d. conf. 64. lib. 1. n. 76.

¶ Secundò, ad hujus questionis primum consti-  
tuenda est species in hunc modum conceptis verbis:  
*Fundum & vendo tibi his, certis ac nominatis finib.*

2 *circumscripsum, qui est decem jugerum;* & in hoc qui-  
dem casu venditio dicitur facta ex corpore certo,

nec restringitur ex mensura: imò venit in venditionem, aut legatum, quidquid intra fines præscriptos continetur, licet mensuram decem jugerum excedat. Qua in specie loquuntur Old. & omnes paulò ante citati, qui eum tecuti sunt, a que idem Jas. in d. conf. 79. col. 1. idem Jas. in l. fundum, §. si liber. ad ff. de leg. 1. Dec. in d. conf. 347. col. 1. Matthæus de Affl. dec. 68. sentit. Bart. in l. Jul. §. si Tit. ff. de act. emp. Salic. in l. 2. de contrah. emp. Paul. Caltr. in l. si duor. in prin. ff. de act. empt. ubi est ad hujus conclusionis probationem Textus optimus, notat Fab. in tr. de empt. 6. part. princ. col. 6. vers. circa quartam. Soc. Jun. in d. conf. 42. l. 2. n. 6. Barb. in Rub. de empt. col. ult. Alex. conf. 133. l. 2. n. 6. & conf. 120. lib. 2. & conf. 8. lib. 4. Capic. dec. Neapol. 14. n. 2. quorum opinio dubio procul communis est, quæ etiam probatur in l. qui fund. ff. de evict. quidquid dixerit gloss. inibi male illud Juris. responsum intelligens, potius incertis conjecturis, quam re vera, quid in eo tractetur exponens.

¶ Sed & terius ab eisdem auctoribus deducitur casus parum profecto dubius, cum in ejus definitione convenienter omnes hanc questionem post Oldradum tractantes, quoties ita concipiunt actus; <sup>3</sup> Vendo decem jugera fundi Sempron. etiam si fundi limites nominentur, & distinguantur. Nam ultra mensuram præscriptam nihil venit in venditionem, quamvis intra eosdem limites contineatur: textus est hac de te in c. per tuas de donat. quod procedit, etiam si totius fundi limites fuerint appositi, modò facta sit venditio ad mensuram, ab eaque cœptum sit: nam illius fundi pars juxta prædictam mensuram vendita cœfetur, quemadmodum voluerunt Bartol. Soc. conf. 32. lib. 4. & Soc. Jun. in d. conf. 42. n. 9. communis etenim opinio solum tractat quid dicendum sit, ubi mensuræ sit mentio. At si post mensuram ponuntur fundi limites, casus is omittitur à Doct. qui tamen eadem est ratione discernendus, quia ipse actus à mensura incipit secundum utrumque Socin. quibus adstipulatur Textus celebris in l. quod sepè, §. sed & si ex doliario ff. de contrah. empt.

¶ Quarta species proponitur, quoties incepit actus à corpore statimque subjicitur mensuræ modus, post quem ponuntur corporis limites, & confinia, in hunc sane modum: Vendo fundum Sempronianum decem jugerum his definitum, ac distinctum limitibus. Nam in hoc venditionem factam ad corpus, non ad mensuram, assertunt expressim latè de re disputantes Carol. Ruin. in conf. 83. lib. 1. Soc. Jun. conf. 42. & conf. 43. lib. 2. qui in priori conf. scribit, hanc opinionem esse communem, quam ex propositis ab eis exemplis tenere videntur Paul. Castr. in l. 2. in fin. C. de peric. & com. rei vend. Alex. conf. 133. l. 1. nu. 6. Anch. & Imol. in c. per tuas. de don. Bart. Soc. conf. ult. lib. 3. probat eam eleganter Paul. Paris. conf. 4. n. 55. lib. 1. pro ea inducens text. in d. l. qui fund. ff. de actionibus qui ratione infertur, in hoc casu & exemplo venire in venditionem quidquid est intra fines nominatos, etiamsi id excedat mensuræ numerum. Quod idem probatur duabus rationibus, quas tradidere Carol. Ruin. & Soc. Jun. dictis responsis tametsi in proposito exemplo censeant venditionem factam fuisse ad mensurata. Pan. in d. c. per tuas. ad fin. de don. Capic. in d. decis. Neap. 14. nu. 2. Alex. in addit. ad Bar. in d. §. si Tit. Dec. in d. conf. 347. col. 2. idem Dec. in conf. 500. col. ult. n. 15. Nic. Boër. dec. 50. n. 5. & 6. non enim probatur Abb. opinio in d. c. per tuas. quia ibid. traditur casus juxta exemplum paulò ante à me traditum in vers. sed & tertius.

Hæc vero ita intelligenda sunt, ut sciamus in re dubia, propter quod verba sint aliter concepta,

& sit inde ambiguum, an res sit vendita ad mensuræ modum, tunc obserandas esse, ac perpendendas conjecturas, ex quibus deduci possit, an ea dispositio facta fuerit ad mensuram, vel ad certum ad definitum corpus, nempe ex quantitate pretii. l. 1. §. 1. ubi gl. ff. de superfic. a que ibid. Bar. gloss. Bar. & alii in l. semper in lib. ff. de reg. iur. Dec. in consil. 500. n. 5. qui hoc ipsum in hac speciali quod adnotavit. idem Dec. in consil. 347. n. 2. Corn. in consil. 59. col. 2. lib. 4. Soc. Iun. in d. consil. 43. lib. 2. col. pen. & si. Maria Soc. consil. 98. col. ult. in consil. 47. col. 4. vers. præterea si probabitur. lib. 1. atque idem esset, ubi similis conjectura posset assumi ex simili qualitate actus, ut Dec. in dictis responsis probat.

¶ Quintus casus ad præmissæ regulæ intellectum proponitur, quoties in eadem oratione apponitur mensuræ numerus: nempe, *Vendo fundum Sempronian. decem jugerum:* nec fuere appositi fines aut fundi limites, & sanè ipse ab eadem ratione, qua prædicti DD. utuntur, censeo venditionem hanc esse factam, ad corpus, non ad mensuram modò constet, de quo fundo contrahentes senserint: etenim confinia nusquam adscribuntur, nisi ut constet de corpore certo. Atque idem si de hoc aliqui constet, nulla vis est, positi fuerint fines, an non: sed an inceperit actus à corpore, an à mensura & sic an voluerit venditor corpus illud vendere: an ex eo certam partem. Quod si quis dixerit, plurimum referre, an numerus mensuræ ponatur in eadem ratione, vel diversa, coniectus quidem erit ex prima specie, & Doctor. ad eius decisionem adductis, eorumdemque rationibus. Denique cogetur fateri, discrimen esse constitendum in hoc, quod apponantur fundi limites, & nominentur, quod falsum omnino est. At ubi de corpore non constat aliter, quam per mensuræ modum, tunc dubio procul ad mensuræ modum judicanda erit dispositio, ac secundum eam nominatum adscriptam penitus discernenda quemadmodum deduci poterit ex not. per Dec. in d. consil. 500. Hinc equidem infertur falsum esse quod opinatur Ant. Burg. in c. cum can. lib. 14. de emp. & ven. dum n. 51. scribit tunc mensuræ modum appositum centeri causa taxationis, quando in eadem oratione subjicitur: causa vero demonstrationis, ubi in diversa, Prioris partis exemplum: *Vendo fundum Sempron. decem jugerum.* Posterioris autem erit species in hanc modum concepta: *Vendo fundum Sempron. qui est decem jugerum.* Idem insinuant & tenent Soc. in consil. 32. col. 2. li. 4. Paul Castr. in l. si vendit. in prin. ff. de act. emp. Dec. in d. consil. 500. ult. col. & prius n. 4. sensit Card. in col. 1. de prec. Nam licet possit aliquando hec differentia procedere, in his tamen casibus, de quib. egimus, nihil inducit, quoad earum exempla. Idecirco proponimus sextam hujus quæst. speciem.

¶ Sextum erit hujuscæ controversiae causa constitendum exemplum, tunc mensuræ modus & numerus non ipsi rei principalis, quæ vendit, sed alteri eidem accessoriæ adscribitur. Et tunc si mensuræ modus in eadem sit oratione, res illa accessoria secundum mensuram erit discernenda: at si in diversa oratione, tunc non ad mensuram, sed ad corpus actus reducitur, & judicatur. Hoc enim est quod Paul. Castr. scribit in d. l. si vendit. in princ. quem simpliciter fecuti sunt Soc. & Dec. paulò ante citati. Explicat tamen eleganter Carol. Ruin. consil. 83. lib. 1. col. ult. cuius casus sit exemplum: *Vendo servum cum peculio decem.* Si in peculio sint viginti, non pertinet ad emptorem reliqua decem; nisi aliud actum sit, d. l. si venditor. hominis in princ. Non est enim aliquid quod rem accessoriæ, id est, peculium, ex ea quantitatibus consti-

tuit, nisi numerus ipse additus eadem oratione. Atque idem in venditione peculii ita concepta, actus judicatur ex numero, quia is à numero cœpit. Si dixerit: *Vendo servum cum peculio quod peculium est decem:* tunc quia est diversa oratio, numerus videtur appositus causa demonstrationis, non limitationis nec restrictionis: actusque ipse intelligendus est ad rationem corporis non ad rationem numeri: secundum Paul. Castr. & eos qui cum sequuntur. Eadem ferme ratione si vendo fundum cum dolis octuaginta ibi existentibus, venditio doliorum à numero incipit & ad numerum expressum est censenda, l. penult. §. ult. ff. de act. empti. At si dixerit: *Vendo fundum cum dolis ibi existentibus quae sunt octuaginta:* venditio est ad corpus, non ad numerum intelligenda, & idem si sint plura dolia, quam octuaginta, veniunt in venditionem: sicut in specie Paul. Castr. Soc. Decius & Carol. Ruin. tenent quos ipse secutus ita opinor rem istam explicandam fore.

¶ Septimò illud est tunc observandum, quoad istum effectum an à mensura dicta vel à corpore actus sit censendus & judicandus, nihil referre an venditio facta sit pro unico tantum pretio, an distributo pretio pro quolibet fundi jugere, aut mensura, probat hoc Text. optimus in l. quod sapè. §. sed & si ex dolario. ff. de contrah. empt. ubi Iurit. loquitur de venditione facta ad mensuram, & subdit, nihil interesse, quod fiat unico pretio, vel plurib. atque idem illum textum ad hoc notarunt in specie Decius in d. consil. 500. nu. 14. Batt. Soc. in d. consil. 32. ad fin. lib. 4. & sanè ubi venditio facta fuerit planè ad mensuram juxta tertium hujus capituli casum: quia venduntur tot jugera ex tali fundo, aut ad decem jugera simpliciter, non refert an sit unicum pretium constitutum, an venditio fiat ad rationem certi pretii pro quolibet jugere. Hoc probat Text. in d. §. sed si ex dolario. convenienter omnes statim nominandi in hoc, quippe qui meminerint hujus auctoritatis: sed exceptim Decius, ac Soc. in præcitatâ res, Paulus Paris. in consil. 74. n. 73. lib. Soc. Iun. in consil. 42. & 43. lib. 2. Anton. Bologna. in c. causa de empt. & vendit. n. 50. sed si venditio facta sit ad corpus, nempotius fundi, aut totius rei apposita mensuræ ratione: tunc si pretium unicum sit, vel plura pro ratione cuiusq; mensuræ maximum est discrimen: quia priori casa venditio perfecta est, & periculum & cōmodum ad emptorem pertinent, posteriori vero ad venditorem, donec fiat mensura, aut certus numerus constituantur per numerationem; quemadmodum constat ex l. quod sapè. §. in his. ff. de contrah. emp. Vnde colligitur, quod distributio pretii pro qualibet mensura, aut pro qualibet jugere efficiat venditionem ad mensuram: idcirco in hoc casu haec venditio erit ad mensuræ modum & rationem judicanda: eritque juxta hanc decisionem constitendum, plurimum interesse in hoc ipso tractatu, quod unicum pretium, vel plura distributivè concipientur: siquidem priori casu actus judicabitur ad unius certi corporis rationem: posteriori vero ad mensuræ præscriptæ modum. Cujus opinionis auctores sunt Bald. in rubr. C. de contrah. emp. q. 22. Batt. & Paulus in l. Julian. §. si Tisius. ff. de act. empri. Salic in l. l. col. 1. Paulus in l. 2. n. 3. C. de peric. & commo rei vend. Curtius Iun. in d. l. quod sapè. §. in his. Bologna. in consil. Anan. 98. Ioan. Crotius in l. omnes populi. col. 1. de justit. & iur. Contrarium mihi prænotare videntur Carol. Ruinus. Soc. Iunior. & Parisius in dictis responsis, dum asseverant quod si venditio fiat ad corpus, venit in venditionem quidquid sub eo corpore continetur, etiam si excedat mensuram à venditore dictam: & adjiciunt, quod excessus ille est æstimandus majori pretio, quoties pro qualibet mensura fuerit certum constitutum pretium. Igitur appetet, eos velle quod venditio sit facta ad corpus, etiam si pretium distribuatur pro ratione cuiuslibet mensuræ, & quod non sit facta ad men-

mensuram, etenim si esset prædicta venditio facta ad mensuram, profecto non veniret excessus ille in venditionem, ut omnes præmittunt, nec poterit jure negari. Quia mensura tunc apponitur causa limitationis, & restrictionis rei venditæ. Quamobrem ad tollendas has auctorum controversias ulterius octavam adjiciam conclusionem.

¶ Octavò, in eadem disputatione est considerandum, quod sicut in rebus mobilibus non dicitur perfecta venditio ante mensuram adhibitam, quoties venditio ad mensuram fuit facta, ut denique hoc plurimum referat, quoad translationem dominii, & quoad periculum, & commodum, d. §. in his. l. 2. C. de peric. & commod. rei vend. l. 2. 4. eti. 5. par. 5. ita & in rebus immobilibus ad mensuram venditis idem pariter est dicendum. Batt. per text. ibi in l. si vendit. §. 1. & ibi Doct. ff. de peric. & commod. rei vendit. idem Batt. in consil. 118. incipien. In quest. domini Cioli Salyct. in l. 1. col. 1. & ibi Bald. 4. opposit. C. de peric. & commod. rei vendit. Curtius Junior. in d. §. in his. Paulus in dict. l. 2. idem post Bartolom in dict. §. si Titius. sensitgl. in l. 1. §. sed & custod. ff. de peric. & commod. rei vendit. & in d. §. in his. & in dict. l. si in vendit. §. 1. gloss. item, & Doct. in d. §. si Titius. Capicus decis. Neapol. 14. n. 6. Alex. in conf. 33. col. 2. lib. 5. Paul. Par. plures allegans consil. 59. l. 1. col. 2. & alij plures; ut tandem hæc sit communis opinio: tametsi, etiam ante mensuram adhibitam obligatio perfecta sit ad hunc effectum, ut non sit locus pœnitentiae: quod Paul. Par. in d. conf. 59. latè probat, & nos obiter hoc in loco adnotamus cum seq. post gloss. 1. dum dicit: etiam condit. dicitur perfecta, in l. 2. C. de peric. & commod. rei vend. gloss. in l. necess. §. quod si pendente. vers. si ita res. ff. de peric. & commod. rei vendit. & in princ. Inst. de empt. not. Bart. Salyct. & Paul. in l. 2. C. quando licet ab empt. disced. idem Salyct. in d. l. 2. C. de peric. & commod. rei vendit. contra gl. inibi, quæ contrarium sensit, nisi intelligatur quoad obligationem, ut ea ante mensuram nata efficaciter non sit saltem certa: non tamen poterit ea opinio gloss. procedere quoad hunc effectum, ut licet ab exemptione discedere. Quod Paul. not. in d. l. 2. C. quand. licet ab empt. disced. ad fin. & post eum Paul. Par. in d. conf. 59. n. 9. Quæ quidem conclusio, quam modò prænotavimus de translatione dominij, & periculo rei ad mensuram venditæ, tunc obtinet, quando ad mensuram traditio facta non est: ea etenim facta, etiam ante mensuram, periculum, & commodum est emptoris. Textus singular. in d. l. 1. C. de peric. & commod. rei vend. & ibi expressim Angel. Paulusque Castr. post eos Corneus conf. 50. l. 1. col. 5. Dec. eleganter in conf. 179. quorum opinio admodum utilis est, & insignis: quæ, ut Dec. commemorat, Anton. Burgen. Hispanus proprio responso comprobavit. Nihilominus Curt. Jun. in d. l. quod sapè. §. in his. ad fin. contra opinionem istam notat, & inducit text. in d. l. 2. cuius auctoritate improbat quod prædicti Doctor. adnotarunt, & profecto ejus inductio mirè convenire videtur. Nam secunda pars illius constitutionis, ubi mentio fit traditionis clavium, loquitur eo causu, quo venditio non est facta ad mensuram ut denique traditio tunc operetur, cum venditio ad mensuram non fuerit facta licet tunc necessaria traditio non sit, ut ibi considerat & admonet gloss. sed prior opinio Decij, Angeli, Pauli, Cornei, & Burgensis menti est adhuc multum commendanda in praxi, quæ tamen non procedit in traditio- ne facta, nempe ea, quæ fit per constitutum, sicuti docet diligenter Paulus Par. in conf. 95. lib. 1. col. 3. & seq. quem legito.

¶ Nonò ex his constat, quod etsi venditio vini, aut alterius rei similis fiat quantum ad totum certi

Didaci Covarr. Tom. II.

corporis: nempe cum venditor dolium vini ad rationem viginti pro qualibet mensura vendiderit: hæc venditio dicitur etiam facta ad mensuram: & ideo periculum ante mensurationem ipsius venditoris est, non emptoris. ¶ text. est ad hoc in d. l. quod sapè. §. in his, in princ. & in fin. juncto versic. quod si vi- num. ubi optimè Curt. Jun. ita tenet, reprobans in hoc Baldum & Paul. Castr. qui contrarium tenuerant l. sicut. C. do aet. empt. scribentes, non esse di- & cim venditionem ad mensuram, nec ad ejus rationem judicandam. Quasi aliud sit vendere omne, vel totum vinum doliarii, vel dolij, ad rationem unius argentei nummi pro qualibet amphora: ut tunc sit venditio ad rationem mensura cenienda: sicut in dict. §. in his probatur: aliud vero sit, vendere dolium vini ad rationem unius argentei pro qualibet amphora: & hoc quidem casu non judicetur venditio facta ad mensuram. Ego vero non satis percipio hanc differentiam quoad veram ejus rationem, congruamque discriminis causam, cum utroque casu venditum sit totum vinum, quod est in dolio, vel in doliario, hujus opinionis, quam ipse sequor, etiam auctor est Salic. qui in d. l. sicut. Bald. sen- tentiam reprobat.

¶ Decimò, ex his inferatur; quid sit respondendum in questione hoc in loco à nobis potissimum disputata. Nam in rebus immobilibus tenent omnes obseruandum esse responsum Jurisc. in d. §. in his. ex eo vero non negarent Paul. Castr. nec Bald. quod si venditio fiat in hunc modum: Vendo omnia juga- ra, omnes vineas, omnia prata, que continentur in fundo Semproniano, ad rationem unius aurei pro qualibet jugere; hanc venditionem conceptam esse ad mensuram & periculum ad venditorem pertinere ante mensuram adhibitam: at in specie respondent dici venditionem conceptam ad corpus, non ad mensuram, quoties dixerit venditor: Vendo fundum Sempron. ad rationem aurei pro qualibet jugere; etiam si di- stus sit certus mensuræ modus, nempe fundum decem jugerum sub his limitibus. Huic opinio- ni Bald. & Paul. suffragantur Carol. Ruin. So- cin. Jun. & Paulus Par. quorum superius mentionem fecimus; & profecto non videtur aliqua con- grua discriminis ratio inter hunc casum & præceden- tem, quia & in utroque non certa pars fundi, sed totus ipse fundus venditur, & quidquid sub eo con- tineatur. Quod perpendere videtur Jurisc. in d. §. in his. atque ideo ibidem Curt. Jun. Salicet. in d. l. si- cut. fecatus etiam in hoc reprobat Baldi & Pauli opinionem, idcirco si distinctio Jurisc. in d. §. in his. est observanda in venditione rerum immobilium, quod video communiter receptum esse, tametsi nulli, quod sciām, probetur expressa quidem aucto- ritate, oportet ad probandum Bal. & Pauli senten- tiā constituere prædictam differentiam, quæ non satis certa est, nec omnino placet. Tandem, si con- tra Bal. & Paulum tenendum est, neceſſum erit fa- teri, quoad duplīcē effectum considerati venditionem ad mensuram, scilicet quoad periculum, & commodum ipsius rei, & tunc etiam venditio fundi dicetur ad mensuram facta, quoties fundus totus ven- ditur ad rationem aurei pro qualibet jugere: que- madmodum adversus Bald. & Paulum notarunt Sa- licet. & Cur. Junior. quibus accedere videntur Bald. & alij superius citati ad distinctionem pretij unius, vel plurium in versic. 7. aut sanè considera- tur venditio ad mensuram, vel ad corpus quo- ad hoc, ut quidquid sit in fundo, aut in re ultra summam dictam à venditore, veniat in venditionem, aut maneat penes venditorem. Et tunc di- cetur venditio ad corpus, non ad mensuram, quo- ties ita fuerit concepta: Vendo fundum Sempron. vel aliquis certis definitum & limitatum finibus de- cem jugerum, aut qui habet decem jugera, ad

rationem aurei pro quolibet jugere. Sic etenim visum est omnibus quos superius allegavi, & ex his illi præcipui auctores sunt, Carolus inquam Ruinus, Paulus Paris. & Socin. Jun. denique ipse Baldus & Paulus Castrensis in d. l. sicut Cod. de action. empt. tametsi hi duo, etiam quoad periculum hoc ipsum asserere & probare tentaverint. Qua ratione ipse in infero ad intellectum Juiiscons. in d. §. in his. quod si vinum ita venditum sit: Vendo dolium vini, vel vinum, quod est in hoc dolario ad rationem unius argentei pro qualibet amphora, & habet centum amphoras vel cujus quantitas est centum amphorarum; his equidem prescriptis veibus etiamsi periculum, & commodum vini sit venditoris, donec mensura fiat, attamen si fuerint in dolio, vel dolario centum quinquaginta amphoræ, etiam haec quinquaginta, veniunt in venditionem pro pretio constituto unius argentei pro qualibet amphora. Hoc probatur ex his, quæ paulò post adnotabimus ad intellectum l. si servum. §. si mod. ff. de act. empt.

¶ Undecimò, ut statim proximè tradita ultius explicemus. Etsi verum sit quoties venditio facta fuerit ad mensuram, cedere lucro venditoris & ejus commodo, quidquid ultra modum expressum in fundo sit, ac reperiatur, nec venditorem teneri id tradere emptori, arg. text. in d. c. per tuas. l. penult. §. ult. & l. si vendor. in princ. ff. de act. empt. & est communis sententia omnium, quos sequitur Nicolaus Boëcius decis. 50. n. 9. dicens, ita pronunciatum fuisse, nisi excessus is esset modicus: tunc etenim emptori cederet. Id vero quod deficiat ad mensuram dictam, à venditore supplendum sit. d. c. per tuas. qui propriè hoc in casu loquitur ad idem l. si servum. §. si modus. ff. de act. empt. & probatur in d. l. penul. §. ult. & in d. l. si vendor. Attamen si venditio fiat ad corpus, vendor tenetur tradere fundum juxta mensuram dictam, ita quod si major sit, cedat lucro emptoris secundum communem eorum, qui citati fuere in secunda conclusione hujus capituli. Si vero minor, teneatur vendor supplere ad rationem, & numerum mensuræ in contractu prædictum. Hoc deducitur ex d. §. si modus. & in l. si in empt. in princ. l. Julian. §. si Titius. ubi elegans, & insignis locus ad hujus dubii declarationem. ff. de act. empt. Sed & text. est in hac quæstione satis expressus in l. si duor. ff. eodem tit. in vers. nec enim. qui omnino est adnotandus, qui constat ex eo, quod ibi tractetur de fundo vendito ad corpus. Hoc idem probatur in l. qui fundum. §. qui agrum. ff. de contrah. empt. notant expressim Paul. Castren. in d. §. si modus. in l. 2. C. de pericul. rei vend. Alexand. cons. 8. lib. 5. Paulo de Castro in dict. l. si duorum. Socin. Jun. in d. consil. 42. n. 21. Bart. Socin. in l. demonstratio falsa col. 3. ff. de condit. & demonst. Capicius decis. Neap. 14. n. 3. quidquid contrarium velit Cornel. cons. 59. lib. 4. quem simpliciter sequitur Boëcius decis. 50. n. 6.

¶ Duodecimò est in hoc animadvertisendum. Si quidem facta venditione ad corpus expressum addito mensuræ numero: si majoris reperiatur, cedit emptoris commodo, nec quidquam pro ea parte tenetur emptor convento pretio adjicere: ubi premium fundi & unicum est. l. si vendor hominis. in princ. ff. de act. empt. quod si premium sit pro singulis jugeribus constitutum. facta ejus distributione: tunc emptor tenetur vendori premium addere pro jugeribus ultra numerum prædictum inventis. Text. in d. l. qui fundum. §. qui agrum. ff. de contrah. empt. notant eleganter Paul. Castro in d. §. si modus. idem in l. 2. C. de peris. & com-

mod. rei vend. & ibi Salyc. Fel. in c. signif. de script. num. 7. Iaf. in conf. 55. l. 1. Soc. Iun. d. conf. 42. col. ult. l. 2. Fab. in tr. de empt. 6. par. princ. col. 8. Ant. Burg. in d. c. cum causa. n. 50. qui hoc in casu intellexit Paul. Cast. opinionem, & verè ipse Paulus hunc in modum satis seipsum explicat, not. idem eleganter Cat. Ruin. in d. conf. 83. n. 3. & 4. l. 1. ubi ab hoc reducere conatur sententiam Bal. in d. Rub. C. de contrah. empt. q. 22.

¶ Decimo tertio, ex prænotatis constat intellectus ad gl. in d. c. per tuas, in verbo, invenerunt. ubi constituit differentiam, quoad decisionem l. 2. de restind. vendit. an deceptio contigerit in quantitate pretii, & tunc locus sit d. l. 2. an in quantitate rei, & eo casu sit omnino læsio compensanda, & teleindenda, etiamsi non sit ultra dimidiam. Idem norant Panorm. ibi notab. 4. Anania consil. 98. col. 3. Panthal. Crem. in d. l. 2. col. 46. verfe. nonò limito. Etenim falsa est hæc differentia, quia si constituamus, fundum esse venditum ad corpus, & mensuræ modum dictum fuisse atque sub unico pretio: locus non est reparacioni, nec satisfactioni læsionis ultra dimidiam, immo totum quid est ultra mensuram dictam venit sub eodem pretio in venditionem, ut constat ex proximè traditis. Idcirco glossa illa est intelligenda; ut vera sit in casu illius text. nempe ubi à mensura cœpit actus, & mensuræ modus dictus est. Nam si minor inveniatur, agere potest emptor ad numerum mensuræ dictum jure ordinatio, nec est necessaria Cælareæ constitutionis actio, quæ in dict. l. 2. traditur & idem. ubi ad corpus sit facta venditio, numerosque certus dictus sit à venditore. d. §. si modus cùm similib. quæ ipse adduxi paulò antè vers. 11. Sic in specie notant Imol. & Baibat. in d. cap. per tuas. & Soc. Jun. in d. conf. 42. col. ult. lib. 2. quod si mensuræ modium dixerit, tunc agendum erit ex tit. ff. si mensuræ modium dixerit. Quod existimo adnotandum fore, ne præcitatæ gl. opinio hujus disputationis, veræ resolutioni præjudicium faciat.

¶ Decimoquarto, si ad amissim ea observentur, quæ hoc in capite scriptimus, colligitur hinc vera interpretatione text. in d. l. Julian. §. si Titius. Nam Accursius. Jac. Bart. Rainer. Bart. Salic. ibi idem Salic. in l. 1. C. de peric. & commod. rei ven. tandem communiter DD. ut testatur eos secutus Curt. Jun. in d. §. in his, tenent in ea specie venditionem fundi factam fuisse ad mensuram, non ad corpus, venditumque fundum esse ad rationem certi pretii pro qualibet mensura: atque idem quod post venditionem fundo ad reverent venditoris esse, non emptoris. Hic tamen intellectus non potest jure procedere ex textu in l. fundum. ff. de act. empt. ubi mendacium vendoris, quod nullo in commodo afficit emptorem, non nocet vendori, nec actionem ex empto efficit uberiorem. Sed si in d. §. si Titius. periculum & commodum ad venditorem pertinebat, jugera illa, quæ ante mensuram ad reverent fundo ipsius vendoris essent, etiamsi is per mendacium sciens, fundum non habere centum jugera, dixisset eamdem habere: si quidem nullum damnum ex hoc mendacio contingit emptori, cui centum integra jugera tempore mensuræ traduntur, & tamen in d. §. si Titius, contrarium dicitur. Ergo non fuit inibi venditio facta ad mensuram. Quamobrem Fulgos. Jacob. de Aren. & Albert. quamvis hic in priori loco aliorum verba, & opinionem retulerit: tenet in eo casu venditionem factam fuisse ad corpus, & à venditore dictum fuisse certum fundi & mensuræ modum, juxta quem tenetur, ut superius probavi, conventionem servare, & tunc non obstat quod in hoc casu, quod per alluvionem accrescit sit emptoris indistincte, cum ad eum commodum & periculum, ac damnum rei venditæ perrineat. Inst. de empt. & vend. §. sed si post. l. id quod. ff. de peric. & com. rei vend. quia secundum Fulgos. incrementum alluvionis predest vendori ad purgari

purgandam culpam, licet non pro sit quoad excusationem dolis sicuti & in simili casus fortuitus excusat debitorem, ne teneatur culpe nomine. *l. ult. §. si ea. ff. ad l. Rhod. de jactu.* & sane hunc esse proprium, ac germanum intellectum ad d. §. si *Tit.* patet, si advertas, ibi nihil aliud proponi, quam quod certus fundus venditus fuerit hoc adjecto: eundem sc. fundum esse centum jugerum, vel habere cenantum jugera: nec ibi constat premium distributum fuisse pro quolibet jugere: atque ideo non est hoc ad Jurisconsult. adjiciendum: siquidem in venditione totius fundi potius presumenda est unius, & certi pratis constitutio, quam plurium, cum haec distributio minime esset necessaria. Haec igitur dicta sint, & sufficient pro illius responsi interpretatione. Etenim actio quanto minoris, quae hic poterat competere juxta gl. in l. 2. in princ. ff. de act. emp. & l. Jul. §. quid tamen. ff. eod. non obtinet: quia per alluvionem habet ea jugera emptor, quae eodem pretio emisset. Haec vero Juris. responsa maximè convenire videbuntur, si hoc in loco statim eis contextum exponam. Si *Titius*, inquit Ulp. fundu, in quo nonaginta jugera erant, vendidit, & in lege emptionis dictum est, in fundo centum esse jugera, & antequam manifestetur modus, decem jugera alluvione accreverint, placet mihi Neratij sententia, existimantis, ut si quidem sciens vendidit, ex emplo alio competit adversus eum, quamvis decem jugera accreverint, quia dolo fecit, nec dolus purgatur. Si vero ignorans vendidit, ex emplo actio non competit. Hactenus Juris. qui communis interpretationi non admodum visus est suffragari.

<sup>10</sup> Decimoquinto hinc est examinandus + intellectus Jurisconsulti in l. si in vendit. §. 1. ff. de perie. & com. rei vend. ex quo Bartolus notat in hunc modum conclusionem. Sicut in rebus mobilibus non dicitur perfecta venditio, antequam mensuretur: ita nec in rebus immobilibus. Vult igitur Bart. texum illum procedere, ubi venditio sit facta ad mensuram. Idem gl. Alber. & Doctores ibi, idem Bart. in d. §. si *Tit.* quo in loco afferit, quod si venditio fundi non sit facta ad mensuram, vendor tenetur, etiam si pars fundi post venditionem alluvionis perierit. Indicit ad hoc text. in l. Jul. in princ. & l. si in empr. itidem in initio. ff. de act. empr. Ego vero scio, jure competitum esse, quod si non sit facta venditio ad mensuram, periculum sit emptoris, contingens quidem post venditionem: idcirco mihi dubia est, aut sane falsa sententia Bart. in hac ultima ejus response. Nec probatur in locis ab eo adductis. Quia in specie per Bartol. proposita vendor nihil mendaci tempore venditionis asseveravit: siquidem fundus eo tempore ejus quantitatis erat, quam ipse dixit, licet post alluvionem pars ejus decreverit. Sed & si text. in d. §. 1. intelligatur de venditione ad mensuram facta, constat periculum esse venditoris, qui tantum ad custodiari tenetur, & ad hoc ne res ejus culpa pereat. Quod si absque ejus culpa perierit, non poterit emptor agere ad interesse, & ad restitutionem pretij pro ea parte, quam perierit gloss. communiter recepta in d. §. 1. & in l. 1. §. sed & custodia. ff. eod. tit. de peric. & com. rei vend. Raphael tamea Fulgos. in d. §. scribit, posse quidem asseverari, quod illud Jurisconsulti responsum procedat, ubi venditio est facta ad corpus, & in specie, non ad menturam, & tamen vendor modum mensuræ dixerit in venditione, quippe qui dixit, in fundo esse centum jugera, tenetur etenim verum efficere modum mensuræ, & fundi ipsius quantitatem praedictam certam reddere, ac emptori præstare. *l. in emptione. in pr. ff. de actio. emp.* nisi pars, quam deficit, perierit absque ejus culpa, causa quidem fortunæ: non enim sunt tenuerit, nec ad restitutionem pretij pro parte

perempta, quia ea petit periculo emptoris. Sic sane visum est Fulg. qui optimè loquitur. Licet communis sententia receptum sit, Jurisconsult. in d. §. 1. intellexisse, ac tractasse de venditione ad mensuram quam sententiam communem esse fatetur eam secutus Curt. in d. §. in his.

¶ Haec denique de contractu venditionis tractavimus eo profecto animo, ut hic ad donationes, legata, & alias hujusmodi actiones, nec non & ad privilegia, Principumque beneficia, quibus jurisdictione, oppidum, aut civitas conceditur, facile lector possit, quæ viderit practicæ quæstiōni, & controversiæ, contingent utilia fore, cautè pro ingenij captu diligere, multaque his addere ad negotij definitiōnem conducibilia.

#### C A P U T I V .

De summa Regis jurisdictione, quam Majoriam dicimus, quamque Regio nomine suprema exercent auditoria.

#### S U M M A R I A.

- 1 Suprema jurisdictione, quam Majoriam dicimus, non censetur ullo casu à Rege in alium translata.
- 2 Appellantum est ad Regem à Pralatis & Episcopis, temporalem jurisdictionem exercentibus.
- 3 Populi an possint in Castellana Repub. judices & rectores eligere: & inibi de Regis, aut Principis electione, hærede deficiente.
- 4 Mortuo praefide, an ejus vicarius possit jurisdictione uti.
- 5 Rectores civitatum, an invitatis populis, & non potentibus dari possint? & de expensis & stipendiis magistratum ordinariorum & extraordinarium.
- 6 Nobiles habentes jurisdictionem, an habeant jus hoc, ut ab eodem possit à judicibus ordinariis appellari?
- 7 Guadalajara Regio lex examinatur in summa.
- 8 Appellantum est à legato ad delegantem: & ibi expenditur Bart. opinio in l. 1. §. ult. ff. quis & à quo appell.
- 9 Jure Regio appellari potest ad Regem omisso medio.
- 10 Curia Regis que dicatur? & ibi de regiis auditioriis, & cancellariis, ac de cancellarii dignitate.

Quamvis Rex ipse ob egregia belli, vel pacis facinora in Reipub. utilitatem præclare gesta, aliave ex causa, nobilibus civitates, villas, aut opida Regio beneficio contulerit cum Jurisdictione, mero & mixto imperio adhuc in amplissimo territorio exercendis: + eam tamen jurisdictionem, quæ apud Regem summa est cujusque iura vel querelæ, vel provocaciones, aut appellations à judicibus inferioribus, aliæque causæ ad Regem, ut supremum Reipublicæ patrem deferuntur, nequaquam videtur transtulisse, etiam si usus fuerit verbis hac in re quoad significationem uberrimis. Hanc etenim jurisdictionem idcirco Majoriam vocamus; quod ea proprie pertineat ad supremam principatus recognitio nem. Probatur vero haec sententia multis, sed potissimum quod nulla temporis præscriptione, nullo temporis usu adquiri potest à subdito jus illud, quod ab eo ad Principem, cui imperio subest, non provocetur, text. jure Regio insignis in l. 6. tit. 13. l. 3. ordin. cuius nos meritis aliquot additis rationibus in reg. possessor. de reg. jur. in 6. 2. part. §. 2. nu. 8. idem probatur in l. 2. tit. 9. lib. 3. ordin. His accedit, quod suprema haec jurisdictione nullo modo à Rege alienari potest, ut tradunt in specie Lucas de

Penna in l. quacumque in 2. C. de omni aero deserto.  
 11. Guliel. Bened. in cap. Raynus. de testa. in verb. &  
 uxorem nomine Adelasiam. in 2. dec. n. 319. Carol. de  
 Graffalio. l. 2. Regal. Francie. c. 14. & præter hæc  
 suprema jurisdiction est ipsa forma, & substantialis  
 essentia majestatis Regiae: & idèo impossibile qui-  
 dem erit in regno, & de regno aliquem esse exem-  
 ptum, vel exceptum ab illa. text. opt. in c. cùm non  
 liceat. de prescription. Quamobrem non poterit Rex, nec  
 subinde censetur, aliquem Regni locum, vel ejus ali-  
 quot homines ita alteri domino subjicere, ut jus  
 appellationum, & supremæ potestatis, etiam quoad  
 administrationem, & executionem realem apud ip-  
 sum non remaneat: est etenim maximè contrarium  
 regiae dignitati, quod sub ejus principatu locus, vel  
 homines sint, quibus non liceat, nec sit præcium  
 jus Regem ex causa appellationis adire. Sic sane  
 opinionem istam probat Carol. Mol. in consuet. Pa-  
 riens. §. l. 1. gl. 4. nu. 16. 17. & 18. ex auctoritate  
 Lucae de Penna l. in sacer. 3. col. C. de proximis  
 sacerdoti. scrinior. lib. 12.

<sup>2</sup> Hinc factum est, & jure regio constitutum, ut à  
 Prælatis Ecclesiasticis, civilem, sæcularem tem-  
 poralem jurisdictionem habentibus, ad Regem ip-  
 sum provocetur, & appellandum sit, probat hoc re-  
 gia pragmatica sanctio Regum Catholicorum Ferdi-  
 nandi, & Elizabetæ, Hilpali decreta anno 1052.  
 est verò l. 19 inter hujus Regni pragmaticas con-  
 stitutiones, (hodie l. 1. tit. 1. l. 4. Recopilat.) Cujus  
 item ratio poterit ulterius expendi ex eo, quod cùm  
 temporalis ac civilis potestas in Castellanæ Reip.  
 principatu penes ipsum solum Regem sit ab eoque  
 in alios derivetus: Prælati Ecclesiastici non pos-  
 sunt aliunde temporalem jurisdictionem habere,  
 quam ex regia concessione, ejusque titulo, & cau-  
 sa atque idèo semper manuit apud Regem ipsum,  
 jurisdictionem in alios transferentem hæc suprema ju-  
 risdictio, quam Majoriam dicimus nec in ipsis  
 Episcopos translata fuit. Qua ratione habent Epi-  
 scopi, & Prælati à Regibus hanc jurisdictionem,  
 ut eorum subditi, & vasalli: Quod satis est mani-  
 festum. Sic denique hanc conclusionem tenent ju-  
 re ipso communis Batt. in l. si quando C. de appella-  
 la. & itidem alij, quorum meminit eos securus Fel.  
 in c. solita. col. 2. de majori & obed. Tamen si non  
 exactè rationem istam, nec praxim hujus rei ex-  
 minaverit: siquidem non tantum in Hispania, sed  
 & in Gallia idem receptum est, ut testantur Specu-  
 cul. tit. de appat. §. nunc. tractamus, ad quem su  
 appellandum. in fi. Guliel. Bened. in d. c. Raynus. in  
 verb. & uxorem nomine Adelasiam. 2. decif. n. 317.  
 Carol. de Graffal. lib. 2. Regalium Francie. c. 14.  
 Joan. Imbert. Rupellanus lib. 2. Institution. foren-  
 sum, c. 3. Extat verò hac de re Pontificia decisio in  
 c. Rom. §. debet. de appell. ubi summus Pontifex de  
 Archiepiloco respondens ita inquit; Debet autem ad  
 eos ab Episcopis prefata provincia super causis in quib.  
 temporalem jurisdictionem exercent, nisi foris de consue-  
 tudine, aut privilegio sue jure alio speciali sit appellandū  
 ad alium, appellari. Haec tenus illa constitutio. Etenim  
 ubi Prælati Ecclesiastici titulo feudi temporalem ob-  
 tinent jurisdictionem, ab eorum vicariis temporali-  
 bus ad feudi dominum directum appellandum erit,  
 iuxta notatas in c. ceterum de judic. notant in hac spe-  
 cie gloss. & omnes in dict. §. debet. Batt. in l. 1. §.  
 si quis ff. de appellat. & Joan. Rupellanus in dict. c.  
 3. Fel. in d. c. solita. col. 3. post gloss. & alios ibi  
 Panor. & Præposit. in Rubri. de appellat. n. 53. ubi  
 Francus idem notat. n. 53. asseverantes appellatio-  
 nem ad Archiepiscopum, vel superiorum Ecclesiasti-  
 cum deferendam fore: ubi absque jure feudi  
 temporis jurisdictione tota, & libera translata fue-  
 rit in Episcopum, atque hæc videtur magis  
 communis opinio. Ego vero, quod & paulo antea ad-

monui, opinor in hoc regno Castellæ nequaquam  
 posse ultimam hujus communis distinctionis partem  
 in præxi servari: quippe qui utcumque liberè absq;  
 jure feudi, & feudalis recognitionis, fuerit jurisdi-  
 ctio temporalis translata, existimet, penes ipsum  
 Regem supremam manere jurisdictionem, nec hanc  
 censeri in Ecclesiasticum prælatum aliquo mode  
 transmissam: & ideo ab Episcopis temporalem juris-  
 dictiōnem exercentibus ad Regem ipsum est omnia  
 appellandum, nec locus erit Pontificio responsō  
 in d. s. debet. ut in specie asseverant Guliel. Bene-  
 dict. in dict. n. 319. Carolus de Graffalibus in dict. c.  
 14. Messuerus in præcl. titu. de appellat. vers. item à  
 judice Ecclesiastico. Qui teneant in regno Francie  
 non servari decisionem dict. s. debet, à quo, nifal-  
 lor, hoc est alienum, quod modò probavimus ex  
 ratione superiùs adducta. Cùm sit satis ab ipso  
 Princeps seculari qui jurisdictionem temporalium  
 minister est, & jurisdictionem laicam in Episcopos  
 transtulit, expressim, vel tacite sibi excepisse su-  
 premam jurisdictionem cujus ratione Episcopi, ejus  
 subditi & lata dicuntur significatione vasalli. Igitur  
 mitum non est, si etiam ex eadem Pontificia deci-  
 sione conetur instituere, ab ipsis Episcopis, qui  
 temporali utuntur jurisdictione, quatenus eamdem  
 attinet, ad regem appellandum fore.

Quætitur tamen, an Rex, qui alicui nobili,  
 vel Episcopo jurisdictionem, merum & mistum im-  
 perium aliquo in oppido & territorio concessit,  
 fuerit quidem usus & jus primarum appellatio-  
 num itidem translata, ut tandem ad ipsum nobili-  
 um, vel Episcopum possit deferri prima appellatio  
 à judicibus ejusdem loci ordinariis. Est etenim  
 quæstio ista utilis admodum, nec est adeò facilis,  
 quin variè sèpissimè in his Hispaniarum regnis ha-  
 ctenus fuerit controversum. Huic quæstiōni ex-  
 minandæ præmittam aliquot, quæ, ni fallor, non  
 erunt ab hujus tractatus discussione omnino aliena.

Primum si quidem constat, in hac Castella-  
 na Republica totam civilem potestatem & tempo-  
 ralem jurisdictionem penes ipsum solum regem es-  
 se, adeò, ut apud populos ipsos nulla maneret  
 civilis jurisdiction. Quod probatur ex his, quæ  
 nos adduximus hujus operis c. 1. n. 9. & in reg. pos-  
 sess. 2. part. 3. n. 3. idcirco populi nullam habent po-  
 testatem constituendi judices ordinarios, nec ma-  
 gistratus creandi, qui jus ligantibus reddere valent  
 sicuti notant jure communis de populis non liberis,  
 In hoc. & Doct. in c. cum accessissent. de confit. Fel.  
 Rude de appell. n. 4. Alex. cons. 36. n. 1. lib. 5.  
 atque in specie hujus regni populis reddit diligen-  
 ter Pet. Avendanius in tract. de ext. mandat. regis.  
 c. 1. n. 8. l. 2. tit. 4. part. 3. l. 1. iii. 2. lib. 7. l. 1.  
 tit. 15. libr. 2. ordin. (l. ii. iii. 3. libr. 7. & l.  
 1. tit. 9. lib. 3. Recopil.) Quod si Rex ipse negli-  
 geret, aut omittaret, judices & magistratus in  
 civitates, aut populos mittere, ac destinare, tunc  
 sane donec rex judices ordinarios mittat, populus  
 ipse, ejusque nomine decurionum collegium judi-  
 ces poterit in eodem loco constitutere, ac creare.  
 Ea siquidem lege translata est jurisdictione à popu-  
 los in regem, ut nihilominus apud ipsis popu-  
 los maneat illud naturale jus constituendi sibi re-  
 storem, quoties contigerit, neminem à Rege  
 mitti, qui id muneric possit obtinere vacantibus  
 ipsis magistratibus. Sed & hæc opinio manifesta  
 ratione constat absque ulla juris humani auctoritate.  
 Nam etiam si nulla esset humana lex, quæ hoc  
 probaret, profecto id appareret quia populus qui  
 omnino rectore indigeret, nec ullum habet magis-  
 tratum à principe sibi constitutum, jure natu-  
 rali potestatem habet constituendi sibi magistra-  
 tus, interim dum rex ipse non utitur potestate à  
 populo

populo in eum translata: alioqui populus ipse, ipsaque Respublica maximum obiret discrimen, & periculum, cui obviam ire non posset. Quod est egregie absurdum. Nec defunt juris humani testimonia, quæ modò non vacat inquirere, præsertim quia obiser hoc tetigimus ratione, ut opinamur efficaci. Quæ equidem & illud probatur, posse Rempubl. ipsam totius regni, aut provinciæ principem, & Regem sibi electione assumere, quoties familia gentilitia, in quam consensu populorum regnandi jus translatum fuit jure sanguinis, prorsus defecerit. Redit etenim status Reipublicæ ad primævum illud jus, quod ab initio mundi omnes populi obtinuere, de quo in capite primo hujus tractatus disputavimus. Sic sanè ubi alicujus civitatis rector à rege datus, mortem obierit, interim dum rex ipse alium mortuo sufficerit, ac substituerit, decurionum collegium magistratus ad regimen civitatis creabit, ne populus ipse rectore magna cum ipsis iactura careret. Nec f̄ mortuo præside, quem vulgo correctorem dicimus, ejus vicarius, qui jurisdictionem habet ordinariam, quod nos adnotavimus li. 4. Variar. resol. c. ult. n. 4. poterit eamdem exercere: cùm morte præsidis, aut rectoris expiret omnino potestas ejus, qui ab eo fuit vicarius constitutus. Hic enim vicarius eamdem, & non aliam jurisdictionem habet, quam ipse, qui eum constituit, & idem est utriusque tribunal c. Rom. in pr. c. de appell. in specie quoad vicarios Episcoporum, etiam quoad cœpta negotia: tenent gl. singularis, inibi communiter recepta in Clem. ult. de procur. in verb. contest. Panor. in c. extirpande. §. quia vero. n. 14. de prob. Archid. Jo. Dom. Andr. Fran. & Doct. in c. 1. de off. vicar. in 6. ad fin. quibus admodum suffragatur tex. in d. Clem. ult. de procur. Igitur idem erit in vicariis rectorum, & præsidum: cùm hi non habeant jus potentius quam Episcoporum vicariis. Nec ipse video rationem congruam differentiæ. Idcirco non auderem asseverare, mortuo civitatis rectore minimè expirare vicarij ab eodem constituti potestatem: tametsi vit doctissimus Petr. Avendanii id expressim assertat in d. tract. de mandate exeq. c. 3. n. 1. Joan. siquidem Faber in §. item si adhuc. Inst. de mandat. n. 5. contrarium ejus quod ego probavi, nequam tenet. Nam cùm prænotaverit communem Canonistarum sententiam de vicario Episcopi, subdit, posse dici, quod Judices & Ballivi baronum non revocentur per mortem eorum, quamvis di. Ballivi habeant quasi omnimodam conformitatem cum officialibus Episcoporum: quia barones, qui instituunt, sunt domini, prælati non. De Seneschalis verò regiis, & Ballivis non videtur dubium: quia illi sunt verè ordinarij, sicut præsides provincialium. Haec tenus Faber, qui nosquam locutus est de vicariis præsidum, nec rectorum, sed de his judicibus ordinariis, qui constituuntur ab his baronibus, ducibus, marchionibus, comitibus, & regibus, qui jure proprio habent jus constituendi, & creandi, judices ordinarios, qui non appellantur vicarij. Sed & nunc non dispuo de his, quæ Faber tradit: id tamen ex ejus relatione deducens, ipsum minimè locutum fuisse de præsidum, aut rectorum vicariis, qui etsi ordinarij judices dicantur, eam tamen jurisdictionem habent vicario titulo ab his, qui ejusdem domini non sunt, sed aliorum commissa jurisdictione utuntur. Denique regia lege quæ existat inter Philip. II. Regis nostri constitutiones, lib. 3. tit. 5. li. 7. constat vacante correctoris officio ejus vicarios nullam posse exercere jurisdictionem, eorumque officium cessare eosque ad jurisdictionis usum, regia, & nova commissione indigere. Expendat tamen lector, an quæ per eamdem constitutionem, vicariis correctorum data est nova commissio, eo in casu, quo illic datur (nem-

pe quoties corrector ultra tempus ei permisum fuerit absens. Sed & me supremo Prætorio præidente, eadē lex nova sanè sanctione, in casu quo corrector mortem obierit, ex ejusdem summi prætorij decreto fuit palam inducta. Illud verò libenter adjiciam, correctoris officium quo Castellana Republ. passim utitur, inter veteres magistratus continet in eo libro, qui inscribitur *Notitia Romani imperij*: illic etenim, inter alios connumeratur corrector Apulizæ, & Calabrizæ, fitque mentio hujus magistratus Sexto Aurelio, & Flavio Vopisco in Aureliano, & à Jurisconsulto in l. ex omnibus. & l. pen. ff. de off. præf. ab imperatore in l. 3. tit. 1. l. 12. Codicis Theodosiani, & in aliquot marmoreis inscriptionibus apud Wolfgangum Lacium lib. 2. de Rom. repub. c. II.

¶ Secundò erit prænotandum, hujus Castellani regni plerosque populos jus habere ex privilegio principis, vel ex consuetudine aut præscriptione eligendi judices ordinarios, quos vulgus appellat. Hi verò primam habent causarum cognitionem. Quod satis constat ex l. 1. tit. 2. lib. 7. l. 1. tit. 15. lib. 2. ord. l. 2. tit. 4. part. 3.

¶ Tertiò est observandum in hoc regio Castellani principatu mitti frequentissimè in civitates, villas, & oppida, præsertim t̄ regia, præsides quosdam, quos vulgo Correctores dicimus, qui jurisdictionem habent & exercent ordinariam, civilem, & criminalem, quoad primam causatum cognitionem, quam quidam audientiam primam, nos passim instantiam primam appellamus. Hos verò non esse dandos, nec mittendos populorum expensis, sancitum extat l. 1. & 2. tit. 16. lib. 2. ord. hoc idem adnotavit Lucas de Penna in l. annonas. C. de erogat. milit. anno. lib. 11. idem ipse senserat in l. quicunque ad fin. C. de omni agro desert. lib. 12. quem fecutus est Petrus Avendanii in lib. de exequendis mandat. regiis. c. 1. n. 7. quam sententiam nos ita opinamur accipiendam esse, ut constitutissimum sit, olim minimè consuetum fuisse mitti à rege rectores in civitates, villas & oppida, nec ipsorum populorum, nec ipsius regis expensis ex eo, quod ob veterem illam morum simplicitatem, & rerum publicarum quietem: satis idonei erant administracioni, & executioni justitiae judices ordinarij ab ipso decurionum collegio electi ad regis confirmationem, quos Alcaldes ordinarios dicimus. Idcirco, quia populus habebat jus eligendi hos judices ex principum privilegio, aut consuetudine, statutum est non semel, quod alij judices præter hos ne quicquam mittantur à regi, nisi ob causas contingentes fuerint ab ipsis populis, aut cujuslibet populi majori parte petiti. Quod mihi admodum probatur ex d. l. 1. & 2. tit. 16. lib. 2. ord. Sed longè apertius constat ex petitione 8. data regi Alphonio undecimo in Legionensi totius regni couventu. Aera 1387. & in petitione quarta data regi Henrico secundo in Burgensi couventu, Aera 1411. Item ex alia petitione oblata regi Joanni secundo in Zamorense civitate, anno 1432. à quibus deductæ fure re dictæ ordinationum constitutiones & leges. Sed hoc apparet: nam si rectores dandi non sunt, nec mittendi nisi populis ipsis potentibus, manifestè consequitur, in ipsis civitatibus, & oppidis judices ordinarios ad electionem decurionum nominandos constitutos fuisse, qui jus dicerent litigantibus eo tempore, quo non potentibus populis, minimèmitterentur à Rege præsides aut rectores. Hi verò rectores à Rege missi ad petitionem populorum habere debent stipendum ab ipsismet populis. Princeps enim qui primam causarum cognitionem ipsis populorum magistratibus commisit, muneri regio satisfecisse videtur. Unde populi qui rectorem à Rege petierint præter ipsos judi-

ces ordinarios, tenentur eidem stipendium publicum solvere. Alioqui ubi Rex primam causarum cognitionem non commiserit, nec reliquerit popularibus magistratibus, tenetur omnino suis quidem expensis rectorem, aut judicem populo dare: cum id muneris regij sit, eaque ex causa regios redditus percipiatur: sicuti explicat Luc. de Penna in d. l. annonas col. 1. ex illius Cesareæ constitutionis auctoritate. Nec est major ratio in constituendis à Rege stipendijs, quæ dentur judicibus appellationum, quam in his, quæ danda sunt primarum cognitionum magistratibus: ubi & hi sunt à Rege, non ab ipsis populis nominandi. Pari siquidem ratione utrumque munus regium est. Duo tamen sunt in hac Castellani regni Republica moribus adeò recepta, ut nihil sit in ejus regime frequentius: nempe, quod à Rege ipso in quascumque civitates, etiam habentes ordinarios judices, quos Alcaldes appellamus, mittantur rectores exteri: & id maximè conductit ad publicam utilitatem propter quietum statum cuiuslibet Reipublicæ, ad legum ipsarum tutelam, ad jas unicuique suum reddendum. Deinde, quod hi rectores, non à Rege, sed ex ipsis publicis cuiusque urbis redditibus congrua, & definita stipendia percipient. Vtrumque verò à frequenti populorum petitione originem habuit, jam expeditissimum sit, & idem fiat, etiam populis non potentibus, sanctissimè profecto, cum in eorum tendat commune bonum propter ipsius Reipubl. tranquillitatem. Atque hæc sunt intelligenda de oppidis regiis, & in quibus ipsa jurisdiction Regis est.

In his vero civitatibus, & oppidis, quæ alicui Duci, Comiti, aut Marchioni, nobilive subdita sunt, hoc ipsum est in controversia, an domini habentes jurisdictionem possint populis invitatis, & non potentibus constituere, aut mittere rectorem, aliumve judicem, qui primam habeat causarum civilium & criminalium cognitionem, simul cum ipsis magistratibus à populo electis ut eam exerceant jure præventionis? & hoc fieri jure posse conatur probare Petrus Avendanius in dict. tractat. de exequendis mandatis regiis cap. n. 25. quod ipse item admittit, ubi hoc jus fuerit legitimo tit. aut justa temporis præscriptione quæstum. At in his locis, in quibus nulla extat hac de re consuetudo, ac præscriptio, sed est quæstio ista ex juris rationibus definienda, maximè dubitarem. Nam licet Rex aut Princeps summus possit hoc facere, quippe qui summan, & totam habet Reipubl. jurisdictionem, domini tamen inferiores non sic poterunt hoc jure uti nec populis jus quod habent, auferre, diminuere, aut debilius reddere. Habentem populares magistratus jus primarum cognitionum, eaque lege oppida dominis à Rege data sunt. Quamobrem injuria fieret magistratibus popularibus, qui jus istud obtinent, si in eisdem oppidis alij judices ordinarij à dominis darentur & constituerentur in hoc, ut primam haberent causarum cognitionem. Igitur qui hac de controversia judicaturi sunt hæc & alia æquissimè perpendant, ut quod Reipubl. sit utilius, decernant, & exequantur. Nos interim his prænotatis, quasdam exponemus conclusiones ad quæstionis propositæ definitionem.

¶ Prima conclusio: Concessio jurisdictionis, meri & mixti imperii, etiam in proprietatem, & ratione territorij, intelligitur quoad primam instantiam, non autem in secunda, nec quoad causas appellationis. Hoc enim jus cognoscendi de causis appellationum in dubio non censetur concessum, sed reservatum: cum competat superioribus,

& majoribus judicibus, non autem his, quibus primarum cognitionum etiam competit. Sic conclusionem hanc tenerunt Ang. in l. 1. §. quæ mandatum ff. de offi. ejus cui est mand. jur. Jacob. de S. Georgio in tract. de feud. & ejus investit. in verb. vicarius & verb. cum merito & mixto imperio. col. 2. vers. sed an ille. vers. vasalli. col. 13. vers. unum semper noteris. Carol. Molinæ. in consuetud. Paris. tit. 1. §. 1. gloss. s. n. 50. quamvis Curt. Iun. in tract. de feud. 7. & ult. par q. 12. in specie improbet predicitam Angeli opinionem ex quadam Bart. sententia in l. 1. ad fin. ff. quis & à quo appellandum sit quam paulò post examinabimus, & in effectu idem fecerint Andr. Ifern. in const. Neapol. Rub. de discret. cognit. cas. fol. 49. & Matth. de Afflict. in eisdem const. Rub. 58. ad fin. affeverantes, nobiles habentes jurisdictionem in aliquo oppido, jus itidem habere cognoscendi de causis appellationum. Prior tamen opinio, quam ex Angelo deduximus, in praxi receptionis est, ut Albertus Brunus in const. 102. col. 2. & probatur: quia cum idem sit tribunal, non est ad dominum ab ejus vicario & judice appellandum, c. Roman. in pr. de appell. in 6. l. 1. §. ult. ff. quis & à quo appell. sit. Imò & Angeli sententia obtinet; etiam ubi jurisdiction, merum, & mixtum imperium data essent cum omnimoda jurisdictione. Nam & hisce verbis non videtur translatum jus cognoscendi de causis appellationum, secundum Carol. Molinæ. in d. n. 50. Jacob. in d. verb. vicarius. & Aymon. in const. 29. n. 9. lib. 1. licet Ias. in const. 161. l. 2. & Paul. Paris. const. 8. n. 31. lib. 1. teneant in hoc casu, quoties omnimoda fuerit jurisdictione concessa, in hoc translatum censi, ut à vicario ejus, cui concessa est, ad eundem primò appelletur.

¶ Secunda conclusio: Quamvis judices ordinarij, à populo electi, & à domino confirmati, ab eodem domino confirmante jurisdictionem habeant. & accipiant: jure tamen defendi potest ab his judicibus ad ipsum dominum posse appellari. Prior conclusionis pars probatur in auth. de defensoribus civitatum. §. iusjurandum. Et eam tenent expressim Bald. in cap. ad hæc, de allodiis, idem Bal. in c. cum omnes, n. 22. de const. Ang. in d. auth. de defensorib. civit. §. de cetero. Alex. in l. ad fi. ff. de jurif. omn. judic. ubi Dec. col. ult. scribit, hanc opinionem communem esse: qua constat, judices electos jurisdictionem accipere, & habere, ab ipso confirmante. Quia ratione in his oppidis, in quibus jurisdictione quoad primam causarum cognitionem exercetur à magistratibus, quos populus elegerit, & dominus confirmaverit, præconia sunt publicè promulganda nomine ipsis dominis. Ejus etenim est jurisdictione, tametsi non constitutus dominus quoad primam causarum cognitionem ibidem exteris judices, qui forsitan inhumanè tractent ipsos incolas & cives, satis equum est, & jure subnixum quod judices ordinarij à populo elegantur: & à domino confirmantur, modò ubique servetur exactè quod morib. receptum fuerit. Posterior conclusionis pars ex eo mihi placet, quod non sit omnino idem tribunal domini, & magistratum popularium, cum hi non constituantur liberè à domino, sed tantum ab eo confirmantur, postquam fuerint à populo electi, Idcirco admodum convenit, quod ab ipsis popularibus magistratibus ad dominum appetantur, ut ipse aliquam habeat vel primam vel secundam causarum cognitionem: quam per se, vel per alios ab eo liberè constituendos exercere valeat, alioqui esset profecto jurisdictione penes ipsum absque usu ferè, præsertim libero. Atque ita hujus conclus. partem ultimam tenet

Alber. Arun. in cons. 102. col. 2. vers. melius tamen est.

¶ Extat vero in hoc tractatu & materia Regia I. à Joan. Rege hujus nominis primo lata anno Dom. 1390. ut constat ex ipsius Regis ordinationibus Sed † & ejusdem legis mentio sit in Chronica ejusdem Joannis Regis primi anno 12. cap. 12. cuius constitutionis decisio videtur hoc ipsum constituere, & promittere, quod in hac 2. conclus. nos quidem conati sumus probare. Sed & ejusdem constitutionis intellectum & interpretationem hoc in loco missam facimus, quod ea pertenda sit à summis & prudentissimis Regij & supremi prætorij judicibus, & consiliariis pro ipsius Reipub. utilitate.

¶ Tertia conclusio: Nihilo minus potest inferioribus à Principe, jurisdictionem habentibus competere jure speciali, vel privilegio ipsa primarum appellationum cognitione. Hæc conclusio satis probatur ex his, quæ superiùs tradita fuere

¶ Quarta conclusio: A judice per dominum alicujus oppidi constituto ad audiendas appellationum causas, & ad earum cognitionem omnino ad Regem, non ad ipsum dominum est appellandum. Hæc conclusio constat jure cœmuni & Regio, cum idem sit tribunal in hoc casu; sicuti apparet. in d. c. Roman. de appell. in 6. Nec in hac conclusione potest contingere aliqua controversia. Alioqui provocatio, seu appellatio ad Regem facillime tolleretur: cum posset apud inferiores res omnino conformes ferri, ac pronunciari sententiæ à quibus jure prohibita est appellatio, atque ita Joan. Fab. optime scribit in princ. Inst. de vulg. n. 4.

¶ Quinta conclusio: Vbi dominus causam aliquam appellationis cognoscendam expressim, & specialiter alteri delegaverit: ab † hoc delegato ad Regem ipsum, non ad dominum, nec ad ejus appellationum judices, appellandum est. Hæc conclusio constat eadem fere ratione, qua probata fuit præcedens, nec video aliquam in praxi hac de re controversiam: tametsi posset ex jure communii contrarium deducere, vel ratione, qua probatur, à delegato appellandum esse ad delegatorem c. super q. §. porro. de officiis delegat. cap. si delegatus. c. is cui c. si à delegato. de officiis delegat. in 6. l. 1. in princ. & §. 1. l. 3. ff. quis & à quo appell. l. præcipim §. 1. & hoc appellatio C. de app. ex quibus apparet; appellandum esse à delegato ad delegatum, quoties non tota, nec omnis jurisdictione delegata est, sed ejus pars, vel species. Huic rationi accedit elegans sententia Bart. qui in l. 1. §. ab eo. ad fin. ff. quis & à quo appell. scribit, in hoc distingui, vicarium à delegato, quod vicarius gerat vices ordinarij in eodem loco, & eodem tribunali in quo consuevit ipse ordinarius judicare: id est, ut ipse interpretor, qui locum tenet ordinarij, habens ab eo sibi delegatam, & commissam omnem jurisdictionem. Quando antem committeret quis alicui universitatem causarum exercendarum in alio loco, ut putà in aliquo castro sui territorij, licet dixerit: Facimus te nostrum vicarium; non diceretur vicarius, sed delegatus, nec appellaretur ad superiorum, sed ad ipsum, qui eum vicarium fecit. Notat idem Panor. in c. relat. ad fin. de officio delega. Est & ad idem optima glo. in Clem. 2. de rescriptis ver. foraneo. quæ asserit, foraneum officialem Episcopi, qui in aliqua parte diœcesis constitutus est, ut illic nomine ipsius prælati jurisdictione utatur Ecclesiastica & spirituali: in hoc differre, ac distingui à generali vicario, quod hic sit ordinarius, ille vero delegatus, & ideo ab eo ad Episcopum appelletur, notant Fel. in rubr. de officiis deleg. col.

ult. Panorm. in repet. c. si quis contra, n. 35. d. foro compet. & ni fallor, hæc est magis communis opinio, quam Ang. Aret. sequitur in d. l. ab eo ff. quis & a quo appell. & late Robert. Maranta. in tract. de ordin. indicior. part. 4. distin. 5. n. 27. igitur cum in specie & casu hujus s. conclus. judex hic sit delegatus, cui causa quædam, non omnis jurisdictione commissa est, ab eo erit ad delegantem appellandum. Cui sententia patrociniatur glo. in c. non putamus. & illic Domin. de consuetud. in 6. & Alex. in Rubr. ff. de officiis ejus, cui est mandat jurisd. col penult. qui sequitur glo. in d. Clement. 2. idem notat Albert Brun. in cons. 102. col. 2. Textus optimus in c. dilecti. de appellat Quamobrem Joan. Lup. in tract. justitia regni Navarra 2. part. §. 4. regiae legis sensim mentionem faciens scribit, eadem lege permisum esse, quod à judicibus particularibus in oppidis nobilibus subditis ad eosdem dominos appetetur: non tamen à judicibus generalibus, quasi particulares non sint omnino dominorum vicarij, nec eum unum, & idem tribunal efficiant. Tertiò adversus hanc quintam conclusiōnem plurimum conducit text. in l. à proconsulibus C. de appellat. à quo Bald. & Roman. in sing. 75. adnotarunt jure civili posse à vicario ad judicem ordinarium, cuius vices gerit, & à quo constitutus est, appellari: quasi in hoc jus Pontificium à Cesareo differat: cum jure Pontificio à vicario generali ad Episcopum appellare non liceat, nec ad eum qui illum constituit, quia idem est tribunal.

His tamen utcūque urgentibus minimè discedimus à proposita conclusione: quippe qui existimemus, hæc exactè, ac diligenter intellecta, non obesse huic quinta assertioni. Primum etenim non obstat, quia non negamus, jure Cesareo, & Pontificio appellandum esse ad delegantem, vbi is non omnem jurisdictionem, sed ejus partem delegaverit: contendimus tamen hoc intelligendum esse in terminis juris communis disponentis, quod à sententia delegati appetetur ad delegantem immediatum: nec tamen jus commune permittit, quod inferior habens jurisdictionem limitatam, quoad primam causarum cognitionem, & alteri quoad jus appellationis subditam, possit delegare semel, vel pluris, ut cognoscat de una, vel pluribus causis appellationis, frustrando superiorum jure suo: quia hoc esset infraudem appellationis ad superiorē devolvenda. Nam etsi Episcopus certam causam committeret speciali vicario, non generali ad hoc ut ad se, non ad superiorum appetetur, non proderit sibi hujusmodi fraus, & cautela: imò poterit ad superiorum omisso delegante appellari, quemadmodum notat Spec. tit. de appell. §. 4. nunc tractemus. n. 6. Io. And. Domin. & Franc. in c. Roman. in princ. de appell. in 6. Bertachinus in tract. de Epis. lib. 4. par 8. q. 26. tradit eleganter Carol. Mol. in consuet. Paris. tit. 10. §. 1. gl. n. 52. quod si fraus omnis abesset, ejusque suspicio cessaret, posset in hac specie à delegato Episcopi appellari ad delegantem jure Pontif. sicuti Spec. idem, & alij post eum voluerunt, quos sequitur gloss. in Pragm. sanctione in verb. medio. col. 4. Hæc tamen delegatio ob frequentes hominum fraudes hodie maximam habet suspicionem, atque ideo multò utilius est: quod ad Metropolitanum ab hoc delegato, non ad delegantem appetetur.

¶ Sed & Carol. in d. n. 52. citat Io. Fab. in princ. Inst. vulg. tenentem, jure civili non posse appellari à delegato ad delegantem, sed ad ejus superiorum appellandum esse: idque generaliter ve-

rum esse is auctor, sensit, ut tamdem secundum cum ubi quis alicujus causæ omnem cognitionem delegaverit, non possit ad eum à delegato appellari. Imò & ipse Faber improbare, videtur, quod secundo loco de judge Episcopi foraneo adduximus, ad comprobationem opinionis Bartoli: quæ etiam si refragante Fabro jure possit admitti usu tamen forensi minimè recepta videtur quoad fæculares judices. Nam si præses provincie, aut civitatis rector in aliquo proprij territorij oppido vicarium constituerit, ab eo vicario ad rectores, vel præsides superiorum, non ad ipsum rectorem vel præsidem est appellandum. Sic sanè in praxi locus omnino non est opinioni Bart. in d. l. i. §. ab eo ff. quis & à quo appell. quia in re observare oportet exactè, quid mortibus & usu fuerit receptum. Vnde poterunt faciliter intelligi, quæ breviter scribit Rebuff. in comment. ad leg. Regias. 3. to. tit. de appell. in princ. col. 4. asseverans, in regno Franciæ à vicariis & locum tenentibus, & à subdelegatis, ad Regem, & ejus curiam, non ad delegantem, nec ad eum qui vicarium constituit, appellari. Idem etenim & apud nos in his Castellani regni provinciis passim fit: cùm à locum tenentibus, etiam particularibus non appelletur ad præsides, nec ad prætores, sed ad ipsum Regem ejusque curiam.

¶ Quod verò ex Bald. in d. l. à proconsulibus tradidimus, falsum esse constat. Siquidem nec de jure civili poterit ad ordinarium, vel rectorem civitatis ab ejus vicario appellari: cùm idem sit tribunal, ut explicat Bart in d. §. ab eo. idem Bart. per text. ibi in l. præcipimus C. de appell. Dec. in c. dilecti. de appell. Bald. ibi contra in Margar. Innocentiana, litter. S. n. 15. Quibus non oberit decisio tex. in d. l. à proconsulibus. quia loquitur in vicario præfetti prætorio: cuius quidem præfetti prætorio tanta fuit olim dignitas, ut ab eo tanquam à principe minimè liceret provocare: id circò miram non est, quod ab ejus vicario ad eum appelletur: cùm ad alium non possit appellari. Eamdem opinionem post Bart. tenet Angel. in d. l. præcipimus. Hoc ipsum sensi & gloss. in Præmagtice sanctione tit de causis, §. nec ad quemcumq; in verb. medio scribens, decisionem tex in d. l. à proconsulibus. procedere in vicario ejus, qui superiorem non habet, ad quem appelletur. Idem & Francus sensit in d. c. dilecti. q. 6. unde fit, ut hæc quinta conclusio satis his rationibus fuerit probata. Quamobrem idem fortassis erit in eo casu, quo dominus alicuius oppidi, causam aliquam alteri delegaverit in prima instantia, quoad primam causæ cognitionem & definitionem. Nam ab hoc delegata ad regem, non ad dominum appellabitur: etiam si contraria voluerit Alber. Brunus in d. consil. 10. col. 2.

¶ Sexta conclusio: Quamvis jure regio domini oppidorum ex d. l. Guadalaiara, aliovè legitimo titulo jus habent primarum appellationem, quæ à judicibus ordinariis proponuntur; poterunt tamen subditi libere omisso ad Regem ejusque curiam provocare. Conclusio ista probatur ex eo, quod regiis legibus, & ordinationibus prohibitum sit quodcumque gravamen, quod fieri soleat in oppidis dominorum nobilium, his, qui ad Regem, ejusque curiam appellant. Et deinde institutum, quod in his locis libere permittantur quæcumque ad Regem appellationes l. 24. tit. 16. lib. 3. ordin. & l. 1. tit. 1. eod lib. [ & l. 7. tit. lib. 4. Recop.] sic sanè apud Regia Castellani supremæ tribunalia passim admittuntur appellationes, quæ sunt & proponuntur, etiam omisso medio nobis ium dominiorum

jurisdictionem habentium tribunalis, cuius quidem tribunalis cognitio pertinet ad eas appellationes, quæ fuerint ad id tribunal delatae. Hæc autem praxis potuit originem ducere à Regia lege partitarum, quæ permisit appellationes ad Regem deferri, ad ejusque curiam omisso medio quemadmodum decisum extat in l. 18. tit. 23. part. 3. Idem enim ex jure Pontificio constat, quia ad summum Pontificem appellari potest omisso medio, ad Romanan. 2. q. 6. & est communis opinio Doctor. in cap. dilecti. de appellat. quamvis adhuc aliquot Ecclesiastici judices nolint deferre appellationibus ad summum Pontificem nominatum expositis omisso medio; quod in Concilio Basiliensi constitutum fuit, ut patet in Præmatica sanctio Gallicana tit. de caus. Iure tamen Pontificio ad legatum à latere omisso medio appellari poterit, gloss. in s. Romana. in princip. in verb. ad curiam. de appellat. in 6. notatur in c. 1. de officio legati. Tradit optimè Francus in dilect. c. dilect. q. 8. Quin & omisso medio appellationes ad quemcumque, maximè Regem deferuntur legitimè, si nemo petierit earum remissionem ad eos judices, qui ex jure ordinario primarum appellationum cognitionem habent. Nam appellatio omisso medio prodosita, causæ cognitionem devolvit; etiam ubi appellari omisso medio non potest, si nihil fuerit ex adverso objectum, glossa communiter recepta in d. c. dilecti, cuius opinionem fatentur communem esse Imola, & Decius ibi Cosmas in Præmat. Sanctione. tit. de causis. in verb., medio. Eamque sequitur Rota. decis. 387. in novis. tametsi & in hac specie Imola, Decius, & Cosmas à frequentissima omnium sententia discesserint, contrarium jure verius esse asseverantes. Et ideo juxta eorum sententiam, quoties appellatio permissa non est omisso medio, etiam nemine petente, appellationis causa remittenda est ad illum medium tribunal, quod injustè fuerat omisso; Quæ tamen opinio jure regio, quo appellari potest ad Regum omisso medio, necessaria non est. His igitur probatur hæc sexta conclusio ad præxim legi regiæ, quæ lata fuit Guadalaiara, de cuius intellectu plerūmque variis expositis quæstionibus solet disputari. Nos verò pauca notavimus, quæ certam habent ex usu, & jure definitionem: cùm lex illa jus primarum appellationem dominis oppidorum concedat, quoties appellatio proponitur à judicibus ordinariis. Sed de appellatione ista omisso medio ad Regem quid apud Gallos receptum fuerit, tradit Rebuff. 30. to. in leg. Regias, tit. de appellat. art. 2. Et auctor styl. Parlamenti Paris. tit. an qui appellavit ad curiam omisso medio remitti debeat. In regno sanè Neapolitano lege lata obtentum est, quod possit ad Regem appellari omisso medio, etiam in Baronum oppidis, ut palam testantur gl. Andreas Isern. Matth. de Afflict. lib. 1. Rubr. 58. col. ult. notat idem Matth. ad hoc constitutionem incipientem, Cum nova Rubr. 78. q. notab. & Robert. Maranta in tract. de ordine judic. parte 6. cap. de appellat. n. 66. atque hæc, ut exposuimus, hactenus obtinuerunt.

¶ Appellationes autem quæ ad Regem deferuntur, ut & aliae causæ, quæ ejus definitionem exigunt, in ipsa curia regia examinantur, & definitiuntur. Curiam tamen hic intelligo oppidum & locum ubi Rex est cum suis consiliariis, qui ejus lateri adstant, ut ei consulant, quid agendam sit in executione justitiae, & administracione, ac regimine totius regiæ Reipublicæ. Hanc eterenim congregationem, curiam dicimus propriè, & inde eodem nomine appellamus locum, ubi ea congregatio commoratur. l. 27. tit. 9. part. 2.  
Sie

Sic denique quod Innoc. & Pan. in c. ego N. do jurejur. idem Innoc. in c. cum Eccles. de except. & in e. accusatum. de simonia. & ex Herodiano lib. i. Tiraqu. de nobilitat. c. 31. numer. 4. scripsit, afferentes Romanam dici locum ubi sit Papa, vel Imperator eo tempore, quo Roma suberat Imperatori. Quod Herodianus scribit, apud quem Pompejanus dixit, *Roma est, ubi & Imperator est*: in hunc modum accipendum, si inibi Papa cum curia simul degat. text. opt. in Clem. ne Romani. §. sane de electio. tum eti contrarium notaverit gloss. in reg. cancel. 5: & simpliciter idem, quod Innoc. observaverint Roman. in singul. 145. Dec. in c. memin. de appell. num. 2. Domin. in c. 2. de præben. in 6. pen. not. Olim autem curiæ auctore Festo dicebantur, in quibus uniuscuiusque partis populi Romani quid gerebatur, quales sunt hæ numero triginta, in quas Romulus populum Romanum distribuit, quibus postea additæ sunt quinque meminat Budæus in li. 2. ff. de origine jur. Inde curiata comitia dicebantur conventus, qui curiatim per lictorem calabantur, id est, vocabantur: ut testis est Gellius lib. 15. c. 27. Curia item apud Romanos locus ille fuit celebratissimus: ubi de publicis rebus à Consulibus & Senatoribus tractabatur, à cura quidem dictus. Cicero lib. 3. de Oratore ait, curiam pro senatu accipi. Curia igitur apud Romanos dicebatur locus, in quem senatores pro reipub. utilitate conveniebant. Qua ratione etiam si hodie in Regiis principatibus non omnino conveniat regimen publicum ei, quo Romana respublica utebatur: nihilominus & summus regius senatus, summaque curia hæc nomina poterunt obtinere ad veteris reipub. imaginem: siquidem & in summo senatu regij consiliati de reipubl. administratione tractant, & rogantur sententiam dicere, ut reipubl. cura per eos expediatur. De curia multa Zal. in l. 2. de orig. jur. in princ. & Bud. in For. lib. ad fin.

Cæterum Castellæ rex, ut litigantium subditorum commodis, & expensis consulceret, & ne passim cogerentur regem ipsum sequi omnes hi, qui appellationis caula, aut querelæ, sive pro jure exigendo regiam curiam adirent: ac subinde, ut summus ejus senatus, & consiliarij ejusdem, tot alioqui negotiis impediti, quæ brevem, ac celerem expeditionem exigunt, commodū regimini reipublicæ vacaret: duo constituit iridem regia prætoria; unum Pintia, alterum Granatæ; que quidem prætoria curie regie appellantur. Ad hæc verò causæ appellationum, & regulariter aliæ omnes, quæ ex legibus hujus regni ad curiam regiam deferti possunt, & deferendæ sunt, jure quodam ordinario deferuntur: quibuldam negotiis exceptis, quæ regio supremo senatu, ejusque summis consiliariis excipiuntur, & reservantur. Dicuntur tandem hæc Regia prætoria vulgo auditioria regales. Latinè dici caste poterunt auditoria. Nam auditoriorum locus est, ubi causæ audiuntur, & lites judicantur. l. contra. §. is qui. ff. de re judic. l. mulier. ff. ad Trebellion. l. minor autem ff. de minor. l. Titius. in ff. d. act. empi. l. lecta est in auditorio. Aemylij Papin. præfecti prætorio ff. si cera. petat. ubi Alc. Eadem fermè ratione Epiphanius interpres Sozomeni lib. 2. tripart. c. 2. de Constantino qui nolebat de causis sacerdotum judicare, inquit, cum respondisse: *Mihi ergo homini constituto de hujusmodi rebus non licet habere auditorium, id est, judicium: ejusdem dictiōnis ad eamdem significatiōnēm, qua significatur locus publicus, ubi causæ & lites audiuntur, mentio fit Ael. c. 25. Altera, inquit, D. Lucas, die cum venissent Agrippa, & Berenice, cum multa ambitione in auditorium cum tribunis.*

Sed & hæc auditoria etiam appellantur Regiæ cancellariæ, ut opinor à cancellatio, qui princeps olim in curia, & præfector summus regij prætoris, & consiliorum, aliorumque magistratum, qui apud regem munera publica in executione justitiae, in expediendis negotiis regio nomine obtinebant. Hujus cancellarij officium erat; rescripta & responsa, decretaque regis inspicere, & malè scripta, aut expedita cancellare, id est, transversis lineis, veluti cancellis expungere, & illinire. l. cancellaverat. ff. de his qua in test. delen. & l. seq. & in l. sc. chirograph. ff. de probatio. Quod verò hoc fuerit officium cancellarij, probat text. celebris in l. 4. tit. 9. part. 2. & in l. 13. tit. 18. p. 4. indicat Budæus in Rub. ff. de off. præfct. prætor. fortassis & hic est, quem Socrates hist. Eccles. c. 23. appellat ἡράτοσάτλω τῶν βασιλίων ἐπιγραφέων, Nempe primum præfectum Regionum scribarum: atque illic censet hanc dignitatem magnæ tunc fuisse estimationis Theodosio juniore imperante. Sed & Plutarch. in Eumeni scribit, Eumenem prudentia & fide magni nominis apud Alex. fuisse, dictumque ἀρχιγραμματία, id est, Scribarum principem, aut primum Secretarium. Magnam & olim fuisse cancellarij dignitatem & auctoritatem apud Gallos, testis est Paul. Aemil. lib. 3. de rebus Francor. quo in loco Cancellarium appellat præfectum juris. Idem Budæus in Forenisibus, cum dicit regni Nomophylacem, penes quem sunt juris regalis prima auspicia. Hec tamen sunt intelligenda de Cancellarij dignitate, quæ apud Hispanos, Gallos, & Anglos abhinc mille annis obtinuit: cùm apud veteres Romani orbis Imperatores, qui Cancellarios instituerunt, non fuerit hæc dignitas tantæ estimationis, quantæ postea, vel hoc saeculo censemur. Apud Flavium Vopiscum legimus Carinum Imperat. Cancellarios habuisse. Sub Arcadio item & Honorio fuere etiam Cancellarij, quorum mentio fit in l. consiliar. & in l. nemo. C. de assēt. & domēt. & Cancellarii jud. Hos autem ipse interpretor eos, qui judicibus libellos supplicatorios offerebant, & legebant, quos notarios hodie vocamus. Ejusdem muneric apud Imper. Carinum opinor ejus Cancellarios fuisse. Nam & Virg. Polydorus lib. 9. hist. Angl. de Guilielm. rege ita scribit: *Instituit item scribarum collegium, qui diplomata scriberent, & ejus collegii magistrum vocavit Cancellarium, qui paulatim supremus effectus magistratus, qualis hodie habetur.* Idem Polyd. lib. 11. scribit, Cancellarium regni in publicis conventibus apud principes prolocutorem esse. Idem lib. 13. scribit D. Thom. Cantuar. creatum fuisse magni regni Cancellarium. Sed & Paul. Aem. in d. lib. 3. de reb. Francor. opinatur, à patris initiosis, & ab scribarum officio munus hoc cancellariorum regni ob magnitudinem virorum, qui eo munere fungebantur apud regem ad tantam majestatem pervenisse: adnotarunt, & de his multa præter hæc. Alc. li. C. 12. tit. de primicerio. & Zal. in l. 2. ff. de orig. jur. in verb. scriba. Claudius item Spencæus multa in priorem epist. ad Timoth. lib. 2. digres. c. 11. & Petr. Pithæus lib. 2. adversar. c. 12. qui probant diligenter Cancellarios à cancellis dictos esse ex Cassiodoro lib. 2. variar. ex quo illic & lib. 12. constat, jam ejus ætate munus istud magnæ fuisse apud Principes auctoritatis (idem ex eodem probatur lib. 10.)

Ergo Regia Cancellaria regis verbis responsa facit suppliciter adeuntibus, & jus reddit litigantibus antistetique in plerisque equitatis censetur. Denique curia regis est, ac sub regio nomine, & sigillo litteras decernit super rerum judicatarum executionibus, & super aliis rebus quæ à cancellaria ejusdem prætorio examinantur, & definitur.

## C A P U T V.

## De jure ac privilegio revocandi domum.

## S U M M A R I A.

- 1 Jus & privilegium revocandi domum quibus competit, cum apud judices curiae convenientur.
- 2 Legati non habent jus revocandi domum pro contractibus tempore legationis factis.
- 3 Quid si legatus, vel alij simile jus habentes, contraxerint ut advene, an habent jus revocandi domum.
- 4 Privilegium revocandi domum, non competit his qui in curia alios ad judicium vocaverint.

**P**rinicipis curia hoc juris habet, quod quilibet dum in ea est, in civilibus apud curiae judices potest conveniri, etiam si ibi non contraxerit, regia leg. 4: & item 5. tit. 3. part. 3. ex eo quidem, quod regis curia omnibus sit forum, & tribunal, quemadmodum de Romana curia dicitur in c. ult. de foro comp. notat gloss. in c. de prabend. in 6. ex c. 2. eo tit. Sed & de curia principis sacerularis idem praemittit Henr. in d. c. ult. & tenent expressum Pan. ibi col. pen. & Socin. n. 63. Bald. Ang. Curt. Jun. & Lancel. Dec. in lib. 2. §. legatis. ff. de jud. Quibus est adjiciendum, Romanum olim dictam fuisse communem patriam. I. Roma. ff. ad municip. non ex eo, quod ibi quilibet posset conveniri: sed alia ratione, quam optimè explicuit And. Alciat. lib. 2. defunct. c. 21.

Sæpiissimè tamen opponitur ab his qui apud curiae judices convenientur, & privilegium revocandi domum, quod ex prædictata lege regia competit primùm, & denique his, qui ad curiam accesserunt ex causa necessaria: nempe ut dominum quem comitati aliqui tenentur, prosequantur. Item legatis, item missis à municipio, & partia: sicuti in d. l. regia probatur, itaq; ut habeat hoc privilegium locum etiam in legato missò à propria civitate & patria. Bart. Alb. & Doct. in d. §. legat. competit idem privilegium his, qui ad curiam vocantur causa dicendi testimonij, & his qui ad prosequendam appellationem ab ipsiusmet propositam ad curiam accesserunt: item his, qui à Rege vocantur. Horum etenim exemplorum mentio fit in d. l. 2. §. leg. & in d. l. 4. in hunc sanè modum, ut Jurisconsultus in d. §. legatis. omiserit vocatum à Rege, & addiderit judicem destinatum, aut missum in provinciam, transiuntem tamen per Romanum, aut curiam: non enim poterit hic ibi, nec in ipso loco, ubi iudex est, conveniri, ut notat gl. in d. §. legat. in verb. destinari. Regia vero lex adjecerit missum à municipio, & patria: & eum, qui dominum euntem in curiam sequitur. Etenim hi omnes habent jus revocandi domum, nec possunt in curia conveniri, cum in ea sint ex causa necessaria, arg. c. ult. de dilation. missum autem à municipio hoc jus habere intelligo, etiam ubi is missus fuerit, ut sit ejus Republicæ procurator, secundum Ianoc. Joan. Andr. & Doct. communiter in d. c. ult. de f. r. comp. ut fatetur ibi Marian. Soc. n. 66. competit & hoc jus, ut constat, non tantum existentibus in curia ex causa necessaria, sed & his, qui ibi sint ex causa probabili, qua sit quasi necessaria ut causa religionis, vel studii gloss. communiter recepta in d. §. legatis. qua de re multa tradit Matian. Socin. in d. c. ult. n. 62. ex quibus aliquot hoc in loco ad legis regiae interpretationem adnotabimus.

Primum enim quod dicitur de legatis est intellegendum, nisi super contractibus tempore legationis ab eisdem factis. Nam pro his non habent jus revocandi domum, text. in d. l. 2. §. omnes autem. versi.

taterum, pro aliis autem contractibus ante legationem, etiam in loco legationis initis, & non poterit legatus ibi conveniri: imo habet jus revocandi domum, sicuti Jurisconsultus ibidem respondit. Quia in te advertere oportet, quod regia lex in omnibus habentibus jus revocandi domum, censet, privilegium hoc cessare, nec esse admittendum, ubi contraxerint hi in eodem loco: & expressim insinuat, tempore, quo ex his causis in eodem loco sunt, & morantur, ita enim inquit: Pero por qualquier de estas maneras sobre dichas, que veniese a la corte el demandando, Si estando ay vendiere, o comprarre, o hiziere otro pleyto qualquier, o suerto, o fuerça, o danos, o oro yerro fiziesse, tenido es de responder ay por ello, si gelo demanderen.

¶ Et tamen ex Jurisconsulto ea est interpretatio sumenda, ut in legatis planè procedat sensus ex contrario: id est, quod habeat jus revocandi domum, si ante tempus legationis in eo loco contraxerint, in aliis autem censet hic sensus, cum minimè sint hoc privilegio usuri pro contractibus in eo loco gestis priusquam ex ea causa in eum locum accesserint; Sic planè loquitur Juriscons. secundum gloss. ibi communiter receptam in verb. contraxerint. Et etiam de legato text. in l. si legationis tempore ff. de judic.

¶ Sed omnes, qui jus habent revocandi domum ex prædictis causis, illo non possunt uti, quoties convenientur pro contractibus celebratis, etiam ante causam illam, cujus ratione privilegium datur, si extra patriam, & provinciam suam contraxerint: quasi pro his Romanis, & in curia possint conveniri: nec habent jus revocandi domum, extra quam ipsi contraxerunt, atque ideo nulla eis injurya fiat: siquidem extra propriam provinciam in locis contractus conveniri possent, si ibi essent inventi, nec haberent jus revocandi domum, text. est celebris in d. l. 2. §. uem si extra qui notandus est, ad intellectum regiae legis in verb. Si estando ay vendiere, ut idem sit, si ante causam hujus privilegij, & priusquam ex ea in curiam venerunt, contraxerint in curia vel alibi extra eorum propriam provinciam. Nam exceptis legatis ceteri non habent in hac specie jus revocandi domum: hic est enim communis sensus omnium Doct. in d. l. 2. §. omnes. & in d. l. 2. §. item si extra. hunc siquidem intellectum tradit secundo loco gl. quam ibi sequuntur Bart. Bal. Paul. de Cast. Et est communis opinio secundum Lancelot. Dec. ibi idem tenet Mar. Soc. in d. c. ult. n. 76. Igitur, si quis habens privilegium revocandi domum, eadem causa privilegij durante contraxerit extra propriam provinciam, poterit pro hoc contractu incuria conveniri, nec habebit jus revocandi domum. Hoc probatur, quia idem est pro contractibus ante causam privilegij conventis: ergo hoc ipsum servabitur in his, qui contracti sunt tempore illius causæ, quæ jus aliqui revocandi domum tribuit. Pro illis vero, quæ & hoc tempore intra provinciam fecerit, habebit quis jus revocandi domum. Quia solum excipiunt contractus in curia eo tempore celebrati vel extra propriam provinciam, vel in eo loco, ubi quis convenitur, sicuti notatur in d. §. omnes.

¶ Legatus autem pro contractibus ab eo gestis, etiam Romanus ante legationem, non convenientur Romanis, ut diximus, sed tantum pro contractibus ab eo Roma tempore legationis celebratis, aut in Italia. l. cum furiosus. §. ult. ff. de jud. Qui legationis causa, inquit Papin. Romanum venit, ex qualibet causa fidei habere potest, cum privilegio suo, cum sit in Italia contractum, uti non potest. Hæc legis verba libeniūs retuli, quod gloss. ibi communiter approbata, ut fatetur Albert. in d. l. 2. §. omnes. teneat, legatum non habere jus revocandi domum tantum in contractibus tempore legationis Romæ celebratis: pro his

his verò, quæ in Italia extra Romam contraxerit, habere eum jus revocandi domum, etiamsi tempore legationis contractum fecerit: quæ quidem interpretatio dura nimis est, & contraria Jurisconsulto. Qua ratione ipse opinor, vetiorem esse opinionem Alb. quam retulit gl. in decis. S. item si extra ut tandem legatus tempore legationis pro contractibus tunc ab eo Romæ, vel in Italia celebratis possit Romæ conveniri, nec habeat jus revocandi: non tamen pro his, quæ extra Italiam, etiam extra propriam provinciam tempore legationis, vel ante contraxerit. Hic enim, ni fallor, est planus & apertissimus Jurisconsulti sensus.

¶ Quid verò diximus † de legato, & aliis, simile jus habentibus, posse nempe eos in curia conveniri, si ibi contraxerint, id obtinet, & est intellegendum, etiamsi ut advenæ contraxerint. gl. in d. §. legatis. in verb. contraxerint. quem sequitur ibi Paul. Cast. gl. ibi Paul. Cast. gl. ibi tenet in l. heres absens. §. proinde. in verb. quotquot. ff. de jud. quem ibi probarunt Bar. Alb. Pau. Fulg. n. 6. Lanc. Dec. Curt. Ju. num. 9. notat Mar. Soc. in d. c. ult. de for. comp. n. 76. ex ea ratione, quod contrahens ut advena in eo loco, ubi alia ex causa; quam ratione contractus forum sortitur, poterit ibi conveniri, si fuerit in eodem loco inventus, gl. communiter recepta in c. Romana. §. nec etiam suffraganeorum, de for. comp. in 6. propter duplex vinculum, quod in hoc casu datur, & contingit. Idcirco quod modò notavimus satis jure probari videtur, & idem tenet Jac. in d. §. omnes. licet Ang. in d. l. heres absens §. 1. contrarium probare velit, sentiens, legatum Romæ contrahentem ut advenam, non posse Romæ, nec in curia conveniri, sed habere jus revocandi domum. Ex quibus constat verus sensus Accurs. in d. verb. quotquot. voluit enim, quod sicut legatus contrahens Rome tempore legationis, etiam ut advena, potest ibi conveniri: quia Roma commune est domicilium, nec habet jus revocandi domum: ita & fortiori ratione quilibet non legatus, Romæ ut advena contrahens ibi poterit conveniri, nec habebit jus revocandi domum. Sic etenim sensum gl. explicarunt Lanc. Dec. & Curt. Jun. ibi licet Bart. non satis percipiens, qui gl. voluerit, ejus partem falsam esse dixerit.

¶ Quid ergo, si contractus sit factus in eo loco, ubi alias quam ratione contractus ipse contrahens non sortitur forum, & tamen contrahit non ut advena, sed habens pergulam, & armatum, an possit uti privilegio revocandi domum ne conveniatur in eo loco, ubi est ex causa necessaria vel quasi necessaria. Et Paul. Cast. i. d. §. omnes. n. 3. existimat quod in hoc casu habeat locum privilegium revocandi domum. Idem sensit gl. in d. §. legatis. in verb. destinati. Notat & Jacob. in d. §. omnes. licet gl. in verb. contraxerint. sentire videatur contrarium, dum excludit ab examine causæ locum contractus ab advena facti, cui non cohæret aliud domicilij jus: quasi admittat locum contractus facti ab habente pergulam, mihi profecto multum arridet, ac placet Pauli opinio.

¶ His equidem libenter ipse adjecerim, posse pro contractibus celebratis eo tempore, quo causa privilegi tractatur, non tantum alios, sed & legatos in eo loco, ubi contraxerint, conveniri, quamvis ut advenæ conventionem fecerint, & nulla alia ratione. quam contractus, legati ibi forum soiantur: modò nondum à loco contractus finita legatione discesserint.

¶ Cæterum quoad appellationem, cujus mentio fit in d. l. 2. §. legatis. & quoad legatum, & alios † si agant in curia extra causam appellationis, aliquique ad judicium vocaverint, inquit Jurisconsultus, quod

cogentur & aliis respondere, nec obtinebunt privilegium revocandi domum. text. in d. l. 2. §. sed si agant. quem Accurs. ibi ita interpretatur, ut non tantum teneantur respondere his, adversus quos egerint, sed & omnibus. Sic enim, inquit Jurisconsultus, compelluntur se adversus omnes defendere. quem intellectum ibidem sequuntur Alber. Angel. Paul. Fulg. & Jacob. à S. Georg. Innoc. Mar. Soc. in d. c. ult. de for. comp. n. 75. ex quibus constat, hanc opinionem esse magis communem. Poterit tamen locus hic alter intelligi, ut teneantur legati se defendere adversus omnes contra quos ipsi egerint: ita quidem non tenebuntur omnibus respondere, sed his solum adversus quos ipsi egerint, quosque in judicium vocaverint: quemadmodum antiquiores quidam ab Accursio citati in d. §. sed si agant. responsum illud intellexere, & præter eos Jac. de Rayen. Butricarius, & Nic. quotum meminit Alb. Guliel. item de Cuneo, & Dyn. quos Paul. Castren. retulit; quorum opinio planè probatur regia l. in d. lib. 4. tit. 3. part. 3. quæ erit apud nos omnino servanda.

## C A P U T VI.

De his qui pro jure exigendo possunt alios ad curiam regis vocare, quoad primam causarum cognitionem.

## S U M M A R I A.

- 1 Misérabiles persona possunt vocare quoslibet ad curiam regis in prima cause instantia: & an possint apud judicem Ecclesiasticum eos convenire?
- 2 Pupillus & orphanus hoc privilegium habent; ut possint reos ad curiam trahere, quoad primam cognitionem.
- 3 Pauperes idem jus habent, quod orphani ac pupilli.
- 4 Pauperibus litigantibus, an sint publico stipendio dandi advocati, & an teneatur quis gratis eis patrocinari?
- 5 Pauperi litiganti, an cogatur adversarius dives litteris expensas exhibere?
- 6 Si inofficio testamenti querela à filio instituatur, que provisio illa à lege detur, & ibid. Intellexus l. si justitia. §. de inofficio. ff. de inoff. testam.
- 7 An sit cautio danda de restituendis alimentis & expensis, quas reus dives coactus sit pauperi acliari ministrare?
- 8 Filius pendente filiationis causa ex summaria cognitione percipit mandato judicis à patre alimenta.

J Urè quidem illud est constitutissimum, quod nemmo potest, etiam ad curiam principis vocari pro lite examinanda in prima instantia: tametsi possit invitus ad eam trahi per appellationem, l. nemo. C. de jur. omn. jud. Anth. ut differentes judices. §. 1. Regia l. 14. tit. 2. lib. 3. ordi. Suat nihilominus quidam quibus licet in curiam principis trahere, & vocare illos, à quibus in judicio aliquid exigere velint, & adversus quos actiones habent. Hoc enim statutum, & permisum est in multis casibus quos vulgo dicimus (casos de corte, id est, casus de curia) Rei etenim extra proprium forum & domicilium coguntur apud curiæ regiæ judices actoribus respondere, ubi auctor sit pupillus, vidua, pauper, aut denique † miserabilis persona. Hoc sanè in civilibus: nam de criminalibus idem est, ac pluribus casibus permititur. Probatur in l. 5. tit. 3. part. 3. inquit enim lex, (o por pleyto, que demandasse huéfano, o ome pobre, o muy cuiyado conera algum poderoso, de que no pudieſſe alcançar derecho, también por el fuero.

fueron de la tierra.) Apud Gallos idem servari constat ex stylo Parlamenti, tit. de min. notant Guid. Pap. q. 466. & Rebuff. 1. tom. in leg. regias. tit. de senten. provis. gl. ult. col. 4. Huic praxi, & sententiæ adstipulatur Cæsarum constitutio in l. unica. C. quando Imperator inter pupillum & viduam ad finem. Ita enim inquit Constant. August. ad Andronicum; Quod si pupilli, vel vidua aliqua fortuna injurya miserabilis judicium nostra Serenitatis oraverint, præsentim cum alicujus potentiam perhorrescant, cogantur eorum adversarij examini nostro sui copiam facere. Hæc Imperator. Apud quem ipse adnotandam censeo dictiōnēm præsentim, ex qua deducitur intellectus ad leg. m. regiam: ibi (*contra alijum podoſo.*) Nam praxis idem admisit ac recipit, ubi miserabilis persona agit contra eam, qui non est ex his, qui potiores in iure dicuntur tametsi regia Neapolit. constitut. lib. 1. tit. 37. exigat in hoc casu ab his miserris actoribus jusjurandum, quo asseverent se timere adversarii potentiam. Scribit ad hæc D. Hieronymus in commentariis ad Hieremiam super c. 22. Regum officium proprium esse, facere judiciū, atque justiciā, & liberare de manu calumniantium vi oppressos: & peregrinis, pupillisque & viduis, qui faciliter opprimuntur a potestatibus, præbère auxilium. cap. regum. cap. administratores. c. principes. 23. qn 5. His & illud convenit, quod viduae & miserabiles personæ possunt reos laicos coram Ecclesiastico judice super rebus profanis convenire, ubi judex laecularis neglexerit eis justiciam ministrare. c. ex tenore, ubi omnes, de foro competentes c. significantibus. ubi gloss. de off. delegat. notant Joannes Lup. in c. per vestras. de donat. inter virum & uxorem. 2. notab. n. 5. cum haec personæ quoad protectionem pertineant etiam ad Ecclesiasticum judicem. c. 1. & sequentib. 87. distin.

¶ Imò & in hoc tractatu solet adnotari, quod ubi quis sit miserabilis, simul & oppressus, nempe per vim, vel alio modo re propria expoliatus, ita ut posset agere interdicto Recuperanda. poterit ad hoc coram Ecclesiastico judice agere, etiam adversus laicum, & de re temporali, cum ipsem acto laicus sit, etiam non data negligentia judicis laecularis. Ad hujus conclusionis probationem adducitur text. in c. ex parte B. de foro comp. quo in loco sicuti constat ex Pan. & aliis, ita Doct. communis omnium consensu adnotarunt, & probate conati sunt. Idem Soc. in c. licet ex suscep. de foro comp. col. 3. & Joan. Staphil. de litteris grat. & justitia. fol. 159. col. 2. Ego vero hanc sententiam non esse admittendam, opinor ex ratione text. in c. novit. de judic. nec enim Papa nec judex aliquis Ecclesiasticus debet, nec potest cognoscere inter laicos, nec adversus laicum rerum super re temporali, earum ad petitionem miseri alicujus oppressi, & expoliati, nisi judex secularis negligens fuerit in administratione justitiae. Nam summus Pontifex graviter offendere principes laeculares si minimè negligentibus ipsis eorum jurisdictionem occuparet. Nec quidquam urget in contrarium tex. in d. cap. ex parte B. quia maxima inerat in eo casu suspicio negligentiae in judice laeculari propter potentiam rei conventi, qui actorem expoliaverat. Tandem, ut quid in hac quæstione sensero ingenuè profitear, hoc certo scio, hanc communem canonistarum opinionem apud Regia Hispaniarum, & Gallie prætoria tuis equidem fore, tantum abest, ut ea in usum, & praxim recepta fuerit. Sed & legem ipsam Regiam quoad præsentem tractatum paulatim juxta communem usum, & juris regulam interpretemur.

¶ Primus igitur casus à lege regia constitutus in 2. + pupillo, quem orphanum appellat. Est enim Graeca dictio ab Hispanis usurpata, & cum significat, qui caret patre. Utitur hac dictione Imperator. l.

privileg. l. privileg. C. de Epis. & cler. tradit hanc significationem Laur. Valla l. 4. elegan. c. 33 distinguens orphanum à pupillo: quod pupillus sit, qui caret patre, est tamen in ea ætate, cui tutor datur. Apud Jurisconsul. in l. pupill. ff. de verb. sig. accipitur pupillus pro eo, qui cum impubes est, definit in potestate esse vel morte, vel emancipatione. Nos hac in parte pupillum intelligimus eum qui simul sit parre orbatus, & minor, pupillaris quidem ætatis: quod notant Cyn. in l. orphanotrophos. ad fin. C. de Episc. & cleric. Abb. in d. l. unic. col. 1. praxis verò hoc privilegium recepit etiam in minore vingtiquinque annis, qui patre sit orbatus. Nam & regia l. 14. tit. 2. li. 3. l. 1. tit. 1. cod. li. ord. l. 20. tit. 23. l. 41. tit. 18. & d. l. 5. part. 3. orphano simpliciter tribuit hoc privilegium, non distinguens ejus ætatem, quæ tamen necessariò distinguenda est ad eos annos, in quibus alieno ductu, & coasilio vivendum est. Ostat tamen hoc privilegium in orphanis & viduis; etiam divitibus, secundum Azo. in sum. C. quando Imper. inter pup. ad fin. sensit. Innoc. in d. c. ex parte B. de foro compet. n. 4. Alber. in d. l. unic. n. 1. Jo. Lup. in c. per vestr. de don. inter vir. & uxor. 2. notab. n. 12. de vidua in specie hoc not. And. de Ifern. in const. Neap. ti. de offic. magist. justitiarij. const. statuim. n. 6. licet quid in contrarium notare & asseverare conentur, tenentes hoc privilegium non dari his, qui divites sint, ex Innoc. in c. significantibus. de off. deleg. & aliis, quos ibi citat Fel. & Rebuff. in d. tit. de sent. provis. gl. ult. col. 2. Nam & horum opinio tunc obtinebit, cum tractabimus, an his personis sit subveniendum expensis publicis ad litis protectionem: non enim his subvenitur, si divites sint: ut explicat in specie, ita hanc quæstionem intelligens Matth. de Afflict. l. 1. constitut. Neap. tit. 33. n. 4. post. Iferniam ibi.

¶ Leges autem præcipitatem maximè convenienti in privilegiis his concedendis sacris eloquiis, cum scriptum sit Exod. 22. Vidua & pupillis non nocebitis. Esaia. c. 1. Defendite viduam, judicate pupillo. & Psal. 9. Tibi derelictus es pauper, orphano tu eris adjutor, & Psal. 10. Oculi ejus ad pauperem respiciunt. & Psal. 40. Beatus qui intelligit super egenum & pauperem.

¶ Secundus subsequitur casus in eadem lege Regia; O me pobre. Quia pauperes habent hoc ius; ut possint apud curiam reos quoscumque appellare, & ad primam causarum cognitionem convenire. Idem probatur in d. l. unic. C. quando Imperator. & deducitur ex ratione text. in d. c. significantibus. expressissime hoc ipsum constat ex legibus Regiis paulatè citatis. Ad hunc vero effectum, ut quis citetur ad curiam de jure pauperi responsurus apud judices regios, sufficit summaria quedam probatio paupertatis, sicut minoris ætatis, & aliarum quantum ratione potest quis ad eum vocari, etiamsi ea probatio facta fuerit parte non citata, modò fiat ex mandato auditorum regis curiae. Idem erit, ubi qui citationis litteras impetrare vult, assertè proprio municipio aliquam probationem summariam, & tamque ex judicis inferioris mandato, modò in curia ex mandato auditorum à tabellione causæ unus testis præter alios fuerit ad hoc examinatus. Ita etenim usus obtinuit, & decretum est à Carolo Cæsare Hispaniarum Rege apud Montionem Aragonie an. Dom. 1542. Idque decretum extat inter Cancelleriæ Granatenfis ordinaciones fol. 139. ( & l. 2. tit. 12. dub. 1. Recop. ) Quod si reus citatus, negaverit hanc paupertatis qualitatem, ad probationem admittatur, ut causa primam cognitionem ad judices inferiores remittatur, si probatum fuerit, actorem non esse pauperem, nec minorem, nec vidum, nec orphanum.

Sed si quis in paupertem, & miserum statum inciderit culpa sua, luxu nempe, gula, ludo, aut deniq;

ob crimen, scribit And Isern. in d. constit. Neapol. n. 9. hunc non esse ad hoc privilegium admittendum; quia d. l. unic. C. quando Imper. de his tractat miseris, qui fortunæ injuria in eam inciderint miseriam: quasi non sit idem in his, qui culpa propria in miserum statum pervenerint. Hanc opinionem Iserniæ sequuntur Matth. de Afflict. ibi n. 28. & Rebuff. in leg. Regias 10. 1. de sentent. provis. gl. ul. col. 4. quibus multa adstipulantur quæ gl. & alij tradiderunt in c. quæ in Ecclesiast. de const. maximè Fel. nn. 67. & Dec. col. pen. Ego verò contrariam potius probaverim, qua privilegium hoc alteri non infert grave præjudicium: cum in curia non tantum actori pauperi, sed & reo diviti justitia ministranda sit. Idcirco ex hoc privilegio minimè aufertur alteri res propria, nec jus sibi ad rem aliquam quæsitum: qua ratione ex multis, quæ ipse scripsi lib. 2. Var. resol. c. 16. n. 9. falsam esse censeo Iserniæ opinionem, certò sciens, eam nequaquam admittendam fore. Et ideo pauper habebit hoc privilegium, etiamsi in paupertatem culpa propria inciderit. Quæ quidem opinio erit temperanda ex his quæ in d. c. 16. fuere tradita. Quod si vidua maritum proprium occidisset, profectò non esset ad hoc privilegium admittenda, cum actus ille tendat directè ad viduitatem.

¶ Pauper + autem dicitur juxta communem hujus regni usum, quoad hoc privilegium, qui non habet in bonis tria millia quadrantum, seu maravedinorum. Quod alibi opportuniū, dum hujus temporis numismata veteribus contulimus.

¶ Relinquendum tamen est arbitrio judicis, quæ dicantur miserables personæ, præter expressum in jure nominatas: secundum Cyn. Abb. Bald. Bart. & DD. in d. l. un. C. quando Imper. Abb. & DD. in dict. c. significantibus. Alber. in 1. par. stat. qu. 112. Rebuff. in d. gl. ult. col. 4. quorum opinio communis est.

¶ Eadem commiserationis causa æquissimum est, & fieri debet, quod + pauperibus litigantibus dentur advocati publicis expensis. Id enim congruit Reip. bene institutæ gl. in l. 1. §. ait prætor. in prin. ff. de postulan. cuius meminit scribens, ita apud Gallos fieri Nic. Boër. in decis. 325. hoc ipsum apud nos etiam servatur in cancellariis, & prætoriis Regis; in quibus constituti sunt advocati, & procuratores, qui publico stipendio accepto gratis pauperibus patrocinentur: quemadmodum cautum est in pragmatisticis regum Catholic. Ferdinandi, & Elisabeth. l. 40. & 41. ( & 24. tit. 16. li. 1. Recop. ] Imò apud Gallos ubi non fuerit advocatus pro pauperum patrocinio publicis expensis constitutus, si Rex cum paupere litigat, tenetur ei expensas litis solvere secundum Boërium decis. 33. col. 2. & decis. 324. sed & generaliter quoties deficit advocatus publico stipendio pauperi suffragatus, cogendus à judice erit aliquis advocatus gratis pauperi patrocinari. gl. Host. Abb. Fel. & omnes in c. 1. de off. jud. Bald. in l. si furiosi. C. de nup. Ias. in §. omnes vers. tripl. col. pen. de action. Dec. in c. 1. de probat. n. 46. gl. quæ in notario, ac tabellione loquitur in l. tam demen-  
tia. C. de Episc. aud. regia in advocate lex 6. tit. 6. part. 3. & de tabellionibus pragmatica constitutio l. 56. not. Guid Pap. q. 561. text. opt. in l. nulli. §. post unius vero C. de Episcop. aud. Reb. Tom. 1. in leges regias. ti. de sentent. provis. gl. ult. col. 5. quod si nollet advocatus mandato judicis pauperi gratis patrocinari, poterit judex ad tempus arbitrarium ei interdicere officium advocationis l. providendum. de postul. ubi Didaci Covarr. Tom. II.

Bald. Rom. in sing. 259. Abb. in d. c. 1. text. opt. in l. 1. §. cura carnis. ff. de offic. prefec. urba. l. moris §. sunt autem ff. de panis. Regia l. 5. tit. 19. li. 2. ordin. quæ statuit, hunc advocatum interdicendum esse propter hanc culpan officio advocationis per annum. Et hæc sanè recte instituta sunt. Nam & in conscientiæ judicio advocatus reus est mortal is peccati, si nolit pauperi patrocinari, ubi propter extremam necessitatem litis estimatio, & ea quæ pauper exigit in judicio necessaria ei sunt ad seipsum alendum, ne fame pereat, nec possit aliunde patrocinium ministrari: si verò hæc necessitas extrema non sit, juxta hujus necessitatis qualitatem erit culpa venialis: sicuti resolvit D. Thom. sic à Cajetan. intellectus in 2. 2. q. 71. art. 1. imò & gravis necessitas litigantis, ipsiusque advocati possibilitas ad hoc obligant eumdem sub reatu mortal is culpæ, quod Silvest. sentit. in verb. advocatus q. 28. & explicat optimè Domin. Sot. lib. 5. de just. & jur. q. 8. ar. 1.

¶ Est tamen in hac quæstione dubium, utrum + actori pauperi cogatur reus dives expensas litis suppeditare: Etenim Guido Pap. q. 461. cuius modò meminimus, tenet, cogendum esse reum divitem actori pauperi litis expensas ministrare ex l. ult. §. quod si ei. C. de ordin. cogn. sequitur Guidonem Aymon Savilia. conf. 164. in contrarium urget text. in l. Imperatores. ff. de tutel. & ration. distractib. Imperatores, inquit Vlpian. Severus & Anton. rescripserrunt in hac verba, Cum hoc ipsum queratur, an aliquid tibi à tutoribus, vel curatibus debeat, non habet rationem postulatio tua, volentis in sumptum litis ab iis tibi pecuniam subministrari. Nec oberit tex. in d. l. ult. §. quid si ei. inibi siquidem traditur casus specialis, quoties per dominum agentem in causa servitutis ablata fuere bona ab eo, qui erat in quasi possessione libertatis & sanctum est, quod si dominus illum in servitutem vindicaverit, bona illa sunt pendente lite servo restituenda, ita demum si præstiterit idoneos fidejuslores de his bonis domino restituendis eo casu, à quo judice servus pronuncietur: quod si non potuerit dare hos fidejuslores, bona sequestro tradantur: ex eis tamen litis sumptus, & alimenta litiganti pro libertate dentur. Vnde apparet in hoc casu dari expensas, & alimenta litiganti pauperi ex bonis, quæ ei ablata fuerunt, & quæ presumebantur ipsius esse propria, quæ ipse item possidebat, quibusque privata auctoritate fuerat expoliatus, denique ipsi restituerentur, si fidejuslores dedisset: & tamen non datis fidejusloribus non restituuntur propter status controversiam. Ex hac vero decisione absurdum, ni fallor, est idem deducere ad bona, quæ pauper actor nec possedit, nec ejus esse præsumuntur, nec restituenda ei forent pendente lite, etiam idoneis datis fidejusloribus, & quibus ab ipso reo non fuit expoliatus. Hanc responsionem, & intellectum istum ad dict. §. quod si ei, colligo ex Bald. ibid. & Joan. Lup. in c. per vestras de don. int. vir. & ux. §. 39. Quamobrem Boër. decis. 303. col. 2. asseverat se nisquam vidisse in praxi receptam fuisse prædictam Guidonis opinionem: idem ipse profiteor existimans nihilominus, eam servandam fore, ubi perpenso statu litis, & cause constaret aliqua non levis præsumptio pro jure actoris pauperis. Nec id temere opinor, imò iure id verum esse ostendam ex his, quæ statim examinare constitui.

¶ Constat sanè jure civili, quod si quis petat bona paterna sibi restitui, & agat querela testamenti inofficiosi cogitur reus dare huic actori

pendente lite expensas litis, & alimenta tribus concurrentibus; quorum primum exigit actorem hunc esse filium, vel nepotem testatoris secundam, quod sit actor pauper: tertium, quod habeat primam sententiam pro se jam adversus reum latam. *†* text. celebris in *l. si instituta.* §. de inofficio ff. de inoffic. testament. quem ita intellexere gloss. Bar. Alb. Ang. Paul. de Castr. & Fulg. ibi atque adeò hæc est communis opinio. Idem notat Alciat. de presumpt. reg. 3. presumpt. 2. n. 9.

¶ Quantum ad primum, idem est dicendum in pronepote, & alio quovis descendente à testatore, cùm eadem sit utrobique ratio secundum Rebuff. *1. tom. in leges regias cir. de sentent. provis. art. 1. gl. 2. col. 2.* qui idem probat in patre, & ascendentibus. Nam & his non minori jure legitima debetur, quam filii *l. nam est parvibus.* ff. de inoff. testam. Idem erit in uxore non tantum agente contra maritum, quod Ioan. Lup. tradit. in *d. c. per vestras.* §. 39. ampliat. 8. ex his, quæ Innocent. & alii notant. in *c. ex parte de accus.* Matth. de Affl. dec. 10. Soc. cons. 206. li. 2. Hosti. in *sum. tit de accusat.* §. qui possit. vers. quis contingit. Apud quos in specie hoc ipsum explicatur: sed & idem erit in agente uxore mortuo marito ad petitionem dotis & donationis propter nuptias: quemadmodum colligitur ex traditis in *l. pen. ff. ut in poss. legat. per Bart. in l. si neget. ff. de liber. agnos.* norat in specie ista Rebuff. *1. tom. super leges rogias. tit. de sentent. provis. art. 3. gloss. 1.* ac traditur in stylo Parlamenti Parisiens. tit. de minorib. col. 5. five tit. de prouis. ad fin. quo in loco est adnotatum secus esse in extraneis, & in his, qui agunt ad bona hæreditaria fratri, sorori, alteriusve consanguinei ei transversa linea: quasi in his locus non sit decisioni Jurisconsul. in *d. §. de inoffic.* quod tunc obtinet, cùm agitur ad hæreditatem ex causa intestati: nam si ex testamento non raso, nec cancellato ageretur, posset fortassis admitti Jurisconsulti responsum ex ratione *l. ult. C. de edit. divi Adriani toll.* sicut Rebuff. censem in comment. ad leg. regias. tit. de sent. provis. art. 1. gloss. 2. Ego vero quo ad litis expensas generaliter video à quibusdam probari quod ubi actor pauper est, & litigat super bonis, prætendit esse communia, vel ad se pertinere, & habet aliquam pro suo jure præsumptionem, illa sint ei ab adversario ministranda: ut explicant Specul. *tir. de inquisit.* §. ult. vers. porro. Aret. in *c. si qui testim. de testim. n. 14.* & Alciat. de presumpt. reg. 3. presumpt. 9. n. 9. atque juxta hunc sensum posset obtainere, quod paulo antè ex Guidone adnotavimus: tametsi extra calum Jurisconsulti in *d. §. de inofficio* nusquam ipse viderim hoc receptum fuisse, nec audiverim apud Hispaniarum regia prætoria. Nec tamen negaverim etiam quoad alimenta maximam habet æquitatem quod Jurisconsultus tradidit, non tantum in filiis, & nepotibus, sed in fratribus, aliisque successoribus ex testamento non raso, nec cancellato, vel ab intestato quoties ex adverso non negatur, bona illa, quæ petuntur, ad mortem usque fuisse à defuncto possessa, vel eorum dominium habuisse illum, donec mortem obierit, & præter hæc subest non levius præsumptio pro jure agentis. Ipse memoria teneo semel in Granateni prætotio judicium interlocutione coactum reū alimenta dare ad certam usque quantitatem actori, qui fratri intestati hæreditatem petebat, quique nondum aliquam sententiam in ejus favorem obtainuerat.

¶ Secundum, quod Doctores exigere viden-

tur in *d. §. de inoff.* ad hæc alimenta præstenda, vim habet à sententia prima, quam actor obtinuit. Nam licet ab ea fuerit provocatum, & ex ea causas suspensus sit effectus sententia, ita ut pro ea non præsumatur urgenti præsumptione. *l. 1. ff. ad Turpillia c. venientes. de jurejur. de re judicata gl. in l. Herennius §. Caia ff. de evictiōnib. tradunt Hostiens. Anton. Anchar. Card. & Doct. in c. in præsentia. de renunciāt. Abb. Fel. latè nu. 35. & Dec. n. 32. in c. quoniam contra de probatiōnib. Abb. in c. tenor. n. 6. de rejudic. Alber. Brun. in tract. de forma. fol. 83. col. 2. Curt. cons. 65. col. 16. Alex. in cons. 164. lib. 2. Guliel. Cassiod. in decis. unic. de presumpt. Alciat. reg. 3. presumpt. 9. & presumpt. 22. Rursus Dec. in Rubr. de appell. col. 4. & August. Berojus in *d. c. quoniam contra. n. 218.* penes quos lata est examinatio, an pro sententia pendente appellatione præsumatur: item quæ sit præsumptio pro illa, quæ jam transferit in rem judicatam, quoad ordinem processus, & quoad ejus justitiam niholominus sententia adhuc appellatione pendente, quamdam habet præsumptionem justitiae & rectitudinis. Quæ quidem præsumptio aliquot operatur effectus, quorum mentio fit in Clem. unic. de sequēst. poss. & fruct. & in *d. §. de inofficio.* cuius ratio controvertitur, an sit locus eidem responso ante primam sententiam in prima instantia. Et sanè quidam opinantur idem servandum fore, ut denique alimenta illa sint actori pauperi ministranda, etiam si is nullam obtainuerit in causa sententiam: cùm & tunc subsit eadem æquitas, idemque jus, modò aliqua non levius pro jure agentis adsit præsumptio. Hæc enim est sententia Rotæ decis. 2. tit. de judiciis, in antiquioribus & Matth. de Afflīct. ccc. 11. qui testatur, ita bis definitum fuisse in magno regni Neapolitani prætorio. Id probat asleverans, hoc ipsum in regno. Franciæ observari, Rebuff. in *leges regias in d. Rub. de sent. provis. art. 1. gloss. 2. col. 2.* idem quoad expensas litis probare conantur Aret. & Alciat. post Speculat. quorum paulo antè mentionem fecimus. Nec obseruit huic opinioni, quam ipse quandoque vidi receptam fuisse in hoc receptam fuisse in hoc regio prætorio text. in *d. §. de inofficio.* Ideo etenim exigitur ibi sententia, quia filius fuerat testamento patris ex hæredatus, cul sicut non competit Carbonia bonorum possessio, nec ex ea jus percipiendi alimenta *l. qui de inofficio.* ff. de inoff. test ita nec competit jus petendi ab adversario alimenta, nec sumptus litis, donec habeat sentenciam: ex qua etiam pendente lite ducatur & oriatur præsumptio contra testamentum patris, quæ aliqua ex parte elidat præsumptionem illam jure veteri contestatem pro patris testamento siquidem olim filio à patre ex hæredato, præsumptio quædam aderat pro iusta ex hæredationis causa. Et id est ex hæredatus filius agens inofficio, tenebat probare testamentum inofficiolum, & sine causa fuisse ex hæredatum *l. nam & is §. 1. ubi gloss.* communiter recepta ff. de inoff. testam. hodie vero diversa est hujus rei causa: cùm præsumptio maxima sit pro jure filij ex hæredati adversus patris ex hæredantis testantis testamentum: qua ratione, nisi hæres probaverit causam justam ex hæredationis, planè filius obtinebit: sicuti constat ex gloss. in leg. ult. in princ. ff. quod me. caut. & Alciat. reg. 1. presum. 16. text optim in *l. omnimodo C. de inoff. testam.* & in Auth. ut cum deappellatione cognoscitur. §. aliud quoque c. Igitur hic omnibus ad amissim perpenitus, minimè dubitare quisquam poterit, parum, aut profecto nil urgere auctoritatem Jurisconsulti in *d. §. inoff.* ad communis sen-*

sententiæ probationem ; imò dici non temerè potest , etiam ante ullam sententiam esse admittendum Jurisconsulti responsum. Quia in re oportet exactissimè obseruare utriusque litigatoris jura & præsumptiones ut tandem alimenta dentur à reo actori quoties urgentior est pro ipso actori præsumptio, quām pro ipso reo : quod si reo potius, quām actori patrocinentur acta cause, & præsumptiones tunc planè non est reus cogendus alimenta, nec litis expensas actori exhibere.

¶ Tertiò requiritur ad intellectum , & præmix hujus conclusionis, quod actor sit pauper , ex his quæ notantur in l. extraneo. ff. de ven. in pos. mit. per Bart. Alex. in cons. 48. in 3. lib. A. bb. & alios in c. cum haberet de eo qui duxit in matr. quam polluit per adult. atque ita hæc est communis conclusio : tametsi Rebuff. in d. Rub. de sent provis. art. 1. gloss. 2. scripsiterit, in senatu Par. quandoque servatum fuisse , ut in casu d. §. de inofficio. etiam diviti actori cogatur reus expensas litis , & alimenta exhibere.

¶ Quartum his ipse addere minimè dubitabo , id etenim receptissimum , † nempe dandam esse cautionem idoneam de restituendis his alimentis & expensis , si actor ipse in causa succubuerit , aut excepto ferendis , ubi is victoriam obtinuerit. Quid poterit deduci ex l. cum autem §. cum redhibetur mancipium. Ibi , quod tardius hominem ei restituit. ff. de adul. ed. ubi probatur emptorem debere omnino venditori restituere , si redhibitoria egerit , non tantum fructus , sed & si quid à venditore consecutus est ex eo , quod ei hominem venditum tardius tradiderit. Deinde ratio dictat hoc ipsum agendum esse , vel ex eo , quod pauperes non invitentur ad temerè & incantè agendum in judicio , ut interim dum lis finitur obtineant expensas , & alimenta, quæ postea minimè sunt præ inopia reddituri , si contigerit , eos calumnia litigasse , & ideò vinci quia jus eis deficerit. Ex contrario , Massuerus in pract. tit. de possessorio n. 27. asserit , nec dandam esse hanc cautionem nec actorem hunc , etiam si vixtus fuerit , teneri ad restitutionem ejus quantitatis , quam ex causa à reo habuerit , vel acceperit. Eamdem opinionem probare conatur Boërius dec. 324. col. 2. ex text. in l. 1. §. interesse. ff. si mulier ventris nomin. in poss. missa calumnia causa esse dicatur , quo in loco appareat , mulierem ventris nomine missam in possessionem , & demum vietam , non teneri ad restitutionem alimentorum , quæ ventris nomine percepit , nisi per calumniam in possessionem venerit. Alij verò loci qui ad hoc adducuntur , mihi admodum abesse videntur ab hujus opinio- nis probatione , quinimò & text. in d. §. interesse. speciale quid statuit in favorem ventris : cum latius sit ali non alendum , quām fame necare alendum : eum equidem , qui omnino bona , & alimenta habiturus foret si vere in ventre conceptus esset , & nasceretur : ut inquit Accurs. ibi auctoritate text. in l. 1. §. sed si certam ff. de ventre in poss. mit. l. ult. C. d. Carbon. edit. ubi gloss. adducit , & not. text. in d. §. interesse. idcirco priorem opinionem censeo jure veriore esse , nec usquam vidi contrariam admitti. Nam quoties hæc alimenta , aut litis sumptus jubetur reus actori exhibere , non aliter id decernitur , quām data idonea cautione de eis restituendis si forte actor succubuerit in causa.

¶ Solet tamen dubitari , quænam quantitas sit definita ad hæc alimenta , & litis sumptus ? & dubio procul hoc est arbitrio judicis relinquendum. Nec enim certum quid constitui potest pro omnibus negotiis. arg. l. 1. ad fin. ff. de jure delib. & eorum quæ notantur in c. de causis. de officiis. del. atque ita receptum

Didaci Covarr. Tom. I I.

esse passim comitat , & testatur Rebuff. in d. tit. de sent. provis. n. 29. & 32. licet Massuerus in pract. tit. de possessorio. nu. 27. Boërius in decis. 324. col. 2. & stylus Parlamenti tit. de provis. ad fin. ejusque auctor scripsiterint , quartam partem rei vel fructuum , & redditum ejusdem , super qua litigatur , dandam esse , & hæc alimenta & litis expensas. l. antiqui ff. si pars pet.

¶ Postremò in hac quæstione est omnino considerandum , quod † ubi quis asseverat se esse aliquis filium . & ea ex causa petat alimenta , vel se illius filium pronunciari , iudex in rerim pendente lite præmissa quadam summaria cognitione an actor sit rei conventi filius , compellet reum alimenta exhibere actori donec constet , non esse illius filium per definitivam judicis pronunciationem. gloss. quæ hunc sensum commode patitur in 2. quib. fil. fint l. Bar. in l. si negat. ff. de alen. lib. idem sensit glos. in l. ult. C. de alen. lib. & in l. si quis à liberis §. si vel parens. ff. de lib. agnos. sufficiet unus testis ad hujus rei cognitionem summariam. Bart. in extravag. ad reprimendum in verb. summarie vel ipsius petentis juramentum , aut fama filiationis Regia l. ult. tit. 19. par. 4. Nam & alimentorum causa pia est , quemadmodum præter alios tradunr Alex. in l. 1. n. 6. ff. sol. matr. & Cate. Cotta in memorab. dictio. alimentorum. & sanè ubi hoc modo ex præsumpta , vel probata summarie filiatione alimenta pendente lite à parentibus filiis exhibentur mandato judicis , non repetuntur posteà , etiamsi constiterit in plenaria cognitione actorem filium non esse illius , quem ut verum parentem in judicium vocavit , sicuti glos. censem in l. ult. C. de Carbon. edit. auctoritate text. in dict. §. interesse sequunturque glossam istam frequentius juris civilis interpretes.

### C A P V T VII.

De vidua privilegium habente trahendi , & vocandi ad curiam principis , quando eo uti possit.

### S U M M A R I A

- 1 Vidua habet privilegium vocandi ad curiam regis ejus adversarios , modo honesta sit.
- 2 Femina virgo , quæ cælibem vitam egit , an habeat privilegium vidua ?
- 3 Ecclesia an habeat privilegium vocandi quemcumq; ad curiam regis , quoad primam causarum cognitionem.
- 4 Vidua , pupillus , & alij habentes fori privilegium , utrum possint ea uti adversus simile , & par jus habentes ?
- 5 Vidua habet privilegium declinandi forum proprii dominij , & petendi quod causa tractetur in curia regis , & ibid. de exceptione litis cœptæ , qua excludit hoc privilegium fori , nec restitutio adversus eam datur.

**V** Idua , quod paulò ante obiter explicuimus , jus hoc & privilegium habet † ut possit ad curiam regis quos libuerit vocare quoad primam causarum cognitionem , & in prima instantia , quemadmodum probatur in l. un. C. quando Imper. inter pup. & vid. l. 41. tit. 18. par. 3. l. 20. tit. 23. ead par. l. 1. tit. 1. [ hodie l. 1. tit. 1. lib. 4. Recop. ] l. 14. tit. 2. lib. 3. ord. [ hodie l. 8. tit. 3. lib. 4. Recop. ] idem constat ex his auctoritatibus , quas in proximo cap. adduximus. Et vere tunc obtinet , cum vidua honestam agit vitam. Semper dum res ista discurritur , statim tractatur , an vidua honesta sit , honestaque vitam agat : siquidem vidua privilegia jure vindictatis concessa statim amittit , si luxuriosè , aut in honeste vivat , sicuti passim traditur : & in hac spe cie hujus privilegij expressim hoc notat Andr. Iser. in const. Neapol. tit. de offc. magistror. n. 6. Matth. de Affl. lib. 1. constitutionum earundem , tit. 34. n. 4. & 6. Lucas de Penna l. 3. col. 2. C. deprivi. scholar. lib. 12. Fel.

*in c. significantib. col. pen. de offic. delegat. It text. opt. in l. his solis. ubi Bald. & Salic. C. de revoc. donat. Authent. eisdem pœn. C. de secund. nupt. quo in loco Jo- an. Carronius n. 20. multa hac in re tradit. Quibus & alia fere similis est quæstio an vidua propter stuprum, dotem, & alia perdat, quæ jure, ac titulo matrimonij pristini obtinuit, & obtinuisse, si castam egisset vitam: quam equidem quæstionem ipse olim examinavi in epitome ad quartam Decretal.*

*2. part. cap. 7. §. 6. num. 10.*

Sæpè tamen contingit dubium illud, quo queritur, † an ea fœmina, quæ cœlibem vitam egit, nec usquam virum habuit, nec de nuptiis tractat, et si major sit, habeat hoc ipsum privilegium. Accursius etenim in *l. malum in verb. viduam ff. de verb. signif.* adeò dubius est, ut nec certa sententia elegerit, scribit tamen Jurisconsultus in *d. l. malum. viduam etiam dici eam, quæ cœlibem vitam egit, nec usquam virum habuit, ex eo dicta, quod sit sine dicitate, ut vecors, vesanus. Quamobrem quidam existimant, idem in hac, quod in vidua dicendum esse: hujusque opinionis sunt Azo in *summa C. quando imper. inter pupil. & vid.* ubi eamdem opinionem probant Cyn. Oldr. Alber. Bart. & Fulgos. Jo. Lup. in *c. vebras. de donat. inter. vir. & ux. 2. notab. n. 12.* Guid. Pap. *decis. 566.* Andr. Jser. in *const. Neap. tit. de off. magistri justitiarij. in constitutione, statuimus, n. 12. & Matth. de Affl. ibi li. 1. tit. 37. nu. 29.* Rebuff. in *leges regias 1. tom. tract. de sent. provis. art. 3. gloss. ult. col. 2.* est hæc opinio communis, ut testatur Fulgos. in *d. l. unic.* contrarium tamen sententiam mihi videtur eligere gl. in *d. l. unic.* dum hanc ultimo loco ponit quam sequitur ibi Fran. Accur. Quibus suffragatur text. ex D. Hieronymo in epist. ad Fabiolam de veste Sacerdot. in *c. vidua. 34. dist.* *Vidua enim, inquit, est, cujus maritus mortuus est.* Huc etiam pertinet quod ex propria significazione, & stricta, vidua dicitur ea, cuius maritus mortuus est, non ea quæ nunquam virum habuit; siquidem Jurisconsulti responsum in *d. l. malum. ex lata significatione procedit, ut placet Soc. in c. tenore. de foro compet. n. 6. Fel. in d. c. significationib. de offi. deleg. n. 8.* Alciat. in *d. l. malum.* Hæc verò lata significatio non est admittenda in hac quidem specie & in hoc casu, ubi agimus de privilegio adversus juris communis regulas exorbitanti. Deinde communis usus loquendi, qui maximam in rebus auctoritatem habet, *l. liberor. §. quod tamen Cassius. ff. de leg. 3. viduam illam appellat, quæ maritum habuit, & amisit, non autem eam, quæ cœlibem vitam egit, gloss. in d. l. malum Abb. in d. c. ex tenore ad fin.* Quibus sanè rationibus ipse adducor, ut existimem; hoc privilegium cuius mentio fit in *d. l. Unic.* his tantum viduis concessum esse, quæ maritum habuere, non his quæ cœlibem egere vitam. Huic sententiæ non obserit text. in *d. l. malum.* Nam præter aliam responsum, quam ex Socin. item & eam quam ex Panorm. adduximus, appareat, Jurisconsulti responsum, potius pertinere ad quamdam vocis similitudinem, & analogiam, quam ad veram dictionis etymologiam. Quod Alciatus argutè ostendit ea ratione, quia vidua habet illud *Vi-* breve Ovid *l. Fastorum.**

*Sustinet in vidua tristia signa domo.*

Sed si vidua dictio composita fuisset à *ve.*, & *divitiae*, deberet longo accentu produci prima syllaba, cum ea longa sit in *vecors* & *vesanus*. Obstat etiam Jurisconsulto; ut illa non sit vera etymologia, quod vidua dicitur ab *idus duas*, verbo antiquo, *dividere*, *separare*, & *privare* significat, inde *idus*, appellant diem dividentem mensem. Hinc Horatius *lib. 4. carminum*, *Ode: 11. ad Phyllidem*

*Idus tibi sunt agenda.*

*Qui diem mensem Veneris marine.*

*Findit Apriliem.*

Vidua igitur dicitur quasi à viro separata, eo privata; seu orbata marito. auctore Macrobi. lib. 1. *Saturnal. c. 25.* Hoc ipsum notant Huguitio, Jo. de Fantucis, & Archid. in *d. c. vidua.* atque inde deducitur *viduare* verbum privare. & orbare Virgil. 8. *Aeneidos;*

*Tot ferro seva dedisset  
Funera, tam multis viduasset civibus urbem.*

Quo in loco, inquit Servius, propriè *viduasset*, dixit, quia urbs est generis fœminini: tametsi & verbum idem masculis aptari soleat. Sic & Homerus lib. 9. *Odyss.* insulam, quæ hominibus carebat, ἀνδρῶν κηρεύειν dixit, quasi *vidua* esset, hominibusque & habitatoribus privata. Eadem locutione usus est Plutarchus in *Magni Pompejo*, & Herodot in *Erato*: ἄργος δὲ ἀνδρῶν ἐχεπάθη, quamvis vulgo illic legatur ἐχεπάθη.

¶ Cæterum, quia Cyn. Alber. & Bar. in *d. l. unic.* existimarent, arbitrio judicis relinquunt, quæ personæ miseræ aut miserabiles dicantur, ut his hoc privilegium conveniat, fortassis communis sententia tunc obtinebit, aliqua fœmina jam gravis ætate honesta quidem, & quæ vitam cœlibem à juventute castissime duxerit præsertim ubi ex hoc non imminaret castissimum præjudicium illi, qui ad curiæ vocatur actioni propositæ responsurus, atque ita juxta hanc opinionem semel vidi hoc in *Granateni prætorio pronunciatum fusile*, cum quædam honesta fœmina, major quinquagenaria, quæ nusquam maritum habuit hujus civitatis incola petiisset apud curiæ judices regios quoad primam causæ cognitionem quemdam vocari, ut actioni ab ea deductæ in judicium responderet.

¶ Est & in hoc eodem tractatu observandum, hoc privilegium concedi etiam fœminis, quæ maritum habent, si is sit eis utilis: nempe quia esset captus ab hostibus, exul vel damnatus ad triremes regias: quod in specie terent *Fel. in d. c. significantibus. de offic. deleg. num. 8.* & *Rebuff. in d. c. gl. ult. 2. col.* Nam & Accursius in *l. ult. Cod. ad l. Favi. de plagiari. asseverat*, viduam dici eam, quæ maritum habet inutilem: cuius gloss. maxima cum laude meminere *Jaf. in l. ult. ff. de offic. ejus. cui est mand. juris. Baib. in dist. cap. significantibus col. 1.* Alciat. in *c. 1. de præser. 5. not.* ubi est text. ad hoc, & in *cap. inter corporalia. de translat. Episc. iuncta gloss. in verb. inutilem*, latè *Catet. Cotta in memorabilibus dist. etione, vidua.*

¶ Habent præterea viduæ aliud privilegium; quo pupilli, & similes personæ etiam utuntur, ut non teneantur extra proprij domicilii forum apud curiæ judices regios cuiquam agenti respondere, cuiuscumque privilegij ratione, quod traditur in *d. l. unic. C. quando imper. inter pup. & vid.* & hoc est privilegium distinctum ab altero, cuius hactenus mentionem fecimus: quemadmodum eleganter distinguit Regia *l. 41. tit. 19. part. 3.* & Doct. in *d. l. unic. Matth. de Affl. in dictis constitut. Rubr. 37. lib. 1. numer. 14.*

¶ Verum de Ecclesia dubitatur, † an habeat hoc privilegium, quo possit reum laicum apud curiæ judices regios convenire extra proprium domicilium? quam quæstionem tradidere And. Jsern. in *d. const. Neap. statuimus, n. 3.* & ibi Matth. de Affl. numer. 16. dicentes, in regno Neapolitano decisum hoc olim fuisse, & decretum à Regio Roberto filio Caroli secundi,

secundi, cùm esset is sui patris vicarius: Qua ratione in ea Republica Ecclesia habebit privilegium istud, quod vidua, & pupillus habent, tametsi jure communi non possit hoc probari: quia dicta l. unica. C. quando imper. non loquitur, nec tractat de Ecclesia: nec censetur Ecclesia miserabilis persona, licet ubi Ecclesia fuerit propria re privata auctoritate expoliata, possit expoliatorē, etiā laicum coram quo maluerit judice Ecclesiastico, vel seculari convenire. Joan. Andr. & Doct. in cap. cùm sit generale de foro competent. Alex. in cons. 100. ad fin. lib. 4. qui fatetur hanc opinionem esse communem. Idem assert Joan. Imol. in c. si clericus de foro competent. ubi hoc ipsum omnes Canonistæ frequentissimo suffragio admiserunt. Idcirco Ecclesia poterit eligere judicem Ecclesiasticum vel secularis, cùm agere velit contra laicum pro re, quæ per dolum aut violentiam ei fuerit ablata. Et tamen hi Doctores nec tractant, nec asseverant in hac specie laicum posse ab Ecclesia conveniri apud curiæ regios judices extra proprij domiciliij forum. At in hoc Castellæ regno receptum est, posse quoad primam causarum cognitionem, laicum vocari ad curiæ regiæ tribunal ab Ecclesia, si ea sit monasterium ex quatuor Ordinibus mendicantibus: scilicet, S. Francisci, D. Augustini, S. Dominic. & Carmelitarum, vel sit monasterium monialium cuiuscumque ordinis & instituti, aut pauperum hospitale, etiam si Ecclesia istæ divites sint, & pingue, ac opulentum patrimonium habeant. Hoc etenim usu jam diu ita obtinuit ex pragmatica constitutione Regum Catholicorum, Fernandi & Elizabeth. l. 56. quæ prohibet, tabelliones, notarios, & alios fori officiales ab his exigere laboris salarium aut stipendium. Quamobrem videntur Ecclesia istæ similes censeri pauperibus, his quibus privilegium d. l. Vnica, competit. Idem erit in Ecclesia, quæ universitatem, & collegium constituit: tandem quæcumque Ecclesia hoc jus habere videtur juxta praxim jam diu probatam: tametsi per monialium quarumcumque, & monachorum mendicantium monasteria, cæteræ Ecclesiæ pauperes minime censeantur, quoad immunitatem solvendi laboris stipendia publicis curiæ officialibus. Habuit verò quælibet Ecclesia ex usu Forensi hoc privilegium dicta l. unica. quia minoribus, & pupillis, quorum res sub tutorum arbitrio sint, similis censetur à jure: cap. 1. de in integr. restit. quo in loco latius hæc similitudo disputatur, & rursus in cap. audit. eod. tit.

¶ His accedit, quod licet jure regio sit à judicibus ad definitivam sententiam, causarum examinatio expedienda ordine quodam in albo judicario descripto: quod quidem album tabulam vulgo dicimus: sicuti pragmatica Regum Catholicorum 40. statutum est; & deinde editio ac decreto Augustæ Elizabeth Carolo Cæsare absente, anno 1530. ex visitatione Petri Pachieci, nunc Cardinalis Seguntini, quod & Philippus Hispaniarum Princeps Caroli patris vicaria usus potestate iterum sanxit, quemadmodum inter Granatensis curiæ ordinationes extat typis excusum, fol. 119. & fol. 164. Tamen causa pauperum Ecclesiarum his similibus, & miserabilium personarum priùs sunt definiendæ, ac examinandæ, non habita ratione tabula, nec hujus albi, in quod referenda non sunt, ex ratione gl. in c. in primis. 2. quæst. 1. notat eleganter Rebuffus in commentariis ad leges. titul. de sent. provisional. art. 3. glōss. ult. col. 4. Deducitur etiam ex notatis per Romanum in l. si verò §. de viro ff. solut. matr. fallent 25. Quibus suffragatur & aliud Caroli Cæsaris editum, anni. 1526. Quo decretit, causas pauperum & miserabilium personarum, breviter, ac semota dilatio-

Didaci Covarr. Tom. I I.

ne definiendas esse. Extat verò hoc decretum Granatæ typis excusum inter ejus prætorij ordinatione. Tandem usu obtentum est, ut die Sabbati cujuslibet hebdomadæ cause pauperum, & monasteriorum quæ pauperibus æquiparantur, omnino examinentur ad earum expeditam definitionem.

¶ Hoc tamen privilegium, quod pauperes, & his similes obtinent, minimè admittendum erit in causis, quarum æstimatio minor sex mille quadratinibus, quos ipse maravedinos æreos hujus temporis interpretor. Nam pauperes non poterunt ad curiam trahere, nec vocare pro his causis aliquem invitum. Sic enim Carolus Rex, & Cæsar invictissimus in Madricio totius regni conventu, anno 1534. l. 130 [hodie l. 8. tit. 18. lib. 4. Recopil.]

¶ Est & in hoc tractatu elegans quæstio,† an vidua pauper, pupillus, & his similes personæ possint ad curiam regiæ quoad primam causarum audientiam; & cognitionem vocare aliquem ex his, qui simile privilegium habent, & sanè videtur quibusdam, hoc non esse permittendum ex eo, quod pariter privilegiatus non potest uti privilegio suo contra habentem per privilegium l. sed & milites. ff. de excusato tutor. l. verum §. item queritur. ff. de minor. text. in Auth. de sanctissimi Episc. §. sed & hac præsenti. collat. 9. tradidere latè Bartol. in Antheni. quas actiones n. 3. C. de sacrosanct. Eccles. & ibi Jas. idem Jas. in §. rursus de actionibus n. 56. Abb. in c. audit. 2. col. de in integrum restit. Idem Abbas, Felinus, Decius n. 51. & August. Boërius n. 451. in c. in præsentia de probat. Hippol. singul. 99. Alber. in l. ult. ubi est text. elegans ff. ex quib. caus. major. ipse idem explicui de præscriptione Ecclesiæ contra aliam Ecclesiæ in reg. poffessor, de regul. jur. in 6. 2. select. par. §. 2. n. 4.

¶ Præsertim hoc ipsum constat; quia uterque tam actor, quam reus habet privilegium idem non ingeneri, sed in specie in hac causa nempe quod non possit extrahi à proprij domiciliij foro & possit ipse sequi cumq; ad curiam regiam vocare, ut constat. Est verè communiter receptum, non posse quem uti privilegio proprio adversus par privilegium habentem, ubi utrumque privilegium concurrit in eadem causa speciale. Igitur probatur, quod ab initio consti- tuimus.

¶ Rursus idem constat; quia utrumque privilegium procedit ab eadem causa, nempe miserationis, & idèo non est locus huic actoris privilegio contra reū par privilegium habentem, juxta communem omnium resolutionem, quam probat textus optimus in c. cum causam. de prob. ubi Panor.

Sed quo melius quæstio ista intelligi valeat, & discuti, constituam separatim aliquot casus, qui posunt contingere, atque in his adjiciam quid jure ipso responderem & item quid viderim quandoque servari.

¶ Primus etenim casus constituitur in pupillo, qui in judicium ad curiam regis quoad primam causæ cognitionem proprio suffultus privilegio vocat pauperem, viduam, vel miserabilem personam. Et planè Matth. de Affl. in const. Neapol. lib. 1. Rub. 36. n. 35. respondet, hoc fieri posse, nec à reo hoc forū regium rectè declinari. Quia causa ætatis, quæ naturalis est, debet præferri causæ accidentalis, quæ constat ex paupertate, vel viduitate, l. qui habet. ff. de tutel. ubi Bald. teste Matth. de Affl. hoc ipsum notat in specie. Ego verò apud Bald. legi, ætatis causam esse naturalem, ac denique præferendam causæ paupertatis, quæ accidentalis est: & tamen Bald. non tractat quæstionem istam & loquitur, ubi utraque causa in eadem contingit persona. Idcirco non rectè inducitur Baldi auctoritas ad casum, quo de præjudicio alterius agitur; alterius inquam par privilegium habentis. Deinde falsam esse censeo Matth. de Affl. opinionem, quæ tamen posset inde rationem habere, quod habens privile-

gum in specie uti potest privilegio adversus par  
privilegium habentem ex eadem causa speciale, ubi  
prioris privilegij ratio major est aut fortior l. verum  
§. ult. ff. de minor. & ibi Bald. Bart. in d. Auth. quas  
actiones explicat eleganter Dec. in d. c. in presentia n.  
51. plura ad hoc allegans. Nos vero arbitramur, in  
hac quæstione, quam tractamus, non posse admitti  
hanc argumentationem, quia non sit major, nec for-  
tior ratio ejus privilegij; quod datur pupillo, quam  
ejus, quod datur viduis & pauperibus. Et præterea  
multis rationibus conabimur hanc tollere in hac  
parte argumentationem.

¶ Primò, quia Bartol. Bald. & aliorum conclusio  
procedit, quando privilegium utrumque est diversæ  
speciei: in hoc etenim casu Doctores loquuntur: nos  
vero agimus de duobus privilegijs, quæ ejusdem spe-  
ciei sunt, scilicet circa forum & ab eadem causa pro-  
cedunt saltem generali: nempe à commiseratione li-  
cet eorum quodlibet procedat à diversa commis-  
erationis causa.

¶ Secundò, quia uterque hac in parte tam actor,  
quam reus agit de damno vitando. Reus, inquam, ne  
cogatur extra proprium domicilium litigare. Atque  
ideo cessat ratio communis, quæ in d. l. verum §. pe-  
nult. admittit privilegium contraprivilegium, ex eo,  
quod actor agit de damno vitando, reus vero de lu-  
cro captando: quasi in hac quæstione à contrario ar-  
gumentemur, cum reus ipse sit idem, ut actor, agit de  
damno vitando.

¶ Tertiò constat, non esse majorem miserationis  
causam in pupillo, qui forsitan dives est, quam in pau-  
pere, aut vidua, quæ tutorem nullum habet, qui ejus  
res tutetur: quem tamen minor pupillus habet: cu-  
jus causa ideo tutior est, quod fidei jussores regulari-  
ter dentur, qui promittunt, rem pupilli salvam fore.  
Igitur non est major, imò minor in pupillo privilegij  
causa.

¶ Quartò, si res ista ad contentionem deducatur,  
dixeritque pupillus actor, se posse uti privilegio  
contra habentem par privilegium, rursus & reus  
pauper dicet se velle uti contra pupillum proprio  
privilegio, quod in hoc habet, ut invitatus non con-  
veniat extra proprium domicilij forum.

¶ Quintò, esset equidem inutile privilegium,  
quod habent miserabiles personæ, ne possint invitæ,  
vocari ad judicium, extra proprij domiciliij forum,  
si habens par privilegium possit eas vocare ad curiā  
regis. Quod manifestè constat, cum quilibet jure  
communi non possit extra proprium domicilium ci-  
tari ad curiam regis, nisi ab his, qui habent hoc pri-  
vilegium vocandi reos ad regis curiam, ut patet. Igi-  
tur ut aliquid operetur privilegium datum misera-  
bilibus personis, oportet quod id intelligatur etiam  
ad petitionem aliorum simile habentium privile-  
gium.

¶ Sextò idem probatur, quia privilegium actoris  
deviat à jure communi, & ejus regulis: privilegium  
autem rei juri communi convenit, siquidem reus in  
proprio ejus foro & domicilio convenientius est.  
actorque sequi debet forum rei, juxta jura vulgaria.  
Sed inter paria habentes privilegia, præfertur is qui  
habet privilegium juri communi conveniens, aut  
saltem magis consonum regulis juris notant Bal. in  
l. si quis in gravi. §. ult. & in l. sequenti incipiendi, qui  
posthumos. ff. ad Sylan. Aret. cons. 83. col. 4. Dec. in d.  
c. in pref. de probat. n. 51. Ergo reus miserabilis per-  
sona habens privilegium, quod non possit extra pro-  
prium domicilium conveniri, cum hoc sit juri com-  
muni magis consonum, præferendus erit actori ha-  
benti privilegium contrarium regulæ juris com-  
muni, ut possit quemlibet ad curiam regis vo-  
care.

Septimò, hæc eadem opinio deducitur ex praxi  
& usu, qui diu apud Hispanos obtinuit in expe-

dientis litteris regis in favorem viduarum, quæ  
Regem ipsum, ipsiusque summos judices elegerunt  
ad cognitionem & decisionem propriarum causarū  
Dantur tamen literæ Regiæ ad inferiores judices  
quibus eis interdictur cognitio causarum hujusmo-  
di, & litium, quæ propriæ viduarum sunt ipsis viduis  
invitis, & declinantibus inferius tribunal, ac postu-  
lantibus earum causam ad curiam regiam remitti,  
Qua quidem litteræ solis viduis dantur, non aliis  
miserabilibus personis: tametsi lex unica C. quando  
imperator inter pupil. & viduan ac leges regiæ pari-  
ratione & jure de omnibus tractaverint. Denique in  
hunc legibus agitur de privilegio miserabilium per-  
sonarum, ubi, ipsæ personæ agere velint, at si conve-  
niantur & vocentur ab aliis ad judicium coram judice  
inferiori, quod possit declinare hoc forum, & pe-  
tere, ut apud judices curiæ causæ examinentur: non  
cavetur in dicta l. unica nec in dictis legibus regiis, si  
rectè intelligatur Cæsarea responsio dum inquit, In-  
dicium nostra Serenitatis oraverint. Et tamen glossa i-  
nibi vult, quod possint hæpersonæ judicis ordinarij  
forum intra proprium domicilium declinare, & pe-  
tere, quod apud curiæ regiæ judices convenientur.  
Sic enim visum est Accurso ibi in verbo. Perhorref-  
cunt quod in loco scribit Cynus secundum illam con-  
stitutionis partem tractare & casus speciem, in qua  
solum agatur & versetur dubium, ubi persona misera-  
bilis agere vult, non ubi ipsa in judicium vocatur  
actori responsura. Idem illic sensit glossi in verbo pu-  
pil. Nihilominus litteræ prædictæ decernuntur in vi-  
duarum favorem, exceptis expressim quinque casib-  
us. Quorum primus est, ubi vidua velit hoc privile-  
gio aut hinc litteris uti contra viduā aliā, minore  
& orphanum. Idem ipse censerem, quoties vellet his  
litteris uti contra pauperē, aliamve miserabilem per-  
sonam. Secundus in causis quæ nondum habent aesti-  
mationem sex mille maravedinorum. Tertius, ubi  
causa fuerit cæpta coram judice inferiori per litis  
contestationem absque fori præscriptione & excep-  
tione declinatoria tribunalis inferioris. Quartus, si  
causa criminalis sit. Quintus ubi actum fuerit de re-  
ditibus regiis à vidua exigendis, Nam hinc casibus  
non licet ei vidua, quæ vocata fuerit ad judicem infe-  
riorē, ejus tribunal declinare. Ecce quod primus casus  
manifestè ostendit usum & praxim hujus opinio-  
nis quam modò adversus Matth. de Affl. pro-  
bamus.

¶ Octavò hanc interpretationem & intellectum  
ad legem unicam, absque ulla distinctione miserabilium  
personarum tenent And. Isern. in consuet. Nea-  
pol. Statuimus. Rubrica de offici magistri justitiarij n. 4. &  
seq. ipsem Matth. de Affl. in d. lib. 1. const. Neap.  
Rubr. 37. n. 10. & rursus n. 21. idem in d. Neapo. 257.  
sensere Joan. Andr. Dom. Anch. & Francus in c. 1. §.  
in ipsum. de privil. in 6. optimè Lucas de Pen. in l. ne  
ad divers. C. de silen. lib. 12. post Jac. de Bellovisu,  
quem ad hoc expressum citat.

¶ Secundus tamdem casus contingere poterit,  
quando vidua agens contra pupillum, pauperem,  
vel aliam viduam, vult uti hoc privilegio d. l. unic.  
& planè non poterit eo uti, quod ex prænotatis fit  
satis manifestum, ut notant And. Iser. Matth. de  
Affl. Luc. de Pen. & Jacob. paulò ante adducti.

¶ Tertiò erit casus, ubi pauper agit contra vi-  
duam, pupillum, vel Ecclesiam pauperem, velitque  
eos ad Regis curiam vocare prætermisso judice or-  
dinario domicili. Et profectò eisdem rationibus  
& auctoritatibus Iser. Matth. de Affl. & alio-  
rum non poterit hoc uti privilegio.

¶ Quartus casus facillimè ex his deciditur,  
ubi pupillus agit contra pupillum: non enim  
poterit actor reum trahere ad curiam extra pro-  
prium domicilium, sicuti appareat ex prædictis, &  
notant Lucas de Penna, Jacobus à Bellovisu, quorū  
paulò antè meminimus. ¶ Quinto

¶ Quintus deducitur ab hujus controversia rationibus casus, quoties aliqua miserabilis persona, nempe, vidua, pupillus vel pauper, vocaverit in judicium apud judicem ordinarium ipsius domicilij rei conventi alium pupillum, viduam vel pauperem: ipse vero reus declinet jurisdictionem illius judicis, ac petat causam deferri ad curiam regis. Et sanè res est, ut mihi videtur, expedita: quod non sit admittenda hæc exceptio fori declinatoria, quia reus est in malitia, & actor & quæ privilegiatus elegit forum secundum jus commune, semoto quolibet privilegio, & ideo præferendus sit. Sic etenim visum est Jacob. Lucæ de Penna, Jsern. Matth. de Affl. & aliis modò præcitatis Nec poterit congruè exemplum aliquod huic casui aptari, nisi viduis, quæ habent ex litteris regii jus declinandi proprium forum, & proprij domicilij tribunal, quemadmodum in primo casu latè tradidimus.

¶ Sexto, deinde poterit contingere, quod in eo loco, ubi est curia regia, ejusque auditorium, pupillus, vidua, vel pauper ad judicium judicis ordinarij, & inferioris vocatus nolit hoc tribunal declinare, & tamen vocatus ad curiæ judices ad petitionem actoris petat obinxè causam ad ordinarium ejus loci forum deferri. In hoc euidem casu poterit reus uti proprio privilegio, secundum Jser. n. 14. & Matth. de Affl. n. 34. in const. Neap. Rub. 37. quibus suffragatur, quod licet alioqui, ubi reus habet plures judices ex jure communi electio sit actoris ut nos adnotavimus lib. I. variar. resol. c. 18. n. 6. attamen ubi reus habet plures judices ex privilegio ipsiusmet rei est electio, non actoris, auctore Bal. in l. cum clericis C. de episc. & cler. quem sequuntur Matth. de Affl. in d. Rub. 37. n. 18. Bart. Socin. conf. 94. col. 2. lib. 3.

¶ Septimò ubi quis habens privilegium in d. l. un. vocaret ad curiam Regis eum, qui non haberet, privilegium declinandi curiam; nec petendi remitti causam ad proprium domicilium, tametsi habeat is privilegium vocandi adversarios ad curiam. Nam si reus hic velit obtinere, quod causa ad judicem proprij tribunalis & domicilij remittatur, profectò ex prænotatis constat, non esse hanc causam deferendā ad judicem inferiorem, sed eam in curiam examinandam esse: cum hic reus non habeat ex privilegio duos aut plures judices, imò tantum unum: actor vero habeat privilegium eligendi judicem, quem, ut opinor, reus minimè poterit fori præscriptione declinare. Exemplum autem hujus casus non potest commodè constitui in his qui nominantur in d. l. un. Quibus competit jus declinandi quodcumque tribunal extra proprij domicilij forum, etiam curiæ regiæ judicis. Idcirco erit perquirenda persona, quæ hujus conclusionis exemplo possit subvenire, ex his, qui agentes possint ad regis curiam reos vocare, & hac ratione habeant ex privilegio plures judices: præcisè tamen valeant apud regem, vel in proprio domicilio ab actoribus ut rei conveniri, & ideo dicantur unum tantum judicem habere, quando ab aliis ad judicium vocantur: qui non habebant judicium electionem, id vero fortassis statim constabit.

¶ Octavò, si alicujus castri, villa, vel civitatis communitas actionem aliquam in judicium deduxerit adversus ejus dominum, & apud curiæ regis judices, atque ipse dominus jure orphani & minoris, aut jure viduitatis, similive causa velit declinare regiæ curiæ judicium, quoad primam causarum cognitionem, & petat causam remitti ad forum domicilij: profectò non obtinebit vel ex eo quod tribunal proprij domicilij sit manifestè suspectum in causa ipsius, cuius propria est, quæ inibi exercetur jurisdictione. Igitur in hac specie nec vidua, nec minor & orphanus poterunt uti privilegio, quo alioqui possent

etiam apud curiæ judices conveniri, causam ipsam quoad primam cognitionem ad proprij domicilij judices deferri, ipsa verò communitas ab ipso domino ejusdem agente ad curiam regis vocata etiamsi dominus major ætate sit, non poterit hoc declinare tribunal. Communitas etenim alicujus oppidi quod primam causæ cognitionem potest à quocumque ad regiæ curiæ tribunal vocari, nec id declinare valet: quemadmodum usu forensi hactenus satis receptum, & probatur ex l. 37. styl.

¶ Nonò, ubi lis esset cœpta per litis contestationem apud judicem inferiorem proprij domicilij, non posset vidua petere, causam istam tractari incuria Principis, nec ad eam referri: etiamsi vidua jure minoris ætatis peteret in integrum restitutionem adversus litis contestationem ex causa erroris, quod decepta litem contestata fuerit absque fori præscriptione, & declinatoria exceptione. Hujus euidem opinionis sum ob favorem ordinariæ jurisdictionis, & quia non admodum lreditur ex hoc errore minor: etiamsi Matth. de Affl. in const. Neap. Rub. 37. n. 24. contrarium responderit.

¶ Solet autem dubitari, an privilegium hoc viduarum, & pupillorum, de quo hactenus egimus, prosit litis confortibus, & his qui commune jus cum viduis & pupillis habere contendunt. Qua in re maximè observanda est responsio Cæsaris in l. unica. C. si in communi eadem causa. Et præterea animadverendum, an possit commodè dividere causæ cognitionis, & examen, quod latè tradit & expendit Mauritius Dolanus. in tractat. de in integ. restit. c. 185. & sex capitii seq. eum legitio.

## C A P U T VIII.

Clericus hæres laici an possit ad sæculare tribunal pro hæreditatis rebus, & iuribus vocari,

## S U M M A R I A.

1. Testamenti publicatio fieri debet apud judicem sæcularem, etiamsi clericus sit institutus hæres.
2. Clericus laici hæres litem coram sæculari judice cœptam cum defuncto, apud eundem judicem prosequi tenetur?
3. Venditor in evictiōnis lite prosequi tenetur coram eo, apud quem lis cœpta est Intel. l. venditor. ff. de jud. & l. regiæ 57. tit. 6. par. 1.
4. Clericus laici hæres, nondum cœpta lite apud sæcularem cum defuncto vocandus est pro actione hæreditaria ad judicem Ecclesiasticum, & quid jure regio paritarum.
5. Executio instrumenti publici, an possit peti lege regia contra clericum, & coram quo judice petenda sit?

V Idi non semel disputari, possitne clericus in sacris constitutus, & laici hæres, ad judicium fori sæcularis vocari ratione illius hæreditatis, quemadmodum potuisset dubio procul laicus ille, cui successit? Quam quæstiōnem aliquot expositis casibus conabor examinare, quos ipse scio frequenter discuti apud Forensia tribunalia; quorum definitio conclusionibus distinctis quandoque constabit.

¶ Prima conclusio hujus rei examini prævia sit: Infinatio, publicatione + testamenti à laico facti, etiam si clericus hæres sit, fieri debet apud judicem sæcularem. Hanc conclusionem probant Baldus & Corn. in l. omnia testamenta. C. de testam. Bald. in Authent. clericus & in l. repetitas C. de episcopo & clericō. Guliel. Benedict. in c. Raynut. de testam. in verb. & uxorem. 120. Joan. Andr. & Abb. in cap. ult. de fid. instrum. Stephanus Austrer. in Clement. prima de

offic. ord. reg. 2. fallentia. 11. Barb. in cap. si heredes. de restam. num. 10. quo in loco idem ipse adnotavi. num. 3. est & ad hoc regia lex. 4. tit. 2. lib. 5. ordin. [hodie l. 14. tit. 4. lib. 5.] in 2. ejus parte. Nam prima pars, quæ aliud respondet, deducitur à lege fori, nempe à l. 13. tit. 5. lib. 3. fori, quæ fuit etiam comprobata per Regem Henricum tertium in hisce legibus, quas depoenis delictorum anno Domin. m. cccc 1. in urbe Taurina tulit.

¶ Secunda conclusio: Lite cœpta contra laicum apud sæcularem judicem, eaque pendente si mori contigerit laicum† clericu hærede relieto, judex sæcularis ad definitionem usque, etiam contra clericum causam istam tractabit. Huic conclusioni suffragatur † text in l. venditor. ff. de jud. ubi Jurisconsultus respondet, Venditorem, qui velit defendere ratione evictionis emptorem ab actione contra eum proposita, teneri defensionem hanc prosequi coram judice, qui de ista causa, & actione cognoscere cœperat. Quæ quidem responsio locum obtinet, etiā si venditor clericus sit, quod cautum expressim est l. 57. tit. 6. part. Eadem tamen jure communi quo ad clericum venditorem, tenent aperi-  
tissimè Bald. Fulg. & Lancel. Dec: ac sensit Albe. in d. l. venditor. Ang. in l. non solum §. quod vulgo. ff. de usuc. opt. text. in l. 1. C. ubi in rem actio. Panor. & Ant. Burgen. in c. ult. num. 16. empt. idem Abb. in c. quoniam frequenter §. in aliis n. 28. & ibi Ant. Card. & Soc. n. 127. ut lite non contest. Anch. in reg. jur. in 6. q. 17. Bal. in auth. cleric. 2. col. C. de episc. & cler. Lanfranc. Orian. in tract. de arbitris q. 47. Pulchrè Bart. Socin. conf. 91. lib. 3. vers. circa ultimam difficultatem Qui fatentur hanc opinionem communem esse. Idem asserit Lancel. Dec. in d. l. venditor. eandem opin. sequuntur, dicentes, eam servari in regno Francie Stephan Aufr. in d. cle. 1. de off. ord. regul. 2. fallent. 5. Guliel. Benedict. in Raynut. in ver. & uxorem nomine Adelasiam n. 417. Tametsi contraria sententiam probent, & sequantur Paulus Castr. Angelus & Jacob. in d. l. venditor. asseverantes, illud responsum non procedere in clero venditore. Idem in d. §. quod vulgo Jo. de Platea in l. 3. C. de jure fisci. ex auctoritate Accursij ibidem, qui existimat, decisionem jurisconsulti in d. l. venditor. minimè obtinere in fisco venditore, quod ibidem Bart. & alij notarunt Imol. & Angel. Aret. in §. actionum. de actio n. 19. asserit, opinionem Paul. Castr. servari in praxi. Ad similitudinem fisci venditoris, qui si velit defendere emptorem ab actione contra ipsum jam in judicium deducta poterit causam ab eo judice eximere, & ejus cognitionem deferre ad propriū ac peculiarem fisci judicem, ut probari videtur quibusdam d. l. 3. cui ex adverso respondet, nihil ibi esse speciale in fisco, sicuti Bald. super eamdem legē explicat aut nihil refert fisci privilegiū quoad alios, quibus jure idem concessū non est, secundum Burgen. in d. l. c. ult. & Socin. in d. conf. 91. qui scribit, casum illum, cuius mentio fit in d. l. 3. esse maximè distinctum à d. l. venditor. ubi Lancel. Dec. tenet, quoad speciem l. venditor. nihil esse in fisco speciale: quod & Soc. probare nititur, sed & pro Paul. Castr. adducitur auctoritas Spec. tit. de primo & secundo decreta. §. restat. vers. quid sin. 24. & tamen non refert illius sententiam, nec ad hanc quæstionem quidquam facit saltem non urget. Etenim Spec. tradit eleganter, quod clericus non est admittendus coram judice sæculari, etiamsi renunciet privilegio fori ad defensionem ejus, qui ab eo rem habet in feudū vel emphyteusim. Nam hisce verbis non concedit Speculator, causam istam tractandā esse cum emphytentia, vel feudatario, clerici apud judicem Ecclesiasticū, quia propter jus, quod habet ipse reus laicus in judicium vocatus tractabitur apud judicem sæcularem, nec poterit clericus direc-

etum dominium habens, ac suscipiens defensionem rei causam advocare ad judicium Ecclesiasticum: quemadmodum explicat Abb. in d. c. quoniam frequenter. §. in aliis n. 18. quasi eo auctore aliud sit respondendum, ubi clericus, ut defensor necessarius vocaretur in judicium ad defensionem coloni, vel inquilini, qui nullum habent jus in re. Tunc enim clericus rei petitæ dominus verus, habens dominium utile & directum, ad judicium vocatur, rem propriam proprio nomine defensurus. Et ideo cùm ipse litiget, causa tractari debet apud judicem Ecclesiasticum, Idem tenet Ant. & alij in d. §. in aliis Rursus & adversus communem adduci solet gl. in c. cleric. nullum 11. q. 1. cuius sensus in id tendit, quod quamvis clericus praestet emptori coram judice sæculari auctoritatem & defensionem, litique adstat eam adsumens, ut verè propositam contra emptorem, non ex hoc dicitur litigare coram sæculari, nec diceturde ejus foro esse. Quibus equidem verbis potius probatur communis opinio. Etenim hæc lis verè tractatur contra laicum emptorem, & sententia contra eum fertur, fitque contra eum executio. Nec poterit clericus actorem cogere, ut adversus seipsum & clericum agat: cùm emptor possideat, & contra ipsum possidentem nomine & jure proprio sit agendum. Quibus sanè adducor, ut existimet jure Romanorum adhuc seclusa lege regia priorem sententiam, quæ communis est, veriorem esse, secundum eam fore intelligendum text. in d. l. venditor. Idemque erit etiam si lis nondum fuerit per litis contestationem cœpta. Nam si actor adversus emptorem laicum actionis formula usus, libellum in judicio dederit judici, hoc sat erit, ut causa illa coram judice sæculari tractetur, & definiatur, etiamsi clericus venditor suscipere voluerit defensionem emptoris. Quod notat in specie Bar. Soc. in d. conf. 91. & Ant. Burgen. in d. c. ult. licet Angel. Aret. in d. §. action. n. 17. existimet, communem opinionem non aliter admittendam esse, quam si lis fuerit per contestationem cœpta. Denique ipse censeo, idem esse ubi Ecclesia rem vendidisset, ac vellet emptorem defendere. Nam si emptor conveniatur apud judicem sæcularem, Ecclesia non poterit ejus defensionem assumere ea lege, ut ad Ecclesiasticum causa tractanda remittatur secundum Ang. in d. §. quod vulgo & Alber. in d. l. venditor.

¶ Hinc ergò constat, lite cœpta contra laicum defunctum apud judicem sæcularem, ejus hæredem clericum teneri ad ejus prosecutionem coram eodem judice ad finem usque litis, nec posse forum istud declinare. Quod in specie tenent Imola. in l. si cum hominem ff. de fid. jus. Jason. in auth. quas actiones. n. 39. C. de sacros. Ecclef. Paul. Castr. Roman. Alex. & ibi Curt. Junior in ejus addit. in l. si constante. §. ult. ff. solut. matrim. Angel. Paul. de Castr. in l. bares absens. in prine. ff. de re jud. ubi est ad hoc textus optimus, & in l. si quis postea ff. eodem tit. & in l. 3. C. de hered. action. rursus & idem tenent Barb. in c. quia V. de judic. n. 45. Aufrer. in clem. 1. de offic. ord. reg. 2. Fallent. 6. ad idem conductit admodum, quod traditur in l. 2. §. ex his. ff. de verb. oblig. l. ubi cœpium ff. de jud. c. proposisti. de foro compet. & quæ notantur ab Angelo in l. tam ex contractib. ff. de jud. probatur verò hæc secunda conclusio lege regia Partitionum in l. 57. tit. 6. part. 1. quæ in hunc sanè modum vulgo circumfertur.

Otroſi quando el clero hæreda los bienes del ome lego, otro alguno de mada contra aquel lego, por razón de aquel aver, que hæreda, o de danno que vuielle hecho, tenido es el clero de fazer derecho ante quel juzgador segla dolo faria aquel de quien hæreda el aver, si fuisse vivo.

Hæc autem verba, ut possunt sensum juri & menti legislatoris covenientem habere, sunt sic intelligenda juxta yulgarem hanc electionem, quod clausula illa (por.

(por razon de aquel aver, que heredo) referatur ad il-  
lam, tenudo es el clérigo; quasi velit lex, clericum laici  
hāredem teneri ratione hāreditatis, & jure hāredis  
prosequi apud judicem saceralem litem cōceptam co-  
ram eodem judice adversus laicum illum, cui exitit  
hāres. Et dum lex dicit (que heredo se entieide el clér-  
go) atque ibi dasio, que vnius fecho, scilicet, el lego. Sic  
etenim est regia constitutio explicanda tametsi subit  
maxima suspicio, eam esse vitio scriptorū & impresso-  
rum corruptam. Tandem Gregorius Lopez Regius  
apud Cæsarem consiliarius, vir equidem ut in omni-  
bus, quæ utriusque juris exercitationem attinent, sic  
in hisce legibus expurgandis & eliminandis diligen-  
tissimus, legem istam paucis mutatis verbis ita legen-  
dam esse censet.

Otro si quando el clérigo hereda los bienes del ome  
lego, e otro alguno ha demanda contra aquel lego per  
razon de aquel aver, o danno que vnius fecho, tenudo es el  
clérigo de hacer derecho ante aquel juzgador se-  
gular dolo faria aquel de qui hereda el aver,  
si fuese vivo.

Verūm contraria opinio placuit quibusdam, qui  
censem, clericum hāredem laici non teneri coram  
judice sacerulari prosequi litem jam contra laicum,  
cui successit, cōceptam. Atque ideo erit denuo super  
eadem re, vel actione coram Ecclesiastico judice  
clericus convenientius, cùm sit à jurisdictione saceru-  
lari exemptus & tandem jure proprio litem ipsam  
suscipiat. ac defendat. Hujus opinionis auctores  
sunt Ant. Imol. Abb. col. ult. Fel. col. pen. in c. quia  
V. de jud. Rota in antiquis dec. 552. & in antiquo-  
ribus prima, de foro compet. Hieron. Cagnolus in d.  
l. 2. C. de pactis inter empt & vend. n. 175. Lancel.  
Dec. Jac. & Curt. Jun. in d. l. hāres absens in pr. scri-  
bitque Jacobinus, quod secundūm hanc opinio-  
nem vidit judicari: & ab ea practica non esse rece-  
dendum asserant Aretin & Dec. in d.c. quia V. tamet-  
si Aret. de ejus veritate dubitet. Nihilominus ego  
veriorem esse opinor priorem sententiam, etiam ju-  
re communi considerato, quam in Ecclesia ac mo-  
nasterio procedere existimo eisdem rationibus Nam  
quod Bal. & Sal. scribunt in l. 1. C. si pend. app. mors  
inter. tunc obtinet cùm Ecclesia vel monasterium  
haberet ex privilegio Papæ judices peculiares simi-  
les illis, quos fiscus habet. Ant. tandem cùm Eccle-  
sia, vel fiscus non succedunt jure hāreditario, sed  
alia ex causa: nempe Ecclesia ex ingressu, & profe-  
ssione religionis, fiscus verò ex alia causa præser-  
tim quia maximè dubium est, an in fiscum tran-  
seat instantia inchoata, quemadmodum disputa-  
tur in d. l. si constante. §. ult. & per Dec. post  
alios in d. c. quia V. Nec est necessaria hāc ar-  
gumentatio à fisco ad Ecclesiam; siquidem li-  
cet fiscus non teneatur idem forum admittere,  
ac sub eo litem jam cōceptam prosequi, non ex  
hoc consequitur, idem juris esse in Ecclesiam.  
His omnibus ipse illud adjecerim, quod litis  
contestatio necessaria non est, ut in universalem  
hāredem transeat instantia jam cōcepta l. si operarum  
judicio ff. de oper. lib. l. si petitor ff. de judic. no-  
tant in specie Angel. & alij, præsertim Paul.  
Castr. in l. tam. ex contractibus. ff. de judic. text.  
opt. in l. defunctos. ff. de procur.

<sup>4</sup> Tertia conclusio: Clericus + hāres laici defuncti  
nondum adversus eum cōcepta lite, convenientius  
erit apud judicem Ecclesiasticum etiam si ut laici  
hāres ad judicium vocetur ea actione personali, vel  
mixta, quæ adversus defunctum actori competebat.  
Hanc conclusionem ex regula juris canonici, &  
civiis notant expressim gl. inibi recepta in regis qui in  
jus succedit alterius de reg. jur. in 6. gloss. Archid.  
Dom. & Præposit. in c. cleric. nullus. II. q. 1. Rota in  
dec. paul. ante nominatum adductis. Abb. Ant. & alij  
omnium consensu in c. quia V. de judic. quo in loco

Dec. asserit n. 11. non esse in hoc dubitandum Bart.  
in l. hāres absens in princ. ff. de jud. & ibi Jacob. de  
Raven. Angel Alber. Cyn. Fulgos. Jacob. & alij  
communiter, ut testatur Curt. Junior. idem tenet  
Cyn. n. 7. Bald. Fulgos. & Jas. n. 39. in Auth. quas actio-  
nes. C. de sacros. Eccles. Bal. in l. 2. C. ut in poss. lega-  
tor. ex quibus & his, quorum hi auctores memine-  
re constat hanc opinionem satis communem esse.  
Cui non obseruit Jurisconsulti responsum in d. l. hā-  
res absens. Nam intelligitur de privilegio particu-  
lari ipsius hāredis non de eo, quod est jure com-  
muni concessum, aut insertum intra jus commune,  
& generale. Sicuti deducitur ex gloss. ibi & in l. 2.  
§. legatis. eod. tit. vel Jurisconsultus tractat, quando  
forum defuncti respectu loci in hārede mutatur,  
ut ibi animadvertisit Fulgos. & alij. Fuere tamen  
apud veteres qui contrarium probare conati sunt,  
asseverantes, clericum laici hāredem, his actionibus,  
quæ adversus defunctum jure dantur, posse  
vocari, ut hāredem laici apud judicem saceralem,  
etiam si laicus ea ratione nusquam in judicium ad  
incipiendam litem fuerit vocatus. Hanc opinionem  
veteres quidam olim probarunt, ut refert gloss. in  
d. c. cleric. nullus. & Alber. in d. l. hāres absens qui  
testatur, olim Pargami prævia disputatione, an  
proposita questione ista sic fuisse definitum ex au-  
toritate Juriscons. in d. l. hāres absens, in princip.  
Horum sententiam secuti sunt viri illi doctissimi,  
qui iussu regis Alphonsi decimi concinnandis, &  
congregandis hujus regni legibus, (quæ opere sep-  
tem partito continentur) operam dedere, quemad-  
modum apparet ex dicta l. 55. tit. 6. part. I. juxta  
litteram: quæ quandoque rem istam in forensi con-  
troversia disputantibus aptior visa est his quidem  
verbis:

Otro si quando el clérigo hereda los bienes del ome le-  
go, e otro alguno demanda contra aquel clérigo por razon  
de aquel loque heredo, o dano que vnius fecho, tenudo es el  
clérigo de fazer derecho ante aquel juzgador se-  
gular de lo faria aquel de qui hereda el aver si fuese  
vivo.

Hanc litteram sensim agnoscunt Jo. Lup. in Rub.  
de don. int. vir. & uxor. §. 39. n. 8. & Rod. Suares in  
rep. l. post. rem de re jud. ubi tractat de intellectu le-  
gis regiae de executione instrumentorum, contra-  
ctuum I. extensione ad regiam legem fol. 103. col. 4.  
atque item auctor Summa peregrinæ, dictione,  
clericus, est etenim hāc lectio, ut ex his auctori-  
bus deduci videtur, majoris quidem effectus, &  
quæ regiam decisionem uberiorem efficit ad saceru-  
laris Jurisd. autoritatem: tametsi jure pontificio, ac  
receptissimæ opinioni omnino contraria: nec video  
justam aliquam rationē à jure pontificio deductam,  
qua potuerint induci regiarum legum conditores,  
hanc sententiam probarent: idcirco judices regios  
admonitos esse velim, in ejus praxi exactissima dili-  
gentia inquirant & scrutentur sitne servanda hujus-  
modi lex, & an Regia majestas velit eam servari,  
præsertim quia prior littera justior ac verior nec  
unquam contrariā in praxi receptā fuisse. Et ne quis  
hac controversia dubitare valeat quænam sit legis  
Regiae probatissima lectio lectorum admoneo regio  
edicto cautum esse Partitarum leges publicè in judi-  
cio & in alijs actionibus servandas fore juxta lectio-  
nem illam, quæ typis tradita, publicam habet au-  
toritatem ex viri doctissimi Gregorij Lopez e-  
mendationibus. Has enim Regia Majestas publi-  
ca, & certa censura munivit.

¶ Quarta conclusio: Quoties clericus laici hāres in  
judiciū vocatur petitione hāreditatis, aliave actio-  
ne personali aut reali quæ tamē nō est hāreditaria  
passivè, ut ajut, tametsi ea tracteretur super re ipsa hā-  
reditaria, aut ejus causa nō est ad saceriale tribunal,  
sed ad Ecclesiasticum vocandus. Probatur hēc con-  
clus.

clus. in l. si fideio. in pr. ff. de iud. ubi Bar. & alij. Nec huic conclusioni obseruit d. l. hæres absens nec item regia partitarum lex quæ verè nihil aliud agit, quam extendere decisionem I. C. ad clericum laici hæredem, & rationem habet illius fori, ac tribunalis ubi defunctus posset conveniri, si viveret, juxta communem omnium interpretationem, quæ per I. C. traditur. Igitur si actio adversus clericum proponatur, non ea quæ contra laicum ejus antecessorem proponeretur, nec ut contra hæredem laici ejusve in obligacione successorem, profecto in hac specie non est, cur possit clericus coram judge conveniri.

¶ Quinta conclusio: Executio & contractus & instrumenti publici, quo laicus obligatus est ad certam pecuniam quantitatem, vel aliud simile, petenda est coram judge Ecclesiastico adversus clericum hujus laici hæredem. Hujus opinionis probatio ex eo constat, quod nulla fuerit verè ac propriè cœpta lis apud judicem sacerdotalem, & ideo clericus non tenetur item hac de re subire, & tractare in tribunali judicis laici: immo pro hujus contractus executione omnino est judex Ecclesiasticus adeundus: est etenim necessaria causa quædam cognitio, atque examinatio, quæ adversus clericum non est apud alium, quam Ecclesiasticum judicem expedienda: quemadmodum in specie hoc voluere Rotæ judices, quorum suffragia traduntur in d. dec. 552. in antiqu. & dec. 2. tit. de fori comp. in antiquioribus. Eamdem opinionem, ni fallor, ipse probare videtur Roder. Zuares in d. extens. 1. col. 4. & in extens. 8. qui sequitur in effectu Bartol. opinionem in l. cunctos populos n. 29. C. de Sun. Trin. & fide Cath. dum is existimat ex lege seculari, quæ statuit instrumenta publica paratam habere executionem, instrumentum publicum adversus clericum in proprio foro hoc ipsum privilegium habere. Hujus opinionis rationem ipse Bar. rursus probat in l. de quib. ff. de legi. in rep. ult. col. cui suffragatur tex. in c. cum venissent de eo, qui mit. in pos. caus. rei servan. & in c. constitutus de in integ. resti. Lap. alleg. 81. sequitur Bart. Calc. in conf. 7. & tamen ejus ratio communi omnium suffragio refellitur: siquidē statutum laicorum etiam generale, nullam agens mentionem clericorum minimè est adversus eos observandum, licet nequaquam tollat privilegia, quæ clericis, vel Ecclesiis concessa sunt: cùm ita tenuentes nullam habeant jurisdictionem in clericos. Qua ratione Bart. frequentiori consensu improbat, ut constat ex Fel. in c. Eccles. de const. n. 50. tradit Rochus Gurt. in c. ult. de consuet. que. 11. princ. Nihilominus ipse veram esse opinor Bart. sententiam in l. regia lex etenim Imperatoris, ant Principis iura imperij habentis quæ generalis, nec damnum infert speciale clericis aut Ecclesiis: est erga clericos, etiam in foro Ecclesiastico servanda, quod probatur in c. 1. de no. op. nunc. & visum est Imol. in c. continetur. de his quæ fiunt à prela. sine consenso. ult. Jaf. in l. quoties. C. de rei vend. n. 23. Host. & Jo. And. in c. ult. de solut. Ergo lex regia condita ab Hispaniarum Rege, quia apud ejus subditos jus habet imperij, & quæ generaliter statuit instrumenta publica paratam habere executionem, etiam adversus clericos vii habet: quippe quæ non inferat præjudicium notabile clericis nec directo contraria canonibus sit. Nam sub his conditionibus & qualitatibus leges secularis principis non recognoscuntur superiorum receptæ & probatae videntur à summis Pontificibus in d. c. 1. de novi op. nunc. c. inquisit. de hereti. in c. de juram. cal. c. venientes. de jur. not. longè, aclarè Fortun. tract. de ult. fin. illat. 14. Cuius & aliorum non meminimus in epitome de sponsal. 2. part. c. 6. in princ. n. 20. Quod si publicum instrumentum adversus clericum paratam habet lege regia executionem, ea

executio petenda est, ac tractanda coram judge Ecclesiastico, non coram seculari: quemadmodum ex Bart. Roder. Zuares, & Rot. decisionibus constat, nec unquam vidi, nec audi vi incontrarium aetum fuisse. His accedit, quod etiam si apud Gallos clericus cogatur à judge seculari chirographum suum agnoscere, post quam tamen agnoverit, causa est ad judicem Ecclesiasticum deferenda, ut ipse cogat clericum solvere pecuniam debitam: sicuti scribunt & asseverant Rebuff. super leges regias, tractat. de chirogr. art. 1. n. 5. tom. 1. & Imbert. Rupel. lib. 1. Forens. instit. c. 24. & Pyrrhus item in consuet. Aurelianens. tit. de execut. instr. c. 20.

¶ Fortassis in casu & specie hujus 5. conclus. respondebit quispiam, posse hujus instrumenti publici executionem peti apud judicem secularis contra clericam hæredem laici, qui quidem laicus ipsum contractum sub auctoritate publica gesierat. Et hæc quidem sententia probatur ex auctoritate regiae partitarum legis, cuius modò mentionem facimus in 3. concl. Nihilominus hoc dubium est propter multa, & præterea quia dicta regia lex minimè tractat de contractus executione, quæ peculiares leges, & conditions obtinet, propter quas, etiam si Roder. Zuares expressim asseveret, esse mandatum executioni contractum istum à laico factum adversus clericum ejus hæredem apud judicem Ecclesiasticum noluit tamen concedere, eamdem executionem fieri posse per secularis judicem, tametsi partitarum legem citaverit, & induxerit.

## C A P U T I X.

De causarum avocatione, & earum retentione, quæ apud curiam quandoque fit.

### S U M M A R I A.

- 1 Avocatio causarum quid sit: & cui jure competit?
- 2 Metropolitanus non potest causam à suffraganeis avocare, nec de ea cognoscere absque appellatione.
- 3 Auditores regij & legatus Romanus Pontificis non habent jus avocandi causas ab inferioribus.
- 4 Duces, Comites, & Marchiones non possunt causas avocare a judicibus ordinariis.
- 5 Causa semel ad curiam delata non redit ad judicis inferioris cognitionem, & quid ubi appellatio non est justificata?
- 6 Retineri potest cause principalis cognitione in curia principis quandoque ex appellatione quacumque.
- 7 Avocatio cause cum decreto irritanti quid operetur; & quid si fiat motu proprio.
- 8 Intellect. clem unic. de renuncia. an ea obtineat in mandato, quod datum est ad presentandum?
- 9 Avocatio cause facta ad alterius petitionem, quomodo sit intelligenda?

D Iximus non semel causarum ac litium examen apud regiae curiae judges tractari quoad appellationem frequentius, quandoque tamen quoad primam causarum cognitionem in quibusdam causis, quos vulgo curiae causas appellamus. Nunc vero id in controversiam incidit, an curiae judges possint causas & lites coram judicibus inferioribus pendentis ad eorum tribunal evocare: aut sanè prohibere judicibus, ne de causis quibusdam cognitione adsumere audeant, eas in curia tractaturi. Forensis equidem usus avocationem causarum appellat hanc prohibitionem, quam revocationem dixit Rom. Pontifex in c. ut nostrum de appell. & sanè quo facilius appareat hujus quæst. solutio, & præsertim avocationis, ac retentionis discrimen, utque possint aliquot hac de re in præsentiarum adnotari, præmittam libenter quid sit causarum avocatio.

¶ Est

¶ Et etenim **avocatio** + litis pendentis coram inferiore ad principem vel superiorum absque provocatione facta translatio. Hanc férme definitiōnē tradidit Rebuff. in tract. de **avocat** q. 2. super leges regias, tom. 1. tametsi aliqua vel omiserit, vel addiderit quæ ipse nec omittere constitui, quippe qui videam definitionem præscriptam à nobis optimè deduci ex d. c. ut *vestrum de appell.* & *Jurisconsulto in l. judic. soluitur.* ff. de *jud.* & his, quæ utrobique juris utriusque interpres scripsere. Fit autem litis pendentis **avocatio** propria: siquidem lis, quæ nondum pendet, minimè dicetur **avocati** c. ad *dissoluendum.* de *desponsa impub.* l. decem ff. de *verb.* obligat. text. in specie ista in c. Ecclesia in 2. ut *lit.* pend.

¶ Hoc jus **avocandi** causas & lites pendentes, non cuilibet jure datur, sed tantum Princi, vel ei, qui liberè potest quacumq; in parte litis jurisdictionem judicis tollere, & eam revocare denique illi qui judicare jussit: quemadmodum I. C. fateatur in d. l. *judic. soluitur* & probatur in d. c. ut *nostrum.* Is etenim, qui liberè judicare jussit, & cui liberum fuit, cause cognitionem huic vel illi committere, & jurisdictionem dare, poterit eandem **avocare**, & quocumque in statu cause prohibere, quod **judex** ab eo datus de causa illa cognoscat. Princeps igitur **avocare** potest causas apud inferiora tribunalia pendentes, ex causa, tamen id ab eo fierit debet, ut justè fiat, sicuti Paul. Castr. censet in auth. qua in provincia. C. ubi de erim. agi oport. col. 1. ex quibus poterunt deduci aliquot illationes ad hujus quæstionis uberiorem cognitionem.

¶ Primò hinc deducitur, Episcopum posse **avocare** causam pendentem coram ejus vicario: quod ita Joan. Imol. adnotavit in c. pastoralis col. 2. de offi. ord. quem sequitur Rebuff. in eotra. de *avoc.* q. 5. Hujus opinionis ea est ratio, quod Episcopus solus & liberè jurisdictionem propriam ejus vicario commiserit: & ideo commissionem liberè poterit ipse revocare, cum sit idem tribunal Episcopi, & vicarij. c. 2. de consuet. in 6. c. Romana. in *princ.* de *appell.* in 6.

¶ Secundò constat ex premissis, + Metropolitanum non posse causam **avocare** ab Episcopo ejus suffraganeo, cum Metropolitanus sit **judex** quoad Episcoporum subditos tantum ex causas appellationis c. Rom. paulò antè citato, Et ideo nisi ad eum appellatum fuerit, non poterit ipse causas tractare inter subditos eorum Episcoporum, qui ad ejus Metropolim pertinent, ad ipsum notatur in c. pastoralis. de offi. ord. in c. 1. in pr. de foro comp. in 6. & in c. venerab. in pr. de sen. ex com. eo. li. probaturque ea ratione, qua obtinutum est, non habere quem jurisdictionem in subditos ejus, qui ei subjectus sit, ideo licet Episcopus sit subditus Archiepiscopo Metropol. non ex hoc sequitur, quod Archiepisc., habeat jurisdictionem in subditos Episcopi, alias quam per appellationem. Hoc sane constat ex ratione tex. in l. Modest. ubi gl. & Alc. ff. de *verb.* sign. Bal. in l. ex plac. C. de rer. permur. col. 1. Lud. Gom. in reg. de famil. Card. q. 14. notant in hac specie Curt. Jun. in conf. 2. Chaf. in confu. Burg. rub. 1. §. 4. ver. fui interrogata. His accedi gl. communiter recepta c. 1. in ver. agant. de offi. ord. in 6. quæ scribit Metropolitanum non posse dare ordines intradiœcsem suffraganeorum ipsius suffraganei subditis Idem notat Fel in d. c. pastoralis. col. ult princ. de offi. ord. Domin. per text. ibi in c. cum nullus de tempor. ord. in 6. ne ipsius Metropolitani subditis quia non potest exercere actus pertinentes ordiné Episcopale intra alienā diœcsem gloss. insignis in clement de privilegiis etiā celebrare. Plura equidē possent ad hanc

rem in exemplum & similitudinem adduci ex c. 1. & c. us litigantes de offi. ord. in 6. glo. & ibi Jas. in l. cum qui ff. de jurisd. omn. id gl. Abb. & Fel. in c. pastoralis. de offi. deleg. n. 6. Fel. in c. cum ex offici. n. 7. de presc. & in d. c. pastoralis de offici. ord. Præser-tim conductit ad hoc quod Metropolitanus non potest inter Episcopi suffraganei subditos de nullitatis causa principaliter absque appellatione co-gnoscer: sicuti censem Philipus Franc: in c. dilect. de appellat. q. 27. Fel. & Dec. in c. in litter. col. ult. de offi. deleg. Quorum opinio constat, quia **judex** qui non potest adiri per querelam, non equidem poterit de nullitate tractare principaliter absq; appellatione, Archid. & Domi. in c. concertationi super gloss. in ver. debitum de appell. in 6. Metropolitanus autem non potest per querelam adiri c. 1. de offi. leg. ergo non poterit is absque appellatione nullitatis causam examinare. Querela verò dicitur quoties causa defertur ad judicem absq; appellatione glo. Panorm. & alij in c. querelam de procur. Corsetus in singul. in verb. querela saltem propriè: licet quandoq; etiam dicitur ipsamet appellatio gl. in c. Maxim. 81. dis-cujus meminere Cors. in d. ver. querela Fel. in c. querelam de jur ei col. 1. Barb. in c. 1. col. 3. de offi. leg. atq; hanc veram esse censeo, quamvis Panor. in d. c. in d. c. in litteris. & in d. c. dilecto. probare conetur & asseveret, Metropolitanum tractare posse inter subditos suffraganeorum, de nullitatis causa principaliter absq; appellatione proposita: idq; videtur adnotasse ex Bart. in l. si expressim. ff. de appell. col. pen. qui scribit causam nullitatis posse non tantum examinari apud judicem, qui sententiam pronunciavit, sed & apud superiorum l. absent. ff. de appell. l. ac-cusatorib. & ibi gl. C. eo tit. notatur in l. preses. C. quo. & quand. **judex.** Hoc etenim verum est in superiori qui potest adiri absque appellatione, non autem in eo, qui tantum est **judex** ex appellationis causa ut probatur in d. c. 1. de inoffi. leg. Sic denique Dux, Marchio, vel Comes, qui jurisdictionem habet, & superior est ordinariis judicibus quos *Alcaldes* ordinarios dicimus, non poterit causam nullitatis principaliter tractare super ea lite, quæ semel apud judicem ordinarium ab ipso populo electum cœpta fuit, cum de hac causa non possit aliter quam per appellationem cognoscere, quod fatis constat: & in hac specie ita probat Petrus Nunius Avenda-nius in tract. de exequendis mandatis regiis, c. 5. n. 4. Igitur Metropolitanus causam apud Episcopum sibi subditum pendentem non poterit **avocare**; idque expressim tenet Ripa in c. cum. M. de constit. 95.

¶ Tertiò appetit + Regios auditores, idque Pintiana & Granatensi curiis jura litigantibus prævia causarum cognitione reddun, non posse posse coram judicibus inferioribus pendentes **avocare**: cum regulariter non possint hi supremi judices causas examinare nisi per appellationum ad eos fuerint delatae. Imò quoties in quibusdam casibus prima causarum cognitione curia competit, speciarum excipitur, modò apud inferiorem judicem lis minimè pendeat, ac cœpta fit. Sic etenim tradidere Montagna, & Boër. in tract. de autorit. magni consil. Rebuff. in tract. de *avocat.* q. 5. n. 407. qui idem esse censem quoad supremum Regis Se-natum, ut tandem Regis consiliarij non possint lites apud inferiores judices pendentes **avocare** absque speciali regis consensu & decreto, text. opt. in t. solent, §. sicut autem ibi non autem debent inconsulto princ. hoc facere. Fortassis tamen commissum à principe videtur supremo ejus Senatui absque speciali ejus consensu qualibet in causa requirendo, propter

pter tanti concilij auctoritatem, Quod in magno Franciae concilio Boerius notat in tract. n. 157. nec refragatur Petr. Rebuff. qui præscriptam conclusionem de causis non avocandis probat in Parlamentis, non in Magno Concilio, nisi magni consiliarij velint avocare causas à Parlamento. Hoc enim scribit, eis non permitti, absque speciali regis consensu.

¶ Quartò, hinc jure Pontificio probatur. Legatum Romani Pontificis non posse causas pendentes coram judicibus ordinariis avocare, cùm sit locus præventioni inter eum, & ordinarios, c. si a se de de proband. in 6. notant expressim Speculat. tit. de legat. §. nunc § ostendendum, vers. pramissa. Abb. in c. I col. de offic. leg. Domini. in cap. in princ de foro competen. in 6. Ripa in d. c. cum M. de constit. nu. 195.

¶ Quintò deducitur in praxi + non posse Duxes, Comites, aut Marchiones, aliosve, jurisdictionem habentes, qui sunt inferiores, nec jura principis habeant causam pendentem apud judices ordinarios, quos Alcaldes ordinarios appellamus avocare: quod planè constat ex eo, quod hi judices ordinarij omnino sunt adeò firmam jurisdictionem habentes, quod etiamsi ad plebis electionē per ipsum dominum confirmantur, nihilominus liberum ei non est, eorum jurisdictionem impedi- re, aut tollere. Et ideo ante appellationem ad eum propositam nequaquam poterit de causis pendentibus coram judicibus ordinariis cognoscere, auth. de defensorib. civit. §. nulla, & §. jurisjurandi. Cujus ratio- ne perpensa sic visum est Paulo Castr. in l. nemo, C. de jurisfd. omn. judic. quem sequitur vir doctissimus Petrus Avendanius in tract. de exequendis mandatis Regiis, c. 6. n. 28. idque apud Regia tribunalia est adeò receptum, ut passim avocationes istæ litteris sub sigillo Regis decretis omnino prohibeantur, nisi quibusdam in locis, quorum jurisdictio militari- bus ordinibus D. Jacobi Calatrare, & Alcantaræ competit; in his etenim certis olim definitis ca- fibus avocatio permissa est, quæ innumeris dedit causam controversiis, quæstionibus, & querelis fre- quentissimè ad curiam Regis deferendis. Quid si Dux, Marchio vel Comes, aut is qui jurisdictionem habet in oppido causarum avocare velit ab eo judice, quem ipse solus, & liberè constituit, cuique jurisdictionem propriam commisit in eo exercen- dam oppido, id poterit facere libenter absque ulla subditorum & judicis injuria, quemadmodum te- nuerunt Jo. Montagna in d. tract. de auct. consilii, & ibi Nicol. Boér. n. 158. Ang. in d. l. judicium solvi- tur, ff. de jud. poteratque multis similibus rationi- bus hæc sententia confirmari, quam & Rebuff. in d. tract. de avocationib. qu. 5. in princ. quæ sunt om- nino distinguenda.

¶ His equidem prænotatis subsequitur & alia quæstio, cuius examinatio in hoc tendit, ut inquiramus quotuplex sit avocatio & quot modis ea fierire- etè possit. Etenim ea duplex est. Fit etenim avocatio causarum quandoque expressim, & hæc expressa di- citur, quoties princeps causam coram aliquo judice pendentem ab eodem avocat ut probatur in dict. c. ut nostrum. Quandoque tacitè fit avocatio, nempe ubi princeps causam coram judice ordinario cœp- tam, alteri scienter delegat, & committit. Ex hoc enim videtur eam à judice ordinario tacitè avoca- re, c. ceter. de rescript. c. sane de ff. deleg. c. pastoralis. §. ult. rescript. Innoc. & alij præsertim Ripa in c. cum M. de const. n. 198. Rota. in novis 67. Staphilæus literis gratia, & justitia, pag. 172. qua in re sunt aliquot observanda quæ non erunt inutilia his qui hoc in tractatu exactam adsequi velint cognitionem.

¶ Primum sane adnotari solet: causam semel ad curiam delatam nusquam exire curiam nisi à Prin-

pe rursus ad judicem ordinarium remittatur. Hu- jus opinionis vulgo citatur auctor Bald. in l. si n. proponit. col. penult. C. quomodo & quando judex. Cu- jus in hunc sensum meminere Ripa in dict. c. cum M. de constitut. nu. 189. Dec. cons. 147. n. 3. Iaf. in l. filius fam. §. divi. n. 58. ff. delegat. i. idem Jaf. cons. 98. colum. I. lib. 4. Dec. rursum in c. prudent. de offic. deleg. §. adjiciamus, & in d. c. ut nostrum, col. 1. Hip- polyt. in singul. 31. Joan. Crottus in l. 1. §. si quis simplicit. n. 13. de verb. obligat. hoc ipsum notat Baldus, idem in c. 1. §. ad hac colum. 3. Cod. de pace ju- rament. firmand. Philippus Francus in dict. c. ut no- strum, col. ult qui existimat, esse ad hoc textum singu- larem in c. pastoralis, §. præterea, de offic. ordin. notat & Egidius dec. 48. Hæc verò sunt Baldi verba indict. l. si ut proponis, n. 15. Nota quod causa que semel est in uc- ria Romana, numquam exibit de curia, nisi princeps de- leget, vel causam remittat ad ordinarium. Quod est nota- tu dignum. Et hoc facit hæc lex. Nam hec causa redibit ad presidem: & præses denuo committit & facit, de offic. ord. c. pastoralis, §. præterea. Hactenus Bald. cuius eo libentiū mentionem feci, quod Jaf. in leg. voluntas col. ult. C. de fideicom. in hunc sensum eum citaverit scribend. Vide quod decidit Bald. in leg. ut proponit in col. 3. post Archid per eum relatum, C. quo, & quan- dojudex. Quòd si Papa semel delegavit extracuriam Romanam, quæ de bebat agitari in curia Romana li- cet delegatio non habuerit effectum, quando dele- gatus mortuus sit tamen ex quo semel commisit ex- tra curiam Romanam, poterit modò ordinarius de illa causa cognoscere cessante delegato. Quod no- ta, si est verum. Hæc Jason qui maximè hallucina- tur in percipienda Baldi mente: siquidem ipse Baldus hoc tantum voluit, quod causa semel delata ad curiam poterit exire curiam si eam princeps dele- gaverit, vel remiserit ad ordinarium. Quod autem delegato mortuo causa ipsa revertatur ad ordina- riū à quo fuerat jam avocata, Baldus nec dixit, nec sensit imò contrarium probat dum citat text. in d. c. pastoralis, & expressim tenet paulò antè adduc- ens Archidiaconi auctoritatem secundū quam ipsemet Bald. in d. c. ad hac. col. 3. respondit cau- sam semel à Romano Pontifice delegatam non redire ad ordinarium, etiamsi delegatus pronun- ciat sententiam quæ nulla sit, Quam opinionem probarunt. D. in d. c. ut nostrum col. 1. Roman. in c. 335. Jacob. de Nigris in ru. de offi. ejusci mand. jur. fol. 4. col. 3. Ripa d. c. cum M. n. 168. hæc dicta sint, ut Baldi sententiam juxta veram, ac propriam ejus meutem explicemus.

¶ Quin & illud erit memoria repetendum, quòd si causa fuerit ad curiam delata per appellationem ab interlocutoria sententia, ac per Romanum Pontifi- cē delegata, & commissa, sitq. pronunciatiū malèap- pellatū fuisse nihilominus causa nequaquā redit ad ordinarium: imò in ipsa curia expedienda est, ubi fuit decreta cōmissio appellationis causæ cū toto negotio. Quæadmodū ex stylo & praxi curia Ro- manæ respondit Felin in c. quæ de resc. n. 6. quem se- quitur Joan. Staphilæus l. gratia, & just. fol. 171. col. 2. Verū quia Felinus testatur hanc forensem, & practi- cā observationē esse contrariā juri pontificio, oportet expendere quidnā jure ipso esset in hac quæstiōne dicendum.

¶ Prima conclusio: Causa per appellationē ab interlocutoria ad curiā Romanā delata & alicui au- ditori cōmissa facta negotiij principalis mentione, si appellatio pronuncietur injusta, redit cognitiocau- se principalis ad judicē à quo fuerat appellatū. Hoc probatur in c. ut deb. de app. c. exhibita de jud. ex qui- bus hanc conclusionē post alios probat Francus in d. c. ut deb. n. 40. su. gloss. penult ex qua constat judicē ad quē fuerit ab interlocutoria appellatū teneri eandē causā reittere ad judicē à quo ubi appellatio appa- rec

ret injusta. Erit autem hæc remissio necessaria, si judex inferior appellationi detulerit, c. cum appellationis frivolis, de appell. in 6. explicitant Doctores, maxime Francus in d. cap. ut debitus, n. 42 post gloss. ibi.

¶ Secunda conclusio: Quoties fuerit causa appellationis ab interlocutoria commissa una cum ipso negotio principali, non poterit judex hic delegatus de causa principali cognoscere, si appellatio minime justificetur, in justèque sit appellatum. Probatur hoc conclusio ex eo, quod præscripta commissio hunc intellectum habet, ut judex hic tunc de causa principali cognoscat, cum appellatio justa pronunciabitur, quasi hujus commissionis sit hæc propria conditio, & interpretatio: secundum Egidium à Bellamera decif. 419. & seq. & idem de jure respondendum esse censem Rota judices dec. II. in novis. Joan. Staphylæus de litteris gratia, & justit. fol. 271. Fel. in d. c. causam que de rescript. n. 16. deducto quidem argumento ex responso Romani Pontificis ibidem, & ex l. 3. ff. de leg. 1. l. non rebl. ff. de fidejuss. notariis per Batt. in l. uxorem, §. testamento, ff. de legat. 3. & in leg. heredes mei, §. ita ff. ad Trebellianum. Sed & hanc conclusionem probare mihi videtur Carolus Ruinus conf. 114. col. 2. lib. 4. tametsi Francus in d. cap. ut debitus, n. 40. existimet, per commissiōnem istam adeò esse avocatam causam à judge inferiori, ut delegatus possit per principalem causam examinare, etiam ubi fuerit frivole, & iniquè appellatum. Utitur ad hujus opinionis probationem ratione textus in d. cap. ut nostrum, cuius superius mentionem fecimus.

¶ Tertia conclusio: Commissa, & delegata causa appellationis à principe, etiamsi appellatum fuerit in justè, poterit judex hic de causa principali cognoscere, quoties concepta fuit in hunc modum, ut causa appellationis, & ipsum principale negotium fuerint delegata. Etenim copula, & quæ huic formulæ commissionis adscribitur, hunc effectum habet, quod causa principalis videatur commissa æquè principaliter, non eo modo quo jure accedebat appellationis causæ & ejus cognitioni, l. 1. & 2. ff. de pec. leg. ex quibus deduci potest, & ex his, quæ Bartolus notat l. Titie, §. nihil. ff. de legat. 1. denique hanc tertiam conclusionem explicat optimè Carolus Ruinus in conf. 114. lib. 4. col. 2.

¶ Quarta conclusio: Judex cui est à principe facta commissio causæ appellationis, & principalis conjunctim, vel divisiū, habet omnino cognitionem negotii principalis, etiamsi appellatio pronuncietur in justa. Hoc constat ex eo, quod princeps his verbis videatur causæ ipsius principalis cognitionem principaliter delegate, & committere, ac denique à priori judge avocare, licet appellatio in justa sit. Atque ita tenet Carolus Ruinus in d. conf. 114. lib. 4. col. ult.

¶ Quinta conclusio: Judex delegatus, cui est commissa causa appellationis, poterit absque nova commissione cognoscere de causa principali, si appellatio fuerit justificata. Nam & responso Summi Pontificis in cap. ut debitus, non tantum obtinet in judge appellationis ordinario, sed & in judge delegato: cùm eadem sit ubique ratio: atque ita sensi gloss. in c. ex tenore de foro comp. in verb. terminetis. Idem expressim tenent Ant. Abb. & Imol. in d. c. ut debitus, ubi Dec. n. 23. & Franc. 43. ac Fel. in d. c. causam que de rescript. n. 6. fatentur hanc opinionem communem esse, quæ mihi verior videtur, tametsi Francus conetur eam improbare. Quod ante eum tentavit Egidius à Bellamera decisione 419. priorem tamen opinionem, quæ frequentior est, etiam probabant Innoc. Henric. & Egidius à Bellamera in d. cap. ut debitus, n. 47. & gloss. ult. in c. ult. 2. quæst. 6. Nam in ordinario judge, cui competit cognitione causæ per appellationem ad eum devolutæ, nemo usquam dubi-

tavit: siquidem is potest justificata appellatione, causam principalem examinare quemadmodum expeditum est in d. c. ut debitus, ac notatur in c. 1. de foro compet. in 6. in princ.

¶ Quibus equidem prænotatis oportet adscribere quod praxis curiæ Romanæ admittit. Nam ubi appellatum est ab interlocutoria, & commissa fuerit causa appellationis cum negotio principali, etiamsi appellatio pronuncietur iniqua, & in justè fuerit appellatum, nihilominus cognitio causæ principalis manet apud eundem judicem delegatum: Sic enim teatantur receptum esse Fel. & Staphylæus paulò antè citati. Atque præter hos hoc constat ex Egidio Bellamera dec. 37. dec. Rota II. in novis. Cujus meminit Paul. Castrensi. in l. eos, Cod. de appellat. Quod si causa appellationis simpliciter commissa fuit nulla facta mentione causæ principalis, tunc licet judex hic delegatus, qui pronunciat appellationem in justam, & malè appellatum fuisse, non possit de principali causa cognoscere, ipsa tamen causa nequaquam redit ad priorem judicem, à quo fuit appellatum, immo manet in curia, ut ibidem examineatur, & definitur ex nova, & speciali Summi Pontificis delegatione: quemadmodum ipse deduci opinor ex præcitatibus auctoribus, & Rota decif. 113. & 421. in novis, & 612. in antiquis. Bellamera decif. 129. & 520.

¶ Illud sane non est prætermittendum, cùm id maximè huic congruat tractavi, & sèpè incident in usus forensis executionem, quod tibi ubi quis ab interlocutoria sententia judicis inferioris appellaverit ad curiam, & is statim priusquam tractetur de justitia, & rectitudine appellationis, petat totius negotii examen advocati, & retinerti apud curiæ judices, solet planè id fieri, negotiumque ipsum à judicibus curiæ retinetur ad definitivam cognitionem, præstito ab appellante juramento, quo asseverat, nullam se habere spem consequendi justitiam apud judicem inferiorum. Hanc conclusionem praxis recipit, & in specie ista tenent Rota Judices decif. 42. in novis. Panorm. n. 6. Imol. & Francus n. 6. in c. Nicolao. de appellat. Dec. in cap. interpolata, 1. eod. tit. Joan. Staphylæus de litteris gratia, & justit. fol. 172. quod minime licet judici inferiori, qui ex causa appellationis cognoscendi jus habet: non enim poterit ex causa appellationis, ab interlocutoria, nisi ea fuerit justificata, retinere cognitionem negotii principalis, nec de eo poterit tractare, etiam ex consensu litigantium, c. 1. de foro compet. in 6. quamvis sit legatus, & denique Judge, qui possit adiri per viam querelæ, secundum Cardia. & Dec. in c. ut debitus de appellat. n. 26. Dominic. & Franc. in d. c. 1. qui tenent, legatum non posse omessa justificatione appellationis ab interlocutoria cognoscere de negotio principali, etiam ex consensu utriusque litigantis: quasi decisio Romani Pontificis in 6. sit specialis in ipsomet principe, quod & Dom. ibi probat contra gloss. in dict. c. 1. de foro compet. in 6. in ver. prætermisso, quam sequuntur ibi Innocent. Hostiensi. & Abb. col. penult. Præpos. colum 14. & rursus Francus sibi parum constans in dicto cap. ut debitus, ad fin. asseverantes posse legatum non justificata causa appellationis, & omilla ejus justificatione cognoscere de ipso negotio principali ex consensu utriusque litigantis: quod ipse minimè probari posse jure opinor. Nam etsi legatus possit per querelam adiri absque appellatione, id obtinet ubi causa nondum pendebat coram judge ordinario: quo quidem casu legatus non potest causæ illius cognitionem avocare, nec de ea cognoscere, nisi appellationem à definitiva, vel ab interlocutoria fuit ad eum jure devoluta: sicuti hoc in capite superius adnotavimus: jure vero devolutio non sit, nisi appellatio ab interlocutoria justificetur: que-

madmodum probatur in dict. cap. ut debitus, & in cap. 1. de appell. in 6.

¶ Hinc denique poterit facilimè percipi, si præmissa fuerint mente repetita, duplarem esse causatum avocationem: expressam quidem, & tacitam. Expressa vero avocatio hochabet speciale ut quidquid ab inferiori judice actum fuerit post ipsam avocationem, nullum sit ipso jure, licet judex ipse nondum cognitionem habuerit avocationis, & fuerit ejus proflus inscius, & ignorans, quoties avocatio sit motu proprio principis. Sic etenim probare conantur Abb. in c. cum M. de const. nu. 33. & ibi Dec. col. ult. Abb. Imol. & Dec. in c. ceter. de rescript. n. 7. & plerique alij quorum meminit assertens hanc opinionem communem esse Rebuff. super leges regias tit. de avocationibus, nu. 18. idem asseverat Ripa in d. c. cum M. n. 169. qui adeò perplexis, & confusis Doctorum allegationibus utuntur, ut mihi utile vixit distinctius aliquot in hujus questionis resolutionem conclusiones exponere quibus possit ejus expedita cognitio haberi.

¶ Prima conclusio: + Avocatio cause facta cum decreto irritanti, hanc vim obtinet, ut acta judicis inferioris post illam etiam ignorantis, sint omnino nulla, Probatut hæc ex eo, quod clausula decreti irritantis (sic enim vulgo dicitur) ignorantes, & incios prohibitione afficit. gloss. ubi communiter recepta in c. 1. in verb. referri de concess. prob. in 6. text. optim. in c. dubium, §. considerantes, & in c. penult. de prob. in 5. & in cap. si postquam, eod. tit. gloss. in cap. si eo tempore in verb. ignorantes, de elect. in 6. Card. in Clem. 1. qu. 18. de elect. in 6. Card. in Clem. 1. qu. 18. de elect. Ant. Imol. & Fel. colum. 4. in cap. 2. de const. notar. in c. si beneficia de prob. in 6. ex junioribus idem tradidere Joan. Crotus in c. 2. limitatione 1. ad 3. notab. de const. in 6. idem in l. omnes populi, ff. de justit. & jure, col. 26. Exea in c. 2. n. 50. de const. Joan. Staphylæus de litteris grat. & just. fol. 41. in specie autem hujus conclusionis primæ auctores sunt Panorm. Imol. Fel. n. 18. & Dec. n. 6. in c. ceter. de rescript. Ripa in d. c. cum M. n. 196. Abb. in c. audita, de rest. spol. Dom. in c. 1. audita, de rest. spol. Dom. in c. 1. §. ex parte, de concess. prob. l. 6. ex quibus deducitur manifestè idem esse, sive clausula ista fuerit apposita motu proprio, sive ad petitionem alicuius, qui litteras à principe impertravit. Sic etenim conclusionem istam Panorm. & alij, quorum modò meminimus, intellexere. Quod si is, cuius causa, & in eius favorem cause avocatio fiat, ea nolit uti, aut eidem renunciaverit, valet quod à judice factum fuerit non obstante decreto, quod irrita decernit in contrarium acta, secundum Domin. in c. 1. §. ex parte col. penult. quem sequi videntur Fel. & Dec. in dict. c. ceter. quorum opinio satis comprobatur ex his quæ ipse tradidi in c. quamvis paclum, de paclis in 6. 2. part. §. 2. n. 6. Quo in loco probare conatus sum, posse quem renunciare his quæ in ejus favorem inducta sint, licet his accesserit principis decretum, quo acta in contrarium irrita decernuntur. Deinde constat principis voluntas, quæ in hoc tendit, ut hujus decreei vis remittatur, si eidem renunciaverit, qui id à principe in proprium favorem obtinuit. Eadem voluntas præsumenda est in legis conditore ad hunc effectum, ut lex ab eo lata non liget ignorantes, nec eos prohibitione, præcepto, aut pena afficiat. Si quidem optimus princeps in id debet, ac tenetur leges ab eo latas ditigere, quod magis sit justitiae consonum. Et idè præsumendum erit, quod ipse nequaquam voluerit propria lege eos incios & ignoros afficerem quoties ea ignorantia culpa caret, licet decretum hoc, cuius modò vim tractamus, legi adjecterit. Hanc opinionem jure vetiorum esse censem Card. in Clem. 1. qu. 18. de elect. Joan. Crotus, in d. l. omnes populi

col. 26. & in d. cap. 2. limitatione 1. sub 3. notab. & And. ab Exea in c. 2. de const. numer. 50. el. ganter Lud. Rom. in conf. 330. colum. 5. qui plurimus rationibus nititur hanc sententiam probare, non tantum quoad penam legis, sed etiam quod ad actus vim, quæ minimè tollitur per legem præscriptam, donec tempus accesserit, quo in universum lex obligat, & ejus ignorantia culpam aliquam præmittere videtur, de quo dubitat Felin. in d. o. 2. numer. 7. limitatione 4. Est tamen pro Romani sententia optima gloss. in dict. cap. 2. verb. dispensandi, quæ illum textum intelligit etiam quoad vim illius actus, qui fit ex ignorantia justa legis humanae.

¶ Secunda conclusio: Expressa cause avocationis absq; decreto facta, motu tamē proprio, reddit omnino nullum quidquid post illam actum fuerit à judice inferiori, etiam ignorantis. Hanc opinionem tenent Panorm. in d. c. cum M. de const. col. ult. Imol. in c. ceter. & in c. cum contingat, ad fin. de rescript. Franc. n. 6. in cap. ut nostrum, de appell. ex illius responsi ratione. Dom. in conf. 47. quali hæc sit maxima vis hujus clausule, motu proprio; quam sententiam scribit communem esse Petrus Rebuff super leges regias tit. de evocat. q. 3. n. 19. adducens ad hoc Francum in dict. cap. ut nostrum; qui tamē hoc minime asseverat, & licet Ripa in dict. cap. cum M. n. 196. videri possit quibusdam assertere, hanc opinionem communem esse, ego existimo aliam conclusionem, cujus statim mentionem faciemus, ipsum communem fecisse. Sed & fallam esse hanc secundum assertionem ipse nequaquam dubitaverim: cum nullibi in jure tantus hujus motus proprijs effectus probatur. Sed & plerique viri doctissimi contrarium tenuerunt, præsertim Ant. Abb. col. punuit. Felin. Dec. in d. c. ceter. Innoc. in c. 1. de concess. probend. in 7. Præpos. in d. c. ut nostrum, col. ult. Pet. Rebuff in d. qu. 3. ex quibus necessaria est scientia hujus avocationis quoad judicem inferiorem, ut nullum sit, quod postea ipse judex fecerit: quæ quidem opinio maxima ratione fulcitur, quemadmodum appetit auctoritate Jurisconsulti in leg. si sorte, de offic. presidis, cujus meminere Rom. in sing. 57. & 566. Fel. in d. c. ceter. n. ii. Dec. in c. si duob. nu. 12. de appell. Jurisdictione etenim semel data, & competens alicui non censetur ab eo revocata, donec ipse habuerit revocationis cognitionem, & scientiam. Quavis in specie, I. C. in d. l. si forte, alia est ratio congruentior, quod præses qui datus est successor, & si hoc fecerit, uti potest jurisdictione & potestate, donec successor provinciam fuerit ingressus, sicuti notatur in l. membris, ff. de offic. pro cons. nihilominus sunt quæ huic opinioni suffragantur; & perinadere possunt scientiam revocationis fore necessariam, c. 2. de offic. deleg. hec autem, §. non defendit. ff. quib. ex causis possideatur, notar. Bld. in l. falsus, C. de furis. Sic Lud. Rom. in dict. singular. assertit collationem beneficij factam à vicario Episcopi revocato, qui ejus revocationis erat ignorans, validam esse, cuius opinio comprobatur auctoritate Cald. consil. 4. titul. de offic. leg. Dec. in cap. si duobus numero 12. Fel. in d. c. ceterum, nu. 11. Colmæ, in Pragm. sand. tit. de collat. §. idem voluit in ver. vicario. gloss. opt. in l. tribunus, ff. de testa. mili. Jas. in l. majorum, n. 8. de jurisdict. omn. jud. notar. præter hos satis in specie Rebuff. in tract. de beneficio. tit. de simon. in resignat. n. 54. & de publicandis resignationib. gloss. 18. numer. 19. quidquid Franc. scripterit in c. audum, de prob. in 6. sufficit tamen in hoc casu scientia simplex revocationis absque litterarum presentatione. Quod Fel. expressum notat, & omnes præcipiti sentire videntur, maximè Cald. in d. consil. 4. Idem Rebuff. in tract. de beneficis in tit. de forma vicari. n. 219 quem omnino legit. Et Boëtium d. 347. col. pen. est & ad hoc text. opt. in Clem. unica de renunciatione.

¶ Ignotus

¶ Igitur ex praeditis illud superest, quod renuntiatio jurisdictionis, etiam si motu proprio fiat, non habet effectum, donec ipse cuius revocatur potestas, ejusdem revocationis habuerit scientiam, quod item probatur in c. i. §. ex part. concess. prob. in 6. quo in loco, §. adjiciebatur, adnotatum est hanc regulam non esse admittendam, ubi revocatio fieret propter delictum: hoc etenim causa, ipso jure, absque ulla scientia etiam ignorantiae ipso, cui data erat jurisdictione, tollitur omnino eadem, & ab ipso prorsus afferetur. Sic sane probatur in d. §. adjiciebatur, quem ad hoc commendarunt Rom. in sing. 58. Fel. in d. c. ceter. n. 24. Barb. in c. nolentes 3. col. de offic. lega. Jo. de Selva in tract. de benefic. 3. par. q. 16. col. 1. Jo. Bertach. in tract. de Episc. lib. 4. par. 7. qu. 21. notat Innoc. in c. qualiter, in 2. de accus. opt. gl. in c. proposuit, de concess. prob. in verb. vocare, cuius meminere Fel. in d. c. ceter. n. 24. & Card. in cons. 114. incipit, Frater Bened. Huic opinioni accedit gl. elegans in d. Clem. unica, de renunciat. in verb. sponte, quae illam decisionem intellexit ubi mandatum ad renunciationem beneficij fuisse datum sponte: quasi scientia revocationis necessaria non sit, quoties mandatum datum sit per vim, & metum in odium sancte, & poenam illius, qui metum intulit. Quam interpretationem probatunt inibi Abb. & Selva in d. q. 16. nec id mirum videri debet, cum mandatum ad renunciationem beneficij debeat esse liberum: ut & ipsamet renunciatio. c. procurator. de elect. in 6. tradit Card. in d. Clem. unica. q. 4.

¶ Illud vero obiter admonendum esse constitui ad hujus questionis uberiorem cognitionem, quod Paul. Caltr. in conf. 361. dub. 4. lib. 1. existimat, non esse admittendum responsum Romani Pontificis in dict. Clem. unica, in mandato, quod datum fuerit ad presentandum alicujus clerici, aut generaliter ad presentandum ex causa juris patronatus. Nam secundum eum revocatio mandati habet vim omnino, etiamsi non habuerit ejus scientiam ille, cui datum erat mandatum. Hujus opinionis probatio a Paulo Castrensi instituitur ex regula quadam quam modò prætermittam, quippe qui eam alioqui non admundum negaverim. Hanc Pauli sententiam expressim sequitur Aymon. conf. 76. sensit Fel. in c. eum contingat. de rescr. nu. 6. dum refert illud Pauli consilium, ut existimat Lambert. in tract. de jure patronatus, 2. lib. 2. par. 1. q. 4. art. 14. Ego vero, et si videam Aymonem Cravettam in d. conf. 76. hanc Pauli Castrensi opinionem probasse, minimè, ni fallor, coactum ejus questionis, & controversia decisione, quam eo in responso probare conabatur: cum ad ejus veritatem necessaria non foret conclusio Pauli. Attamen negare contendam a Fel. tandem nec expresse, nec tacite receptam fuisse. Aliud etenim ex Paulo ipse deduxit, quod nequaquam urget ad presentis questionis veritatem, deinde existimo falsum esse quod Paul. tradidit asseverans, decisionem Pontificiam dict. Clem. unica, non obtinere in mandato ad presentandum, non enim video ullam discriminis rationem, quae congrua sit. Sic & ipse Lambert. opinatur, esse necessarium, quod saltem praefatus, aut is, cui presentatio exhibenda est, habeat revocationis scientiam ante institutionem, in quo ipse plenè videtur a Paulo discedere, cum hoc ipsum sit, quod summus Pontifex in d. Clem. unica, respondit, tandem Petrus Rebuff. in tract. de beneficiis, in d. forma vicariatus, n. 214. opinionem Pauli de Castro saltam esse censeret.

¶ Tertia conclusio: Quoies revocatio jurisdictionis, & avocatio causa motu proprio fit, et si non afficiat ignorantem, satis tamen erit absque solemnis revocationis exhibitione, quod judex ipse undecumque certam habeat revocationis cognitionem. Hanc op-

nionem facilimè admittent qui precedentem conclusionem probarunt. Sed eam sequitur, ut probat Fel. in d. c. ceterum. num. II. & nu. 17. ubi Dec. n. 7. post Ant. & Abb. ibi, qui & hoc ipsum tenuerunt.

¶ Quarta conclusio: Revocatio jurisdictionis cum expressa cause avocatione facta ad alicujus petitionem, habet conditionem, si qui impetravit, & obtinuit illam, voluerit ea uti: unde non tollitur jurisdictione à judice inferiori, donec fuerit per impenetrantem revocatio eidem objecta, & exhibita. Probatur haec in c. audita, de restit. spol. ubi Abb. idem tenent Innoc. Ant. Card. & Fel. in d. c. ceterum. Quorum opinio communis est, ut fatetur Ripa in d. c. cum M. n. 196. Sed quod in hoc casu sufficiat, judicem inferiorem, cuius jurisdictione revocatur, hujus revocationis scientiam habere, conantur iure defendere Domin. in d. conf. 47. Imol. & Dec. in d. c. ceterum, n. 8. ubi Dec. hoc ex ratione tradita per Imol. deducit, adducitque Ripa in d. num. 196. hanc posteriorum opinionem receptam esse apud curiam Romanam: ut tandem aliud sit concedi à Summo Pontifice impetranti secundam rescriptum, & secundos judices simpliciter; aliud, revocari priorem judicem jurisdictionem, ab eisque avocati causam. Cum in hoc posteriori casu ex auctoritate c. ut nostrum, possit defendi, & probari, quod sufficiat scientia hujus revocationis, ut judex non valeat ulterius de causa cognoscere, nec tractare. Nihilominus nos opinamur priorem sententiam vetiorem esse, eamque magis convenire Reipub. utilitati, ne illusio fiat facilimè causarum litiumque definitionibus. Hoc ipsum deducitur ex c. gratum de offic. de leg. c. super eo in 2. de appell. ubi præpos. notab. ult. Archi. c. is qu. de procur. in c. Bald. in l. mandat. col. pen. C. mandat. idem Bald. in l. 1. C. ut lite pendat. Dec. conf 195. col. 2. nec Imol. in d. c. ceterum, huic quartæ conclusioni adversatur: immo eam expressim probant.

¶ Quinta conclusio: Quamvis per litteras posteriores quibus priorum mentio fit, tacite revocetur priorum judicem jurisdictione, & potestas, attamen valet quidquid ab eis actum fuerit, etiam post cognitionem revocationis, donec fuerint posteriores litteræ ab ipso impetrante judicibus oppositæ, & exhibitæ. Hujus conclusionis probatio deducitur ab omnibus ex d. c. audita. Et est communis omnium resolutio in d. c. ceterum. Atque haec dicta sint pro hujus capitinis brevi quadam examinatione.

## C A P U T X.

De mandatis regiis ad executionem, & observationem litterarum, quæ vulgo requisitoria dicuntur.

## S U M M A R I A.

- 1 *Judex secularis, & Ecclesiasticus mutuo sibi presentant, & prestare tenentur auxilium in execuenda mandatis, & sententiis.*
- 2 *Judex Ecclesiastus an possit mittere in carcерem laicos propria auctoritate?*
- 3 *Contractus ratione quando quis posse, ubi contraxerit, conveniri, latè traditur.*
- 4 *Misso in possessionem contra contrahentem qui variis locis possessiones habet, qualiter fiat, & ibi. Intellect. c. Romana. §. Contrahentes de foro compet. lib. 6.*
- 5 *Renunciatio proprii domiciliij, quid in contractibus operatur? & deinde solutio in aliquem locum destinata?*

6. Juramentum quid efficiat in hac specie quoad fori renuntiationem.  
 7. Judex an possit verbalem citationem intra territorium alterius propria exequi auctoritate?

**N**on omnibus judicibus, quibus cognitio, ac definitio alicuius causae jure competit, licet, nec permisum est, quae semel definierint executioni mandare: siquidem multa sunt, quae liberam hanc executionem absque alterius judicis auxilio & ministerio possint impedire. Atque ex ea causa illud obtinuit, ut quoties res ista in discrimen hoc incidet: Judex, qui sententiam tulerit, aut de contractus executione cognitus est, requirat pro exequenda sua sententia, & contractu judicem alium, qui personam, & bona debitoris capere possit, atque executionem ipsam ad effectum deducere. Sic etenim <sup>t</sup> judex ecclesiasticus ubi censuris jam fuerit usus adversus laicos, nec potuerit earum viribus sententiam exequi, requirit pro ejus executione judicem saecularem, ut is captis rebus, & persona ipsius laici condemnati, Ecclesiastici sententiam exequatur, text. ubi gloss. in verb. publicum, sic intelligenda in cap. 1. de offic. ordin. & ibi Doct. præsertim Panorm. Fel. & Alc. Oldrad. conf. 89. Bald. in l. 1. C. de his qui latro occulta Matt. de Affl. in proœmio const. Neapol. n. 54. text. opt. in c. dilect. de sent. excom. in c. 6. postulasti, de homic. c. 2. de maled. principes, 23. qu. 5. c. quoniam, de offic. ord. 1. l. Episco. C. de Episc. & cler. c. ut offic. §. compescendi, de heret. in 6. ex quo tamen Arch. adnotavit, hoc verum esse in judice ordinatio Ecclesiastico: quasi delegatus non possit judicis saecularis auxilium pro executione sententiae implorare: cum id speciale sit in judice delegato ad punitionem heresim. Hæc vero Archid. opinio falsa est, nihil speciale cautum extat in d. §. compescendi, in hoc auxilio à judice saeculari implorando, & ideo etiam judex Ecclesiasticus, ac delegatus poterit auxilium judicis saecularis implorare, pro exequenda ejus sententia, cum censuris usus fuerit, nihilque eis proficerit, text. est in hujus opinionis non leve argumentum in d. c. dilecto cuius ad hoc meminit Fel. in c. delicta, de majorit. & obed. notant Innoc. Joa. Andr. & Doct. communiter in c. significasti de offic. deleg. ubi Abb. & Dec. atque item Joan. Lup. in cap. per vestras. 2. notab. §. sed est pulchra dubitat. n. 17. & novissime August. Berojus in d. c. significasti, nu. 24. vers. extra gloss. fatentur hanc opinionem esse communem, quam etiam sequuntur Domin. & Franc. in dict. §. compescendi, eamque passim servati vidimus.

¶ Eadem ratione judex saecularis quoties ea necessitas inciderit, poterit implorare judicis ecclesiastici auxilium pro exequenda ejus sententia adversus eos, in quos ipse non habet correctionis jus. Amb. sed hodie, C. de adult. not. Maria Soc. in c. cum sit generale, n. 24. de for. comp. Quia in re illud discrimen erit observandum, quod judex ecclesiasticus poterit censuris, & spiritualibus penitentiis compellere saecularem ad hoc exhibendum, cap. 2. de maled. Judex vero saecularis non potest cogere ecclesiasticum sed debet Metropolitanum adire, atque ab eo petere, quod inferiorem judicem ecclesiasticum cogat auxilium saeculari exhibere, & præstare ad executionem sententiae. Sic etenim probant Innoc. Abb. & alij in d. c. 1. de offic. ord. ubi Alciat. n. 25. & nu. 123. scribit hanc opinionem communem esse. Idem distinxit Jas. in l. à divo Pio. §. sententiam, ff. de re jud. nu. 16.

¶ Quid si judex ecclesiasticus sit verus, & competens judex adversus laicos, deque eorum criminalibus aliquot cognoscere possit, eoque punire: non 2. omnino expeditum est, posse cum <sup>t</sup> laicos capere,

& in carcere misericordia. Beatis Oldrad. conf. 86. brevis haec de te pietatis disputacione non satis explicat, quid ubi jure verius velut fuerit: ac tandem in eam inclinat sententiam, ut existimet, non posse judicem ecclesiasticum in carcere proprium mittere, nec capere laicum pro criminis alicuius punitione, quæ ad ipsum pertineat, excepto heresis crimine: in quo hoc erit, & est speciale, & in aliis huic similibus criminib. excommunicamus, in c. 2. ad fi. de heret. c. u. commiss. cod. tit. in 6. & in Clem. 1. eiusdem Rubric. Hujus opinionis ratio vel ex eo deducitur, quod sepissimum in jure sit expressum, quoties ecclesiasticus judex de criminis adversus laicum cognoscit, cuius cognitio ad eum pertineat; post decretas Canonicas censuras, ipsique minimè sufficientibus ad correctionem, tunc auxilium à saeculari judice implorandum esse: quasi non alia sit adversus laicos judice ecclesiastico permissa coercendi potestas, quam quæ censuris constat, ea vero non sufficiente, ministerio judicis saecularis est punitio peragenda: sicuti deducitur ex c. 1. de offic. ord. c. postulasti, de homic. c. cum C. laicus, de foro compet. l. placet. C. de sarcrof. eccles. auct. de mandatis pr. §. si vero canonic. collat. 3. Quibus & aliis rationibus hanc sententiam latissimè omnium conatur defendere Joan. Lup. in d. §. sed est pulchra dubit. n. 18. de donat. inter vir. & uxor. idem tenet Anch. in c. cum Episcop. de offic. ord. in 6. quam opinionem fatentur communem esse Fel. in c. significasti de offic. deleg. Aufr. in repet. Clem. 1. de offic. ord. in q. 5. & in tract. de potest. ecclesiast. super laico prim. Fel. tenet loquitur de judice ecclesiast. delegato, & in ordinario contrarium probare videretur: quod statim latius explicabimus. Eamdem sententiam adversus judices ecclesiasticos tenet Anch. in reg. ea quæ derg. jur. in 6. qu. 11. qui scribit hanc opinionem communem esse. & idem fatentur Joa Andr. in Speculo tit. de offic. ordin. Hanc & leges reges admiserunt, & probabant sapientissime prædictum lib. 7. t. 3. lib. 1. (hodie l. 14. tit. 1. lib. 4 Recop.) & l. 4. tit. 1. lib. 3. ord. (hodie l. 5. tit. 1. l. 4. Recop.) idem statutum est in publicis totius regni comitiis anno 1525. Toleti c. ult. (hodie l. 15. tit. 1. lib. 4. Recop.) contrarium planè verius esse censem Domin. & Franc. in d. c. cum Episc. idque multis profecto juris Pontificij locis ita passim probatur, ut minimè congrua, ea omnia effugere velle specialis censuram iuri ratione. Nam posse judicem ecclesiasticum, qui aliqui jure de criminis cognitionem habet laicum cum capere, & in carcere mittere probatur in c. attendendum, 17. q. 4. contra idolorum, 25. q. cuius ad hoc ipsum meminett Rom. in singular. 660. & Fel. in c. cum sit generale, de foro compet. n. 20. qui hanc opinionem probat: idem Fel. in d. c. signific. col. ult. latè Aufr. in d. Clem. 1. q. 5. in tract. potest. ecclesia. super laicos, in pr. Ad cuius questionis perfectam resolutionem ipse tria esse observanda existimo, ex quibus constabit, quid sit in hac controversia considerandem.

¶ Primum, ubi consuetudine legitimè præscripta obtentum esset, quod judex ecclesiasticus habens aliqui causæ cognitionem adversus laicos, posset eosdem capere, ac carceri tradere, usus hic erit omnino servandus. Quod Bald. notat. in d. c. significasti, & sequitur eamdem opinionem Jo. Lup. in d. c. sed est pulchra dubitat. n. 26. atque ita in aliquot Hispaniarum dicte cibis jam diu obtinuit, nec Carol. Caesar Rex invictissimus, hanc consuetudinem tollere, legique propria voluit usquam imputobare, etiam si sapienter eo fuerit perita huius praxis, & usus abrogatio in publicis totius regni conventibus: ut appareret ex c. 117. leg. Madricularum, ann. 1528. & c. 2. ann. 34.

¶ Secundò, quoties judex ecclesiasticus legitimè adversus laicum criminali judicio vel sententiam tulerit, vel cognitionem & examen culpæ apud punitionem

tionem instituerit, jure poterit laicum ipsum capere, & in carcerem mittere: quemadmodum probatur his auctoritatibus, quas ultimo loco adduximus: nec video, etiam seclusa quacumque consuetudine, contrariam opinionem posse optimè defendi; cum non alia ratione in his criminibus, quæ à quibusdam excipiuntur, capi possint laici à judice ecclesiastico, & in carcerem mitti, quamquod judex ecclesiasticus jus habeat cognoscendi de eisdem criminibus, & puniendi delinquentes, etiam si laici sint.

¶ Tertiò, illud erit ad hæc omnino notandum, quod si de executione sententiae alicujus judicis ecclesiastici actum sit, ut laicus cogatur solvere eam quantitatem, in qua justè ab eo judice damnatus civili judicio fuerit, tunc planè non potuerit judex ecclesiasticus laici bona, propria capere auctoritate, nec ipsius condemnati personam ad rei judicatae executionem. Imò potius tenetur auxilium judicis secularis ad hanc executionem invocare. Sic denique sunt accipienda, quæ pro communi opinione adducta fuere. Nam & leges regiæ, etiam si generaliter hac de re fuerint statuæ, nihilominus in hunc casum tendere frequentius videntur.

¶ Quartò, non est prætermittendum judicem ecclesiasticum posse clericos, qui dubio procul sunt ecclesiasticae jurisdictionis, capere, & in carcerem mittere, quoties eidem hoc jure visum fuerit, etiam si non habeat in loco temporalem jurisdictionem: nec tenetur ad hoc auxilium brachij secularis implorare: nisi eo casu quo ejus potestas minimè sufficeret ad capiendum clericum maximè rebellem, & contumacem. Hoc probatur in c. cum Episc. offic. ord. in 6. & est omnium communis opinio, ut interim demirer, quanam ratione Carol. Mol. in consuet. Parisiens. tit. 1. §. 42. n. 66. scripsit. Romani Pontificis responsum in d. c. cum Episcopos, quo permisum est Episcopis, capere propria auctoritate clericos delinquentes & in carcerem mittere solum obtineat ubi Episcop. habeat temporalem jurisdictionem: atque idèo in his locis, in quibus temporalis jurisdictione non pertinet ad Episcopum, non posse vicarium Episcopi, nec ipsum Episcopum absque auxilio judicis secularis, & ejus invocatione, clericos delinquentes capere, & in carcerem mittere. Idem probare conatur Jacobus de Bellio visu in repet. c. Roman. §. contrah. de foro compet. in 6. n. 92. 1. oppositione, cuius ipse Carolus nullam mentionem fecit. Etenim admodum falsa est hæc opinio, nec jure defendi potest: etiamsi aliqui soleat disputari, an Episcopus possit habere familiam armatam ad executionem, & ministerium justitiae: de quo tractavere latius Abb. Fel. Dec. & Aug. Berojus in d. c. significasti, de officio deleg.

¶ Sed & apud judices secularares idem obtinuit, ut possit unus alterius sententiam exequi, si pro ejus executione fuerit requisitus, text. est hac de re celebratissimus in l. à divo Pio §. sententiam ff. de re jud. Regia l. 2. tit. 27. part. 3. Auth. de exhib. reis, §. si vero, & in Auth. ut differentes sint judi. §. 1. notatur in c. Roman. §. contrahentes de foro compet. in 6. quod si nolit Judex requisitus suum in hoc officium, & auxilium impatrii, compellendus erit superioris judicis, aut principis auctoritate. Nam ex querela judicis requirentis, aut privati cuiuslibet, in cuius utilitatem requisitio fit, debet superior Judex compellere judicem requisitum ad executionem, quod Battol. & omnes unanimi Consensu adnotarunt in d. §. sententiam, quo in loco satis probatur juxta eam lectionem, quæ extat in Florent. Pandectis, quas opera L. Taurelii nuper in publicum edidit Laurent. Torrentinus Ducalis Typographus. Sententiam, inquit Ulpia. Roma dictam, etiam in provinciis post præsides, si hoc iussi fuerint, ad finem

Didaci Covarr. Tom. II.

persequi, Imperator notter cum patre rescripsit. Quam lectionem & Jas. agnoscit in d. §. sententiam col. 1. Quamobrem passim ad regia Hispaniarum prætoria querelæ deferuntur, judicium inferiorum negligientiam, aut contumaciam incusantes ex eo, quod aliorum judicium requirantem tententias, aut mandata de contractibus exequendas, mandare executioni prætermittunt. Quibus tamdem querelis examinatis, ac visitis litteris requisitoris statim summaria cognitione nomine Regio mandata decernuntur ipsis judicibus requisitis, quibus equidem mandatis præcipitur, quod judicem requirentem sententias exequantur, eorumve mandata de contractibus exequendas, rebus, & personis debitorum captis juxta leges regias tradant executioni. Quandoque autem Judex hic, qui requisitus noluit requirenti auxilium impatrii, condemnatur in expensis arbitrio auditorum: idque frequenter fit, cum aliqua culpa non immunis à dolo, & malitia judice præsumitur. Quod si judex requisitus justè proprium officium & auxilium negaverit, minimè admittitur adversus eum querela ad effectum decernendi regias litteras, quibus eidem præcipiatur requirentis judicis sententiam exequi: imò hoc ipsum expressum denegatur, quod statim ad finem hujus capituli aperiūt probabitur. Atque idèo nunc oportet expendere, quantum judices ab aliis requisiti teneantur, ministerium & auxilium exhibere in sententiis, & contractibus exequendas. ¶ Extat sane juris utriusque regula, qua constat, non posse quem ratione contractus conveniti apud judicem illius loci, ubi consfaxerit, nisi ibidem inveniatur. text. celebris in d. c. Rom. §. contrahentes. de foro comp. in 6. quo in loco & in c. ult. de foro comp. idem omnes tenent, & probant. Huic etiam conclusioni accesserunt & Accursius & alii in l. hæres absens. §. 1. ff. de jud. late Salic. in auth. si vero col. ult. C. de adult. Jas. in l. 1. col. 2. de eo quod cert. loco. ex quo multa deduci possunt, quæ sunt huic tractatui admodum opportuna.

¶ Primum hinc perpendi poterit, quod Ant. Butrius scribit in d. c. ult. n. 15. de foro compet. asseverans, quod Judex loci contractus possit requirere judicem ejus loci, ubi habitat qui contraxit ut contrahentem citet, & jubeat ad judicem contractus accedere auctori responsorum super contractus actione. Nam auctore Butrio, Judex requisitus hoc facere tenebitur: & si fuerit contumax ipse citatus, poterit Judex loci contractus de causa tractare usque ad ejus definitionem, ac sententiam adversus illum pronunciare. Huic opinioni accedit Panormitan. in dicto cap. ult. n. 36. Ego planè censeo eam falsam esse. Quod si vera foret, satis manifestè cessaret communis omnium adnotatio, & ipsa responsio Romani Pontificis in dict. §. contrahentes. cum facillimè Judex loci contractus esset hujus causæ Judex competens, possetque eam per sententiam desinire: & in ea procedere, licet ipse qui contraxit non inveniatur in loco contractus, qua ratione opinor, hanc sententiam Anton. & Abb. esse contrariam decisioni Pontificiæ, quæ in dict. §. contrahentes. traxita est. Sic sane Dec. in cap. 1. de jud. n. 23. vers. scul. 2. hac limitatio. Ab his auctoribus discedit, & de eorum opinione dubitat Fel. in dict. c. ult. n. 21. de foro compet. tametsi potius inclinet in Antonij conclusionem, eamque videatur probare, quod Mar. Soc. in specie facit in cap. dilecti. de foro compet. numer. 25. ad finem. Ripa tamen in dict. c. 1. de jud. numer. 66. scribit, hanc opinionem Anton. communis judicio improbari, licet ipse eam sequatur quoties Judex domicilijs non refragatur huic cognitioni: mihi profecto placet, satis esse, quod ipse reus nolit apud hunc judicem litigare: imò erit omnino nulla, etiam ipso tacente,

Yy 3

hujus

hujus causæ cognitio, modò nec tacite, nec expressè consenserit jurisdictioni.

¶ Secundò, ex vera hujus rei cognitione appetet proprius intellectus, † & interpretatio ad text. in d. §. contrahentes. Etenim fieri debet distinctio, an qui contraxit, habeat bona in loco contractus, vel his careat possidens bona in loco domicilii, & habitationis: priori etenim casu judex loci contractus præmissa legitima ciratione, & ipso contrahente contumace poterit mittere auctorem in possessionem bonorum, quæ reus in eo loco contractus habet: & ad hunc effectum in hoc casu Judex loci contractus erit competens: quippe qui reo legitimè citato, & comparente cognoscete de causa usque ad definitivam sententiam, eo verò contumace procedere jure optimo poterit ad missionem in possessionem bonorum ex primo decreto. Hoc equidem operatur possesso bonorum, quam habet reus in loco, ubi contraxerat, atque haec est prior pars text. in dict. §. contrahentes. Idemque erit quoad secundum decretum, quemadmodum ex vera illius decisionis ratione deducitur: cum omniahæc tendant ad bona, quæ funucloco contractus. Nihilominus Paulus Castrensis in dict. §. l. heres absens. num. 2. & 5. satis urgenti ratione probat, non posse in hoc casu secundum decretum decerni: cum ad hoc requiratur propria contumacia quæ minimè contingit in eo, qui non tenetur se apud illum judicem defendere. Idem assertit Jacob. de Belloisu in dict. §. contrahentes. num. 129. atque ita est intelligendus Jurisconsulti locus in l. Tuum. §. 1. ff. de administr. tuto. à quo potuit deduci prior pars hujus responsi in dict. §. contrahentes. Posteriori casu, quoties non habet bona qui contraxit in loco contractus, sed in loco domicilii, tunc juxta communem opinionem omnium in dict. §. contrahentes. & in dict. l. heres absens. §. 1. etiam si non possit Judex loci contractus de causa ipsa cognoscere, nec eam propria sententia definire, nec sit locus remissioni: poterit tamen ubi reus citatus latitat in loco domicilii, decernere missionem in possessionem bonorum ex primo decreto, & super ejus executione requirere judicem illius loci, in quo sunt, & existunt bona. Hæc etenim est communis interpretatio. text. in dict. §. contrahentes, quæ videtur planè illi responsu admodum convenire.

¶ Tertiò subinfertur, non rectè Pontificium responsum intellexisse eos, qui ab eo adnotarunt, in contractibus locum fore remissioni ad judicem loci contractus, quoties qui contraxit latitat, nec habeat bona in loco, ubi contraxit. Etenim non est hæc opinio consona decisioni Romani Pontificis in dict. §. contrahentes. Imo ab ea prorsus abhorret, idcirco licet Bart. in dicta l. heres absens. §. 1. eam probasse videatur, Paul. Castren. Angel. Jacobinus, & Lancelotus, ibi contrarium potius probant juxta interpretationem dicti §. contrahentes quam proxima illatione explicimus, quæ frequentissime Doctorum omnium consensu recipitur. Quamvis quidam non satis questionem istam intellexerint, asseverantes, propter maximam rei contumaciam, esse in contractibus locum remissioni, ex auctoritate Baldi in leg. consentaneum. Cod. quom. & quand. jud. 8. notabil. qui hoc non asseruit, nec scripsit: quemadmodum admonent Lancelot. Dec. in dicta l. heres. §. 1. & Ripa in dicto c. 1. de jud. n. 66.

¶ Quartò illud præmissis aptè convenit, quod omnium calculis probatum extat: nempe locum fore remissioni ad locum in quo quis privatim, vel publicè administrationem exercuit, cum agatur de reddendis rationibus. text. opt. in d. l. heres absens. §. 1. l. 1. & ibi gloss. & omnes Cod. ubi de ratiociniis agi oportet. notant omnes in d. l. heres absens. §. 1. præsertim Paul. de Castr. & juniores, & in d. c. ult de foro compet. & in c. 1. de jud.

¶ Quintò hinc colligitur, quod usus forensis passim admisit. Nam locus est remissioni in contractibus & ad judicem loci contractus est remissio facienda omnino, ubi qui contraxit, se submiscerit foto illius loci. † & proprii domicilii foro expressum renunciaverit. gl. celebratissima in l. 1. ff. si quis in jus vocat. non ierit. quam omnes inibi secuti sunt: & maxima cum laude, & honoris præfatione in d. l. heres absens §. 1. præsertim Paul. num. 8. Iacob. Lancelot. Dec. & alii, ac præter hos Iacob. de Belloisu in d. §. contrahentes. num. 64. & ibi Franc. post alios Panorm. num. 37. Felin. num. 22. in cap. ultim. de foro compet. ubi Auton. & Cardin. idem Panormit. num. 18. & 22. Dec. n. 23. Ripa n. 65. August. Beroius num. 196. Alciat. num. 52. in cap. 1. de judic. multa Iason & Curt. Junior in d. l. 1. ff. si quis in jus vocat. non ierit. n. 6. Bald. in l. cum Archimedoram. C. ut in possess. legat. Bald. idem in cap. præterea. de offic. delegat. Roman. in singul. 279. Jalon. in l. 1. ff. de eo quod certo loco. Marian. Socin. in cap. dilecti, num. 39. de foro compet. qui tamen asserit, forte contrariam sententiam esse vetriorem: & tamen gloss. multi secuti sunt, quorum opinio dubio procul communis est.

¶ Sexto subdeducitur, idem esse ubi qui contraxit in certo loco solvere promisit, & proprio foro renunciavit. Nam etiam si in loco destinatae solutionis non inveniatur, erit nihilominus causa hujus examinatio, & cognitio remittenda ad judicem loci, in quem fuit destinata solutio. Hoc enim omnes fatentur qui proximam conclusionem secuti sunt. Constat enim locum destinatae solutionis parum, & similem esse hac in re loco contractus: cum inibi contraxisse quis videatur, quod solutionem destinavit. leg. contraxisse ff. de actio. & obligat. leg. Tuum. §. tutor. ff. de administr. tut. gloss. communiter recepta cap. Rom. §. nec etiam de foro compet. in 6. notant omnes in dict. cap. ult. de foro compet. Bald. Bart. & alii in l. si convenerit. ff. de jurisdict. omnium judic. tradit Gerardus in singul. 6. Sed & questionem istam qua tractatur, an in loco solutionis destinatae quis possit, ut in loco contractus conveniri, latè examinant Bart. & alii in d. l. si convenerit. & in d. c. 1. de judiciis. & in d. leg. heres absens. §. proinde. & § ult. est etiam text. insignis in c. dilecti. de foro comp. (Vetum hæc omnia dicta sint juxta communis juris civilis & Canonici constitutiones: in his enim Castellæ regnis (me summo Philippi II. Regis consilio Præsidente) anno Domini 1523. die Februar. 21. edita fuit pragmática & regia lex, quæ de hisce submissionibus tractans, multa dectevit & distinxit, quæ ad praxim mire conducent & necessaria sunt.

¶ Septimò, ut semel susceptam provinciam minime destituam, non veterebor amplius rem istam expendere, perpensa paulò diligenterius vera ratione, qua præmissa probari solent. Nam ubi quis haberet ex privilegio speciali forum aliud præter illud, quod de jure communi eidem competebat: quidam existimarent, privilegii forensis renunciationem esse intelligendam quoad illud forum, quod privilegio, & jure speciali datur eidem non tamen quoad forum sibi jure communi proprium: ut tandem non obstante hæc renunciatione possit debitor effugere remissionem cause ad locum contractus, & pettere, causam ipsam examinari in foro juris communis, cui non videtur renunciasse, arg. deductio ex l. si domus. ff. de servi. urb. pred. Sic sane visum est Ias. in d. l. 1. si quis in jus voc. non ierit. num. 9. & Dec. in dict. c. 1. n. 23. de jud. quibus difficillimè accesserit, quippe qui planè percipiunt ex hac opinione prorsus everti quod omnium consensu, & praxi iam diu receptum extat. Fori etenim præscriptio, & exceptio, quæ juxta communem sen-

Sententiam hac renuntiatione tollitur, illa dubio procul est, quæ ex communi jure competit. Nam quid quidam calumniantur, renunciationem istam non posse intelligi quoad forum juris communis: quia sit hæc renuntiatio in hunc modum: *Renuncio privilegio fori: forum autem jure communi competens verè dici non potest privilegio competere: facili profecto ratione tollitur, si illud caute observaverimus, ptivilegium fori hac in parte non assumi pro foro, quod ex jure speciali datum sit alicui, sed pro illa fori præscriptione, quæ ex regula juris communis deducitur: qua cautum extat, reum esse in proprio domicilio conveniendum.* Sicuti palam probatur ex Jurisconsulto in d. leg. ff. si quis in jus voc. non jerit, deinde illud non levi conjectura constat, hanc scil. renunciationem in hoc tendere, & ad hoc fieri, ut ipso loco contractus, cui submissio fit, de hujusmodi controversia volente actore tractetur. Nam & renuntiatio hac ex causa contractui adscribitur, Bald. auctore in c. præterea de offic. deleg. & in leg. cum Aremid. Cut in poss. legato. Igitur parum refert, quod reo competent duo, vel tria tribunalia jure communi, vel speciali privilegiō: cum auctore volente sit causa examinanda in loco contractus, non apud alia tribunalia: atque ita hujus opinionis, quæ mihi olim placuerat, auctor, ac defensor est Boschus Codechanus in rep. d. c. 1. de jud. fol. 14. col. 4.

¶ Octavò, ab eadem radice procedit quod Panorm. scribit in d. c. ult. de foro comp. n. 37. asserans, prædictam renunciationem minimè valere, si ea facta sit à clero absque proprij judicis, & Episcopi consensu. c. signific. de foro comp. quo expressum deducitur, non posse clericum consentire absque Episcopi consensu in alterius judicis jurisdictionem, qua ratione sequuntur hanc Abbatis opinionem Felin. in d. c. ult. n. 22. Jacob. in d. l. heres absens. §. 1. col. 2. Dec. in d. c. 1. de jud. n. 23. & ibi Felin. n. 6. quorum opinio mihi omnino placet, cum in hac specie fiat ab ipso clero expressa renunciatio proprij tribunalis, & contentiat ipse expressum in alienum judicem. Quod fieri jure non potest, & ideo hæc sententia maxima ratione fulcitur, & tenenda erit, quamvis Marian. Socin. in d. dilect. n. 39. & Ripa in d. c. 1. de jud. num. 68. contrarium tenuerint.

¶ Nonò, ex proximè traditis apparet, aliud dicendum fore ubi Clericus in locum aliquem destinaret solutionem, & in eodem postea inveniretur: posset etenim apud hujus loci tribunal conveniri ratione illius solutionis in eum locum destinatae, etiamsi absque consensu Episcopi contraxisset, & solutionem destinaret. Nam hæc prorogatio jurisdictionis non sit solum ex consensu ipsius contrahentis, sed & à lege, ejusque auctoritate inducitur, text. elegans in d. dilect. c. Ex quo hoc ipsum adnotarunt plerique, præsertim in hac specie Rip. in d. c. 1. num. 68. & ibi Boschus Codechanus adversus Philip. Dec. qui n. 23. contratam sententiam conatus est defendere.

¶ Decimò, si quis in certo loco contraxerit: & apud ejus tribunal promiserit + præstito juramento se responsorum agenti ex illo contractu, absque alia fori renunciatione: locus erit remissionis hujus causæ ad locum istum contractus, quemadmodum existimant Ang. Paul. Caltr. & Jacobin. in d. l. heres absens. §. 1. Roman. in singul. 279. Mat. Soc. in d. c. dilecti. de foro com. n. 39. Jaf. in d. l. 1. ff. de eo quod cert. loc. col. 2. Fel. in c. ult. de foro com. n. 22. Curt. Jun. post alios in d. l. 1. ff. si quis in jus voc. non iherit. Ripa. n. 66. & August. Boët. n. 196. in d. c. 1. de jud. ex auctoritate text. in auth. de exhiben. reis. §. si vero. collat. 5. & in auth. ei. qui jurat. C. de bonis auctor. jud. poss. quibus in locis nequaquam hoc probatur. Idcirco erit hæc conclusio, etiamsi com-

munis sit, caute intelligenda, ut plane admittenda non sit, quoties contractus ipse juramento præstito fuerit confirmatus, nec juramentum accesserit promissione factæ de respondendo, & litigando apud judicem illius loci, in quo contraxit is, qui juramentum ad majorem contractus vim adjecit.

¶ Undecimò, ex his, quæ proximè tradidimus illud supereft, quod ubi quis absque renunciatione & juramento promiserit, se responsorum apud tribunal loci contractus, tunc non erit locus remissioni, sed poterit, qui contraxit, in loco contractus conveniri, si ibi fuerit inventus: quod si in eo loco inventus non sit, non tenebitur super eo contractu apud judicem loci contractus respondere: Quemadmodum omnes fateri videntur, qui tem istam diligentissimè examinarunt. Nec quidquam urget in contrarium, quod notat Dec. in d. c. 1. n. 23. ex Panorm. ibidem n. 20. de eo qui promisit certo in loco respondere, vel quocumque in loco: potest enim ibidem conveniri. Nam quidquid Dec. senserit, hec Panorm. sententia est intelligenda, si qui contraxerit in eo loco, in quo respondere promisit, inveniatur, censetur enim ibi contraxisse: sicuti Panorm. & ipse, & Paul. Castr. in l. si convenerit, ff. de jurisdict. omn. judic. nu. 5. facientur, & ideo qui simpliciter respondere promisit certo in loco, non poterit apud tribunal illius conveniri, nec in judicium vocari, nisi inibi fuerit inventus. Quod est in hoc contractu potissimum considerandum, ne facile detur in contractu remissioni locus.

¶ Duodecimò, ubi quis solvere certo in loco promisit & in eo se præsentare, ad eum locum remissio fiet, quoties de missa solutione tractabitur. Sic etenim censet Bald. in d. l. cum Aremidoran. Cut in poss. Legat. n. 6. ex argum. text. in l. fidejuss. §. pen. ff. qui satisd. cogan. quam opinionem sequuntur Jaf. in leg. si convenerit. ff. de jurisdict. omn. jud. nu. 41. Curt. Jun. in d. l. 1. n. 9. ff. si quis in jus voca. non iherit. Dec. in c. 1. de jud. n. 23. & ibi Ripa n. 66. Fel. in cap. ult. de foro comp. n. 22.

¶ Decimotertiò, idem erit, cum quis solvere promisit debitam pecunia quantitatem in certo loco, & tempore: nempe in nundinis quibusdam. Nam etiæ eo in loco nundinarum tempore nou inveniatur, poterit ibidem conveniri, ad eumque locum remissio facienda est. Quemadmodum visum est Bald. in cap. 1. col. 3. de milit. vas. qui contumac est, Cujus sententiam probate videntur Jaf. in d. l. si convenerit, num. 42. Dec. & Rip. in d. c. 1. de jud. & inibi Alciat. num. 51. Curt. Jun. in d. l. 1. n. 10. fraus siquidem à promittente committitur, si ad diem, & locum constitutum non solverit, & soluturus debitam quantitatem accesserit: idcirco præsens judicatur, ut ille qui dolo desit poscidere. l. is qui dolo, & l. sin autem. §. 1. ff. de re vendit. qua quidem ratione obtentum est, quod in hac specie fiat remissio ad locum, in quem fuerit solutio destinata.

¶ Cæterum ubi causa est examinanda in loco contractus, vel solutionis destinatae, Judex + illius loci non poterit, etiam verbali citatione, vocate ad judicium ipsum reum extra territorium commorantem. Quod probatur in Clem. pastoralis, de re jud. §. desperet. l. ult. ff. de jurisdict. omn. jud. licet utrumque territorium sub ejusdem principis imperio esset, sicuti post variam disputationem responderunt, & probauit Iac. de Bellovisu in repet. §. contrahentes de foro compet. in 6. num. 131. Ioan. Fab. in ult. Instit. de pena temer. litiganti, Salice in leg. omnes. §. executoribus. Cod. de Episc. & cleric. Felin. in c. ult. col. 1. & 2. de foro comp. Marian. Socin. in cap. postulasti. eod. tit. n. 13. quidquid alii fuerint opinati. Quamobrem Judex loci

contractus debet requirere judicem domicilii, ut faciat tacitari, & revocari ad tribunal contractus ipsum reum. Sic etenim visum est præcitatibus aucto-ribus: idque praxis forensis recepit hactenus: & in specie adnotavit Felin. d. cap. ult. num. 22. vers. 3. fallit, quidquid alii bac in questione scripsi-  
rim. Eadem ratione si contractus paratam habeat executionem, ea executio peti poterit apud judicem loci contractus, ad quem causa remissio fieri, juxta præmissam resolutionem debet, & ea fieri debet ad requisitionem publicam, & solemnem hujus judicis per judicem ipsius loci, ubi reus domicilium habet: eritque Judex hic requisitus executor ejus sententiae, & decreti, quod judex prior super executione contractus pronunciaverit: quemadmodum & in execu-  
tione latæ sententiae fieri debet. l. à divo Pio. §. sent. ff. de re judic. Quod si Judex requisitus nolit exequi de-  
cretum judicis requiritis, nec ejus precibus consen-  
tire: ejus superior est omnino interpellandus, ab eo  
que petendum est, quod cogat judicem requisitum exequi ea decretu, quæ illi Judex requiriens destina-  
verit. Hoc etenim constat ex d. §. sent. Roma. juxta litteram codicis Florentini, in quo legitur: si hoc insi-  
fuerint, est & optimus text. in cap. nullus. de jure  
patron. l. si tut. pupillo. ff. de audi. tut. notat Felin. in d.  
e. ult. de foro comp. col. 3. & 4. post gloss. in Clem.  
pastor. in verb. de more. & ibi Imol. & alij de sent.  
& re jud. Salyc. in auth. si vero. C. de adult. Ana-  
nia in d. c. 1. de rap. n. 8. Soc. inc. postul. de foro  
comp. n. 14. Boët. decisi. 1. 29. col. 1. sic passim ad Re-  
gia, & suprema tribunalia deferuntur querelæ adver-  
sus judices requisitos, qui nolunt exequi decreta re-  
quirentium: ac tandem secundum jus, & eam distinc-  
tionem, quam hac de re præmissum hoc in capite,  
dantur Regiæ litteræ, quibus præcipitur judicibus  
requisitis, quod sententias, & mandata, ac decreta  
judicium requirentium exequantur, quod paulò ante  
n. 2. adnotavimus. Qua in controversia duo præser-  
tit considerantur: primum an causas, de quo agi-  
tur, ejusmodi sit, ut Judex requiriens sit proprius,  
& competens ad ipsius cause cognitionem. Secun-  
dum, quod ab hoc deducitur, an sit remissio fa-  
cienda ad judicem requirentem: & an is Judex rite,  
& rectè requisiterit, nempe ipsis in litteris, quibus  
requirit, contractum inferens, ex quo pateat jus  
cognitionis legitimæ. Quæ quidem praxis in civili-  
bus, & criminalibus obtinet: atque adeò statim  
de remissione: quæ in criminalibus fieri debet, age-  
mus.

## C A P U T X L.

Rursus agitur de eisdem litteris requisitorii  
potissimum ad criminum punitionem.

## S U M M A R I A.

1. *Judex qui alteri in officio successit, tenetur exequi litteras requisitorias ad ejus antecessorem desti-  
natas.*
2. *Mandatum in re necessaria, an morte mandantis  
expiret? & inibi intellectus l. fundi venditor. §.  
ult. ff. de acquir. possess.*
3. *In criminalibus remissio facienda est ad locum delicti, & ibi rationes hujus decisionis tradun-  
tur.*
4. *In foro conscientie non sortitur quis forum ratione  
delicti.*
5. *Quid de exceptis, & intellectu ad text. in cap. 1. de  
prin. in 6.*
6. *Judex quicumque requisitus tamen, tenetur remis-  
sere reum ad locum delicti, & quid si ipse pre-  
venitur requirentem in causa cognitione?*

7. *Vagabundus, an remittendus sit? & quid in cri-  
minibus levibus?*
8. *Remissio non est facienda absque summaria deliti  
cognitione.*
9. *Fur rem furtivam aliò deferens, an sit remitten-  
dus?*
10. *Remissio an fieri debeat ex diverso principatu:  
& a majori ad minus tribunal?*
11. *Cujus expensis fieri debeat remissio?*
12. *Hæreticus an sit remittendus?*

**S**cio semel in forensi exercitatione controversum fuisse, cum essent litteræ requisitorias solemnis decretæ, & judicibus quibusdam destinatae: Contigit etenim judicem requirentem ante harum litterarum præsentationem, & publicam cognitionem, morte obiisse, vel officio publico functum aut privatum esse. Nam quidam exultimarent, non teneri judicem, qui modo post obitum, aut privationem judicis re-  
quirentis admonetur, & requiritur, easdem litteras, quas requisitorias dicimus exequi & effectui mancipare: quasi vites harum litterarum defecerint om-  
nino, deficiente munere, & officio publico apud ipsum judicem requirentem integræ re, ad exemplum judicis delegantis, & delegati: cum officium dele-  
gati expireret mortuo, re integra, delegante, c. gra-  
tum de officio deleg. l. & quia. ff. de jurisd. omn. jud.  
§. item si adbuc. Inst. mand. l. mand. C. mand. l. si  
quid. C. de actio. & oblig. Nos verò contrarium respondemus, ac modo idem respondemus dubio procul censentes, † teneri judicem requisitum has litteras in hac specie exequi, nec posse hanc execu-  
tionem effugere ea ex causa, quod Judex requiriens ante requisitionem morte obierit, vel officio publico fuerit functus, Hanc verò sententiam, ne quis eam in dubium revocare contendat, aliquot rationibus comprobare conabimur, primùm in ejus probationem addicentes text. Jurisconsulti in l. fun-  
di venditor. §. ult. ff. de acquir. possess. ita enim inquit Pompon. Item si amicus venditor mortuo eo priusquam id sciret, aut non prohibent hered. id fecerit, reelle possessio ei tradita est. Sed si id fecerit, cum sciret dominum mortuum esse, aut cum sciret, hered. id facere nolle, contrà erit. Hæcenus Juris. ex quo passim Doctores adnotatunt, mandatum ex causa necessaria non expirare, morte mandantis re integra. Nam qui venderet fundum, mandavit amico, ut eum traderet emptori: & tamen ante traditionem mor-  
tuuo venditore respondit Jurisconsultus, mandatarium ignorantem mortem, vel non prohibentibus hæredi-  
bus, rectè tradere emptori possessionem fundi ven-  
diti. Qua ratione præmissam opinionem Bart. &  
alij probarunt in d. §. ult. gloss. in l. ejus qui in prov-  
incia. §. quas verò versic. nam & si ibi. & ibi Bart.  
& alij. ff. si cert. pet. gloss. Bart. & Alber. in l. 2. §. sed  
si quis. ff. de donat. Roman. conf. 202. Franc. in c. si  
super gratia. de offic. deleg. in 6. Henric. in c. quoniam  
Abbas. de offic. deleg. Hippol. singul. 44. Bald. in l.  
mand. C. mand. 4. opposit. Imol. in l. cum pater. §.  
Mavia. ff. de legat. 2. quorum opinionem sequun-  
tur, ac parentur communem esse Jason. in leg. mera.  
n. 62. ff. de jurisd. omnium judic. Aret. & Claud. in d.  
l. fundi venditor. §. ult. ff. de acquir. possess. cui sen-  
tentiae patrocinari videtur text. in d. c. si super gra-  
tia. Igitur cum Judex requiriens teneatur omnino pro executione justitiæ litteras judicii requisito de-  
stinare, & sic teneatur in specie istum actum ei de-  
legate, committere, aut saltem ejus ministerio age-  
re, manifestum sit, non cessare, nec finiti mandatum  
istud per mortem judicis requirentis, nec per offici  
functionem privatione, aut amotione secura.  
Hæc verò ratio, etiam si communis sit, communis  
que omnium consensu probetur, dubia nihilomi-  
nus

**N**atus est. † Néc enim satis iure proba ut mandat ex causa necessaria procedens morte mandantis non extirpare, nec extinguiri. Siquidem in d. l. fund. vend. t. §. ultim. hoc nequaquam constat. Imò fortassis contrarium, si quis diligenter observarit. Primum equidem apparet ex eo responso, non rectè tradidit possessionem à mandatario, qui sciverit mandatorem morte obiisse: ergo dubio procul palam est, mandatum illud morte extinctum: alioqui posset mandatarius certus de morte mandatoris exequi mandatum, & possessionem tradere. Sic sanè gloss. in l. sed interim. §. si uxor. veris. condit. ff. de donat. inter virum & uxor. expreßum notat ex d. leg. fundi venditor. §. ult. mandatum morte mandantis revocari. Nam cùm mandantis mors non inducit mandati revocationem, minimè necessaria est distinctio illa: utrum mandatarius reciverit mortem mandatoris, an non: que tamen traditur in dict. §. ult. quemadmodum in mandatis, quæ morte non extinguuntur, probatur in l. mortis causa capimus. §. Titia. ff. de donat. causa mort. leg. si vero non remun. §. ult. ff. mand. notat Bart. in l. 2. §. sed si quis. ff. de donat. Fit tandem ex his, non probari in dict. l. fundi venditor. §. ult. communem conclusionem: quæ tamen alibi quod ipse sciā, nusquam probata juris utriusque regulam contratiam omnino habens, erit profectò facillimè refellenda, nec iure poterit admitti. Nec quidquam refert, quod Bartolus, Angelus & Alexander in d. leg. fundi venditor. §. ult. & Jason. in d. leg. ejus, qui in provincia. §. quas vero. scripsierint apud Jurisconsultum alternativam adsumi pro copulativa, ut mandatarius, qui mortem mandantis sciverit, & ab hereditibus fuerit prohibitus possessionem tradere, non rectè eam tradiderit: quasi mandatum modò per prohibitionem heredum expressè revocetur, nondum morte mandatoris extinctum. Quæ quidem interpretatio maximam vim & violentiam infert Jurisconsulti responso, in quo non temere bis alternativa dictio continetur, juxta propriam ejus potestatem, & significacionem, nisi quicquam hallucinetur, omnino intelligenda; cùm & in priori parte alternativa propriam vim habeat: sicuti ab omnibus receptum est, qui fatentur, rectè à mandatario possessionem traditam fuisse, cùm is nondum sciverit mortem mandatoris etiam si heredum consensus expressus, vel tacitus non accesserit. Idcirco, si post mortis scientiam, etiam non prohibentibus hereditibus mandatarius rem tradiderit, non erit rectè tradita possessio secundum veram, & propriam præcitatæ responsi interpretationem: quidquid alij fuerint hac questione commenti. Sed & communis conclusio adhuc non probatur in d. o. si super gratia. de offic. deleg. in 6. Nam ea decisio speciale rationem haber propter executionem gratiæ, quæ semel à summo Pontifice concessa, ejus morte non finitur; imò valida manet: & idèo ne frustanea sit, executor datus post mortuo Romano Pontifice, qui eam concessit, eamdem executioni mandare. Nec in eo casu scientia mortis impedit gratiæ executionem, cùn eti executorial sciverit, Roman. Pontificem morte obiisse, nihilominus poterit gratiam ipsam exequi secundum communem illius capit. interpretationem. Quod non ita erit admittendum in specie Jurisconsulti in d. l. fundi venditor. nisi quis velit temere à propria dictiōnū significacione discedere. Deinde illud est iuris constitutissimi, mandatum morte mandantis fieri re integra, etiam ipso mandatario mortem ignorante. text. insignis in §. re. El. Inſit. de mand. l. inter in princip. ff. mandat. not. gloss. & omnes in l. mandat. C. mandat. l. ejus qui in provincia. & ibi Alexand. & alij communiter. ff. si certum petat. l. si quis. §. morte ff. mand. gloss. in Clem. l. in verb. ten. ani. de renunc. Idcirco non video, quid referat, aut qua ex causa in d. leg. fundi

vend. §. ult. scientia, vel ignorantia mortis confidere ut, si ibidem de mandati revocatione tractaret; nihil enim ad mandati revocationem pertinet scientia mortis, ut probavimus. Igitur cùm à Jurisconsulto distinguatur scientia mortis ab ignorantia, plane consequitur, ab eo non tractari, nec ambiguī, an mandatum in eo casu fuerit per mortem mandantis revocatum. Hinc sanè fit Jurisconsultum tantum respondisse, possessionem rectè traditam fuisse à mandatario ignorantem mortem mandatoris, etiam si mandatum jam morte finitum fuerit, non tam dominium: ad exemplum ejus procuratoris, qui expressam mandati revocationem ignorans bona fide rem tradiderit: transfert enim is possessionem. leg. mandat. distractabondorum. ff. mandat. dominium autem nusquam transfertur à procuratore, cuius mandatum revocatum est, etiam si ipse bona fide rem tradidit minimè certus de revocatione. text. in d. l. ejus qui in provincia. §. quas vero. gloss. & omnes in d. Clem. unic. in verb. teneat. de renunc. opt. text. in l. Papin. ff. de publica in rem actio. & in l. 2. §. sed si quid ff. de donat. Hæc denique adversus communem sententiam adnotavit Petrus Stella in interpretatione dict. l. Papin. quo in loco à Jason discedit qui, in d. §. quas vero. communem opinionem veram esse censet, etiam in revocatione expressa, ut tandem mandatum ex causa necessaria, etiam re integra minimè expiret per expressam revocationem. Quod probat auctoritate text. in d. l. Papinian. & tan en in eo casu res reneciat integra, & idèo mandatum non potuit revocari adhuc expressè, quia re non integra mandatum, etiam expressè revocari non potest, saltem regulariter. gl. in l. si pater. C. mandat. probaturque in d. §. re. primo testamento: & idèo non satis vigeret pro Jasonis opinione locus ille l. C. Imò Jasoni refragatur text. in d. l. fundi venditor. §. ult. ubi mandatum processit à causa necessaria, & nihilominus expirat, & finitur expressa revocatione heredum, qui quantum ad revocationem expressam mandati non habent majorem potestatem quam mandans ipse si viveret l. in his. §. non debet. ff. de reg. jur. l. cùm her. ff. de diversis & temporalib. prescript. Ergo si d. §. ult. potuit heres mandatum ex causa necessaria datum post mortem mandatoris revocare, poterit & ipse, qui mandavit, vivens idem agere: quamobrem Jasonis opinio non injuria refellitur. Ex quibus non omnino certum fit quod ex d. l. fundi venditor. §. ult. secundum communem interpretationem adduximus pro ea sententia, quam probate hoc in loco instituimus, tametsi ea opinio communis, & receptæ sententiae auctoritatem habeat.

¶ Secundò hoc ipsum probatur auctoritate Bart. in l. & quia. ff. de jurisd. omn. jud. aut potius in l. more. n. 6. qui scribi, nuncium, cui est mandatum missionis in possessionem insunctum, & decretum, posse mortuo mandante eamdem possessionem tradere, & illud mandatum exequi: ea quidem ratione, quod hoc in casu nulla fiat delegatio jurisdictionis, aut potestatis, sed potius e ceteris officiis illius, qui potestatem aut jurisdictionem habebat alius mandato subordinata. Quam opinionem Bart. sequuntur Imol. & Aetin. in d. l. fundi vendit. §. ult. Angl. in l. per epst. ff. de acquir. hered. Fel. in c. relatu & in fin. de offi. deleg. atque eamdem esse communem asseverant Jaf. & Purpur. col. pen. in d. leg. & quia sic denique in praesentiarum officiis iudicis jurisdictionem habentis exercitatur, & requiritur ad executionem ejus, quod alter definivit, & pronunciavit. Unde nulla hoc in casu contingit, nec constitutus delegatio, quæ hunc effectum habeat, ut morte delegantis expireret.

¶ Tertiò, eidem opinioni suffragatur textus, mihi satis

satis elegans in auct. ut nulli judicium. §. & hoc vero jubemus. vers. si vero. Quo in loco, apertius multo probatur conclusio haec, quam in d. l. fundi venditor. §. ultim.

¶ Quartò eadem sententia probatur auctoritate Pauli, Angeli, Aretin. & aliorum in d. l. fundi vendit. §. ult. qui expressum assetunt, non extingui morte mandantis, etiam re integra, mandatum, quod Index qui sententiam tulerit, ejus executionem alteri commiserit. Pat etenim ratio esse videtur, & in executionibus instrumentorum, quæ jure Regio pararam habent executionem: quemadmodum explicat Rodet. Zuares in leg. post rem. ff. de re judic. in commentariis ad legem Regiam.

¶ Quinta ratio poterit in hunc modum adsumi d. c. super gratia, de offic. deleg. in 6. etenim haec commissio fit ad executionem auctus principalis jam perfecti, ut patet: commissio autem hujusmodi morte committentis minime extinguitur: ut Roman. Pontifex ibidem respondit: ergo & in proposita quæstione morte, aut remotione judicis committentis, nequaquam extinguitur.

¶ Postremò illud his accedit, quod hujusmodi commissiones nomine dignitatis quæ nusquam moritur, fieri videntur: quemadmodum apparet ex his, quæ nos Iulius adnotavimus in c. requisiti. de testam. & ideò non extinguitur morte committentis, arguento à c. quoniam. Abb. de offic. deleg. non tamen infra rationem istam quoad quæstionem proposita non omnino certam esse. Cum & potestas delegati finitur prorsus per motum deleganti's re integræ contingenter, etiamsi delegatio fiat ratione, & causa dignitatis quam ipse delegans obtinet, nisi expressum so' ius dignitatis nomen fo' et adscriptum ex his, quæ traduntur in c. si gratiosè, de rescript. & in c. si super gratia. de offic. deleg. in 6. His ergo rationibus, ni fallor, praescripta sententia probari jure poterit, eaque potissimum congruit publico iusticie ministerio ob varias, ac sèpissimum contingentes judicium mutationes.

¶ Cæterum cum in capite proximo de causis criminalibus actum fuerit, pat est & modò de criminalibus agere, ut in his causis explicemus, quando remissio n' locus sit, & quoniam pacto litteræ istæ, quas requisitorias dicimus, sint accipienda, & observanda. Illud etenim receptum est, quod ratione criminis commissi quis forum sortitur, & habet in eo loco, ubi delictum commisit: tametsi alijs ibidem ex ea causa non posset in judicium vocari, nec forum sortire ut. text. est in l. 1. C. ubi de crim. agi oport. c. 1. ubi gl. & omnes Doctor. in l. solent. ff. de cust. reor. glo. in l. à D. Pio. §. sent. ff. de re jud. c. ult. & ibi gloss. de foro compet. Cujus decisionis plures rationes constitui solent, quas ipse nequaquam omittam vel ex eo, quod necessitatem sint ad intellectum eorum, quæ statim sunt exponenda. Primum enim maximè congruit Reipublicæ, scelera eo in loco publicè puniri, in quo fuerint perpetrata: propter exemplum, ut qui nondum deliquerunt, à criminalibus abstineant, delinquentium punitione territi. leg. capital. §. famos. ff. de pénis. Clem. 1. de offic ordin. cap. qua propter. 2. quest. 7. cap. ad delib. de Jude. cap. 2. de calunniat. quibus accedunt quæ nos ex D. Thoma, & Aristotele adnotavimus in cap. alma mater, in princip. n. 9 idcirco, qui deliquit est puniendus ubi crimen commiserit. text. optimus in Ambent. ut nulli judicium. §. si quis vero comprehensor. & in Ambent. ut omnes obediunt judic. §. hoc confid. l. si cui §. u'z. ff. de accusat. c. si ille 23. quest. 4. & alia ejusdem sanctionis, instituti publici ratio, quod Republica illa, in cuius territorio delictum est perpetratum, absque dubio speciali injuria affectatur, ut constat, cum magistratus illius maximum offenduntur: quibus convenit provinciam malis ho-

minibus expurgare, ne ab his quæta hominum vita illius Reipublicæ, quæ illis extitit delegata, passim turbetur: & idèo pat est, quod his judicibus conveniat eorum criminum punitio, ut publica fiat vindicta, & denique satisfactio illi Reipublicæ, quæ læsa fuit: utque in ea tuitor sit inter improbos innocentia. l. 3. & l. congruit. ff. de offic. presid. c. facta sunt leg. 4. dist. Tertia his adnectitur ratio ex eo, quod punitio scelerum admodum necessaria Reipublicæ, facilius sit, ac commodius de criminis auctore discutitur, si ea causa in loco delicti commissi examinetur; nam si alibi foret examinanda, quotidie manerent scelera proper occultam auctorum cognitionem, quæ difficillime posset in lucem prodire, si in loco delicti non ageretur de criminis ejusdem punitione. Quod satis constat, & notatur in dict. 8. hoc considerantes in auth. ut omnes obed. judic. est & quarta ratio, quia injuriam passi, & coacti ejus publicam vindictam in alieno territorio prosequi, præsertim apud judicem illius loci, cuius incolæ sunt, & in quo domiciliū habent delinquentes, omitterent profectò publicam istam, vel privatam accusationem, quam prosecuturi sunt multis expensis in eo loco, ubi qui injuriam intulerunt, amicos & cognatos habent: atque idèo parum essent tuti, nec temere incerti de iustitiae ministerio: quemadmodum & in d. §. hoc considerantes insinuantur. Hæ sane rationes deducuntur ab his locis, quæ modò adduximus, earumque meminit optimè Jacobus à Bellovisu in cap. Roman. §. contrahentes. n. 110. de foro comp. in 6. quibus exactè, ac diligenter præmissis, plura sunt in præsenti tractatu exponenda, quæ potissimum erunt conducibilia hujus tractatus examini, & veræ cognitioni.

¶ Primum, si prænotatae rationes considerentur, manifestum erit, in + animæ judicio neminem ratione delicti forum sortiti, nec illius subditum ea ratione fieri, cuius alioqui jure non esset. Quam opinionem probant & sequuntur gloss. in cap. placuit. in 1. 16. quest. 1. Anch. in rep. cap. postul. n. 15. de foro compet. 3. opposit. Abb. & Anan. col. 3. in c. 1. de raptor. & idem Abb. in cap. ult. n. 7. & in c. cum contingat. n. 29. & in c. si quis contra. n. 50. de foro compet. idem Abb. in c. quod autem de penit. & remissio. & in c. cum ab Ecclesiarum pralat. col. 3. de offic. ordin. Roman. in sing. 452. Rochus Curt. in c. ult. de consuet. fol. parvo 72. colum. 2. qui fatetur hanc opinionem communem esse. Idem asseverant Panorm. & Anan. in d. c. 1. de raptorib. Quorum opinio ex eo constat, quod omnes rationes superiori traditæ quoad forum judiciale, & exteriori, ut manifestè appetat: oportet enim proprium sacerdotem oves sibi commissas diligenter, & interiori agnosceret, ut medlam ægris exhibere valeat, quorum cura ab ejus regimine penderet, ac deinde in animæ judicio tantum agitur de satisfactione ejus injuriæ quæ Deo fit, & adeò de ea tractavit ille Index qui constitutus est in illo divino interiori judicio. Ex quibus, & aliis, quæ à prædictis deduci poterunt, probatur isthac communis sententia: quidquid in contrarium tentaverit Palud in 4. sent. dist. 27. quest. 3. col. pen. post Host. in summatit. de pan. §. cui confit. versic. 5. ratione delict. & responderit regia l. 22. tit. 4. part. 1. Quo in loco decisum extat, posse peccatorem confiteri peccatum quoad absolutionem interiorem illi sacerdoti, in cuius parochia deliquerit, si voluerit: quasi liberum sit ei, confiteri illud crimen proprio sacerdoti, vel ei, in cuius parochiam delictum commiserit. Ego priorem opinionem adeò veram esse censco, ut constanter asseverem, teneri quæciam proprio sacerdoti confiteri crimen illud, quod intra parochiam alterius perpetraverit. Sic sane & Andreas Alciat. in d. cap. 2. de offic. ordin. nn.

70. sequitur gloss. in dicto capitul. placuit. cui maxime suffragatur, quod non dicatur propriè alteri subditus, qui intra illius territorium deliquerit: cum propriè subditus dicatur, & sit ratione domicilij & habitationis in Clem. unica, de foro competenti. in verbo, subditos. quam ibi Doct. probarunt, & Francis in cap. cum nullus. col. 2. de tempor. ordin. in 6. Barbat. in cap. nonnulli. in princip. colum. ult. de re script. Felin. in c. 1. colum. ult. de sponsal. Abbas in c. 1. colum. ult. & Felin. in c. ult. n. 23. de foro competent. gloss. Panormit. & Felin. in c. nuper. de sent. excommunicat. propriè verò subditum exigi censio à canonibus ad hanc fori, & judicij interioris jurisdictionem, ex his quæ notantur in c. omnis utriusque. de penit. remissi. Igitur quid intersit inter judicium animæ, & tribunal exterius, hinc palam constat. Sed & multa sunt alia, quæ ad hanc rem pertinent: & ideo quantum ad forum exterius petrata. Etanda.

¶ Secundò illud est præ cæteris observandum, in criminibus locum esse remissioni, & delinquentem remittendum esse ad locum delicti, ut ibi puniatur ad illius Reipublicæ læsionem compensandam, & in aliorum exemplum, probatur hæc conclusio in c. 1. de raptor. & clem. pector. de re judic. quibus in locis gloss. hoc ipsum adnotavit in verb. de more. Text. est ad idem in authent. ut nulli judic. collat. 9. §. si quis vero comprehens. leg. si cui §. ult. & leg. ult. ff. de accusat. gloss. & omnes in l. à D. Pio. §. sent. Romæ. ff. de re judicat. notatur in d. c. ult. de foro compet. idem fermè probatur in his locis, quorum minimus ad illud constituendum, quod ratione delicti quis forum sortiatur. Extat ad hoc elegans Regia l. 2. tit. 17. lib. 8. ordinationum Regiarum.

¶ Tertiò, jure verum esse appetit remissionem esse faciendam ad locum delicti, etiamsi ipse delinquens † exemptionis privilegium habeat. Qua de te est egregia, & elegans Pontificis responsio in cap. 1. de privil. in 6. de cuius intellectu nunc est opportunè tractandum. Nec enim privilegium alicui datum, etiam exemptionis per delictum amittitur: & ideo primò est adnotandum, text. in d. c. 1. non obtinere, quoad privilegium exemptionis, seu jurisdictionis jure communi concessum, & sub eodem jure comprehensum, atque ita clericus ratione delicti non poterit à judice sacerulari puniri. authent. cleric. & auth. & causa. C. de Episc. & cleric. idem erit in similibus privilegiis, quæ clarissimis viris, & militibus jure conceduntur. Sic nec locus erit prædictæ decisioni, ubi privilegium eximit quem à certa specie jurisdictionis: nempe à sacerulari; tunc etenim ratione delicti non est quis per judicem sacerularem puniendus. Quod omnes fatentur. Idem denique erit, quoties privilegio quis exititur ratione personæ à judicibus ordinariis. Nam etiamsi exemptus delictum commiserit, non poterit à judice illo, à quo aliqui exemptus fuerat, puniri. Igitur in summa, si rem istam exactè consideremus, tunc demum erit locus responsio Romanii Pontificis in d. c. 1. cum exemptionis privilegium sit loco certo circumscriptum: quia eo casu delinquens, aut contrahens extra illum locum, etiamsi jure communi fuerit exemptus, ac juris communis privilegio munitus, poterit puniri per judicem illius loci, ubi deliquerit, & apud eum judicem tenebitur ex contractu respondere, qui Judex est illius loci, ubi contraxerit. Hæc quidem est hujus questionis brevis enodatio, quæ deducitur ex d. c. 1. in princ. & in c. tuarum, statim citando. & c. cum capella. de privil. Ant. in cap. ult. de foro compet. Abb. in c. tuarum. de privileg. ex quibus appetit, exemptos, simpliciter, non ratione certi loci, sed generaliter, gaudere, & obtinere hoc exemptionis privilegium ubicumq; contraxerint, vel deliquerint. Idem probat text. optimus in d. c. 1. §. in eos. de privil. in 6. cui convenit Regia l. 9. tit. 9. partit. 1. expressimque notant Ant. & Panor. in præcitatibus locis: tametsi Abb. in d. c. ult. n. 11. & Fel. ibi n. 5. probare contentur responsum Pontificis in d. c. 1. in princ. esse in universum accipiendum, etiam ubi privilegium indefinitè, ac simpliciter aliquem eximet à jurisdictione ordinaria: nam ratione delicti hic exemptus puniri posset à judice illius loci, ubi deliquerit. Quod, ni fallor, est contra text. in dict. §. in eos. & deinde sequeretur, exemptum simpliciter, non ratione certi loci, privilegio fere, ac omnino caritatum, ubi deliquerit, vel contraxerit extra locum illius judicis, cui ratione privilegij subditur. Ex quo maximè tollitur privilegium, jusque ejus remittitur. Quid enim si privilegium exemptionis Romano Pontifici tantum, non aliis judicibus facaret subditum eum, quem excusat? quid item si alicui judicem submitteret, qui non haberet territorium? atque hinc sequeretur, monachum exemptum simpliciter, & subditum Abbatii, delinquentem extra monasterium, non gaudeare exemptionis privilegio. Quod mihi videtur esse privilegio contrarium, & profectò decisioni Pontificiae in d. §. in eos. Posset tamen Panorm. sententia procedere, & probari, ubi exempti simpliciter, non ratione loci, sed personæ, obtinerent Ecclesiæ parochiales, aliave officia, quorum administratio, & regimen Episcopo competenter, & exemptus delinqueret aut contraheret: in his quæ ad hæc officia pertinent, sicuti probatur in d. c. 1. §. in eos. de privil. in 6. Text. optimus in dicto cap. cum appella. cod. tit. quæ quidem decisiones sunt omnino ac diligenter examinande, ut possimus percipere, an sati fide, & ad unguem fuerint in Hispanum sermonem transcriptæ in d. l. 9. tit. 9. part. 1. obiter tamen erit expendendus text. in d. c. cap. cum capella. ex eo etenim constat, quod cum Romanus Pontifex exemerit à jurisdictione ordinarij capellam Ducis Burgundie, ipsam tantum capellam exmisso videtur, non autem personas ipsorum capellanorum. Qua ratione Alexander in rubric. ff. de novi operis nuntiat. nu. 26. scribit, in eo responso probari, quod ubi genitivus potest extare restrictivè, & demonstrativè: est intelligendus potius, ut restringat, quam ut demonstret. Idem notat Anton. in d. cap. cum capella. cuius decisionem scribit singularem esse Curt. Jun. in leg. sitetam. Cod. de impuber. & aliis. hujus adnotationis hic est verus, ac proprius sensus, ut restrictio fiat juxta propriam, & veram significationem dictio, & ipsius pronunciantis, & loquentis mentem, atque intellectum: sic denique, ut non fiat demonstratio absoleta & generalis. Idcirco capella Ducis Burgundie in prædicta specie censetur exempta cum ejus ministris, qua in parte ministerio fuerint usi: non autem in universum capellani erunt exempti. Sic denique restrictio fit secundum subjectam materiam, & ipsius pronunciantis mentem. Quemadmodum deducitur ex dict. c. cum capella. in quo privilegij restrictio fit ad capellam, & ejus ministros hisce causibus quibus eo funguntur ministerio, quod ad capellam pertineat. Hinc sane aperitur sensus eorum, quæ Bartolus scriptis in l. cum pater. §. mensæ. ff. de legat. 2. etenim qui legat tabernam pannorum, auctore Bart. non ipsas merces, quæ in taberna sunt, sed ipsam tantum tabernam legasse videtur. Rufus qui tabernam hypothecæ submisit, non tantum tabernam, sed & merces ipsas pignori, & hypothecæ submissile videtur l. cum tabernam. ff. de pignorib. cuius intellectum tradidere Bartolus ibi. Soc. & Janson in l. qui Rome. §. Callimach. ff. de verb. obligat. 4. q. Bald. & Salyc. in d. leg. cum tabernam. Ant. Fanensis in tract. de pignor. 2. part. 1. membro, nu. 17. Nam & hæc distinctio peculiares rationes habet, quæ à mente testantium, & contrahentium deducuntur, quam observare cautè debet is, qui nolit in his controversiis

troversis judicandis nec transvetsum (quo aiunt) unguem errare.

¶ His igitur constat quanam ratione sit accipiens hic tertius intellectus quoad remissionem in delictis faciendam. Quae quidem remissio etiam colligitur ex auth. quæ in provincia. C. ubi de crim. agi oport. falso ex ejus ratione & in auth. ut omnes obed. jud. §. hoc considerantes.

¶ Quartò erit animadvertisendum, in criminibus remissionem esse faciendam ad locum delicti, quoties à judge illius loci fuerit petita: quod satis probatur in d. §. si quis verò comprehensor. Idcirco non est facienda, ubi minimè fuerit petita ab eo judge, sicuti adnotarunt Bart. Bald. & alij in l. i. C. ubi de crim. agi oport. Anan. in d. c. i. de rapt. num. 8. & Abb. in c. ult. de foro comp. col. 8. & ibi Fel. col. 4. Guid. Pap. in q. 102. Hipp. in tr. §. oport. n. 33. quorum opinio communis est, & obtinet quantum ad necessitatem remittendi. Non enim tenetur Judge remittere reum alicujus criminis ad judicem loci, in quo deliquerit, nisi ab eo fuerit remissio petitæ: poterit tamen Judge, si voluerit ex urbanitate remittere reum ad judicem illius loci, ubi deliquerit, ut notat Fel. in d. c. ult. n. 10. idem sensit Panorm. in conf. 24. lib. 1. qui scribit etiam inducta consuetudine, quod remissio non fiat in criminalibus, posse judge ex quadam urbanitate remittere delinquentem ad judicem loci, in quo deliquerit, ut puniantur condigna criminis pœna. Cujus sententia parum hodie judicibus placuit, cum etiam petitare remissione, nisi à superiori judge cogantur, nolint remittere delinquentem, nec remissione utuntur in ci vilibus, nec in criminalibus.

¶ Quintò, in delictis remissio fieri debet non tantum à quocumque judge illius loci ubi delinquens habitat aut commoratur. Etenim ille tantum Judge poterit, ac debet remittere, qui ratione domicilij, aut originis, alteriusve causæ habeat jurisdictionem in ipsum delinquentem. Ita quidem existimarent Anton. Butrius n. 10. Aret. col. 4. Felin. n. 9. in d. c. ult. de foro compet. quam sententiam Aret. & Felin. probare conantur ex cap. 1. de privil. in 6. ubi constat exemptum, qui jure ad locum delicti remittendus alioqui est, non posse remitti à judge ordinario, à quo exemptus existit, quia in exemptum jurisdictionem non habet. Igitur necessaria est Jurisdictione aliqua ex causa, ut Judge remittere possit delinquentem ad locum delicti. Sed Panormit. in dict. cap. ultim. num. 16. securus Calderinum, ab Antonio discedit, asseverans, remissionem istam posse fieri, & necessariò exequendam esse, etiam ab eo judge, qui nec ratione domicilij, nec ratione originis jurisdictionem habet in ipsum delinquentem. Quod poterit planè deduci ex authent. defensoribus civitat. §. audien. ubi defensor, qui causam gravem audire nequit, remittit delinquentem ad judge, qui cum punire potest. Et præterea ratio generalis, quæ continetur in d. §. si quis verò comprehensorum. hoc ipsum suadere videtur, ut inde maximè constet, non satis justam esse Antonij Butrij sententiam, quam item improbat Marian. Socin. in dict. cap. postul. n. 14. non obserit huic opinioni inducito text. in d. cap. 1. siquidem vel Romanus Pontifex illud responsum intellexit, ubi non sit à judge delicti petita remissio. Quam quidem in specie remissionem illam, quam diximus non necessariò, sed sponte, & urbanè fieri, non poterit exequi Judge ille, qui nec ratione domicilij, nec originis habeat jurisdictionem in ipsum delinquentem: atque ita poterit defendi quod Anton. a Butrio definit. Aut tandem probari potest, prædictam decisionem esse intelligendam in exemplo, etiam ratione loci: ut si is delinquat extra locum illum, puniri possit à judge loci delicti, ad quem remittendus, erit per judge

proprium cui jure exemptionis submittitur, non autem per Judicem ordinarium, Episcopum, vel alium, in cuius est territorio, cum ab eo fuerit per privilegium ita exceptus, quod nulla sit in illum jurisdictione, nisi ratione contractus, vel delicti. Sic sane hunc effectum habebit exemptione illa, licet sit restringenda. Qui quidem sensus, ni fallor, admodum congruit verbis & menti Romani Pontificis.

¶ Sextò in hoc tractatu erit item observandum remissionem istam non esse necessariò exequendam, nec facienda etiam pœnitente judge loci, ubi crimen commissum est, quoties Judge domiciliij ipsum delinquentem ejus criminis causa propria sententia condemnaverit: quasi non sit remissioni locus in delictis, ubi Judge domiciliij vel originis sententiam de eodem crimen dixerit, & pronunciaverit. Quod notant Salic. in l. i. C. ubi de crim. agi oper. Bald. in l. execut. C. de execut. rei jud. n. 27. Anan. in c. i. de raptori. n. 8. Matth. de Afflic. in consil. Neapol. rub. 4. n. 12. quorum opinio potest jure defendi, ut aliter Fel. in d. c. ult. de foro comp. n. 11.

His eisdem auctoribus suffragatur, quod non tantum ubi Judge domiciliij, vel originis delinquentem sententia lata condemnaverit, remissioni locus non est, sed & ubi Judge in cognitione causæ prævenitur delicti, & illius loci judge, eadem remissio erit omittenda, causaque tractabitur delictum quepunietur à Judge qui priùs cognoscere cœperit. Sic visum est Jacobo de Ravenis, & Alberic. in l. hares. abs. §. si quis tutel. numer. 8. ff. de judi. Jacobo de Belovilu in repet. §. contrah. de foro compet. in 6. n. 112. & Anch. in cap. postul. n. 14. de foro compet. cum & ipse Judge domiciliij possit punire subditum, qui extra ejus territorium deliquerit. leg. Sacul. §. sunt quadam ff. de extra. crimin. c. ult. de foro compet. gloss. communiter recepta in l. i. & 2. C. ubi de crim. agi oport. eamque opinionem fatentur communens esse passim juris utriusque interpretes, quoties ad punitionem criminis agitur per accusationem. Sic etenim omnibus absque ulla controversia visum est, illud denique disputantibus an idem sit, quoties ad punitionem criminis agitur per inquisitionem. Et sane jure Pontificio receptum est, idem esse, ut Judge domiciliij, vel originis possit inquirere de criminis à subdito extra territorium commisso, ut illum punire valeat. Quod ex eo probatur, quia ratione domicilij, vel originis est quis propriè subditus. cap. ex parte. c. dilect. c. cum contingat. de foro compet. quibus locis hoc probati vindetur. Idem optimè constat in c. cum nullus de tempori. ordin. in 6. extat ergo discrimen quoad jus civile. Nam quidam existimant, judge domiciliij, vel originis posse, etiam per inquisitionem cognoscere de criminis extra territorium commisso. Nam sententiam probant, & sequuntur in judge originis Bartol. in l. si cui. §. ult. ff. de accusat. ex gloss. in l. relegat. §. intercidere. ff. de inter. Joan. Bernard. in præl. crimin. c. 8. Bartol. in l. sepulchri. ff. de sepulch. viola. idem in judge domiciliij, ac tandem in utroque. Anto. Abb. n. 6. & alij in d. c. cum contingat. Bartol. in l. cunct. popul. n. 47. & seq. post Cynum. abi. C. de summa Trinit. ubi Bildus & alij. Idem tenuerunt Jacob. de Belovilu in d. §. contrah. foro compet. in 6. n. 177. & Bald. in conf. 312. lib. 5. idem Bald. in l. ult. ff. de iuris. omn. judic. Carol. Ruin. conf. 84. lib. 4. n. 9. quæ quidem opinio communis est, ut fatentur Bologni, in conf. 54. & August. Ariminensi. in additionib. ad Angelum de maleficiis, §. hec est quadam inquisit. versio. quaro an delictis. quo in loco Angelus hanc opinionem sequitur, & Alciat. in c. 1. de offic. ordin. n. 67. contrariam sententiam, quod jure civili Judge domiciliij, nec originis non possit punire criminis extra proprium territorium commissa, tenet Joan. And. in speculo. iis. de compet. ju dic.

dic. Bald. in l. 1. Cod. de adul. action. Salyc. in l. servos. C. ad leg. Julianus de vi. Alber. par. 3. statut. q. 19. Hippolyt. in l. ult. ff. de jurisd. omn. judic. n. 136. Gaudin. in tract. de malefic. q. 6. quorum opinionem sequuntur asseverantes, eam communem esse Hippolytus in practic. crimen. §. constante. num. 90. Thom. Grammat. d. Neapol. 26. Ioan. Bernard. in pract. c. 9. qui tamen cap. preced. securus fuerat obiter in judece originis contrariam opinionem. Horum auctorum ea est ratio, quod inquisitio pertineat ad publicam vindictam, quæ minimè videtur competere judeci domicilii vel originis ex eo, quod nulla injuria illi Reipublicæ facta sit ex delicto, ac portius Respublica illa offensam patitur, intra cujus territorium delictum fuit perpetratum. Quæ tandem ratio mihi non satis sufficiens videtur. Maximè siquidem interest Reipublicæ, & illius rectoris, eam provinciam malis hominibus expurgari, ejusque cives, & originarios etiam ob scelera alibi commissa puniri, ne obtenta impunitate in majora prolabantur vitia: neve aliorum concivium benè institutos animos corrumptant: & idè expedit, vel in exilium mitti, vel alia pena hosce delinquentes affici.

¶ Quamobrem opinor priorem opinionem veriorem esse. Quod si ea vera est, ut omnes in judio accusationis fatentur, & Iudex domicilii præveniret judecem loci delicti quoad cognitionem causæ, tunc non est locus remissioni. Idem asseverat Guid. Pap. quæst. 202.

¶ Contraria sententia placuit Alexand. in l. à D. Pio. §. sent. Romæ. ff. de re judic. n. 4. qui existimat, etiam post sententiam latam adversus delinquentem per judecum domicilii, esse remittendum ipsum delinquentem ad locum delicti petente judece, ut inibi fiat sententia latæ executio. Hoc ipsum notant Imol. in l. pen. in prin. ff. de publ. jud. Fulg. in l. 1. C. ubi de crim. agi oport. ex quibus constat, quod data præventione non est facienda remissio donec feratur sententia: qua tamen lata, erit delinquens remittendus ad locum delicti: ut ibi executio fiat. Ipse non video, quanam auctoritate, vel ratione probari valeat hæc opinio, nec item illa quam ex Baldio, & aliis adduximus: idcirco potius admitterem, quod remissio fiat etiam ante sententiam, etiam post præventionem ad judecum loci delicti, eo petente, & eodem modo post sententiam, præsertim ubi suspicio subesset, non satis æquæ, nec pro criminis culpa delinquentem à judece proprii domicilii punitum esse, aut puniendum fore. Quod si ad petitionem legitimi accusatoris Iudex domicilii cœpisset de criminis tractare, mihi admodum placet, præventionem istam sufficientem esse, ut remissio non fiat.

7 ¶ Septimò, sunt qui opinentur, non esse locum remissioni ad locum delicti † vagabundo, qui possit ubique puniri. Hujus opinionis auctores sunt Cald. & Anan. in d. c. 1. de raptor. Guid. Pap. in q. 202. quibus suffragatur gl. in l. 1. C. ubi de crim. agi oport. quam doctores frequentissimo consensu sequuntur ex ea deducentes vagabundum posse puniri ubicumque fuerit inventus quod text. ibidem probat: ipse vero hanc sententiam existimo falsam esse: & idè juris esse certissimi censeo, remittendum esse vagabundum ad delicti locum, ut in eo publicè puniatur. Sequor equidem in hoc Innoc. & Card. in dict. c. 1. de rap. Panor. post Ant. in d. c. ult. de foro comp. n. 22. Maria Soc. in c. postul. eod. tit. n. 15. nec enim potest certa ratio constiui quæ vagabundum ab aliis in hac specie distinguat: Imò rationes, quæ remissionem istam justam efficiunt, omnino & in vagabundo justiores, æquioresque sunt: sicuti lector facillimè discernere poterit. Nec observit huic opinioni text. in d. 1. 1. ex quo videtur adnotatum fuisse quod vagabundus possit puniri ubicumque fuerit inventus, quia id obtinet quoties non petitur re-

Didaci Covarr. Tom. II.

missio, nec ea jure facienda est, non sic erit idem, si remissio petita fuerit per judecum loci delicti. Aut tandem ea conclusio erit intelligenda, quantum ad locum, ubi vagabundus crimen commiserit. Nam ubi inventus fuerit delinquens, id est, ubi quis vagabundus deliquerit, ibi erit puniendus.

¶ Octayò, remissione locus erit, eaque facienda est in criminibus gravibus, & in his, quæ levia non sunt; nam in levibus non est necessaria remissio, nec tenetur Judec delinquentem ad locum delicti remittere, sicuti tenuerunt Calder. in d. c. 1. de raptoribus. Cynus in authent. qui in provincia. C. ubi de crim. agi oport. Collectar. in cap. postul. de foro compet. quorum opinionem sequitur Capella Tholos. 319. & fatentur eam esse communem secuti Aufier. inibi in additionib. & Panorm. in c. ult. de foro compet. n. 15. ex quibus idem erit, ubi crimina sint gravia, modò auctum sit ad civilem poenam, & condemnationem; tunc etenim remissio non est ad locum delicti facienda, quod expressum auctores prædicti admonent; quibus suffragari videtur regia lex 2. tit. 17. lib. 8. ordin. idem notant Chassanæ. in consuetud. Burgund. rubric. 12. n. 7. & Jacob de Bellovisu in §. contrah. de foro compet. in 6. num. 112. Imola post alios in §. Clem. pastoralis n. 64.

¶ Nonò, in hoc tractatu oportet animadvertere, † quod ut remissio fiat ad locum delicti, est necessaria quædam summaria criminis cognitio, & probatio, ne aliqui quis innocens infamia notetur. Sic visum est gl. in Clem. pastor. in verb. de more, de re judic. Oldrad. consil. 124. & aliis auctorib. quorum statim mentio fiet. Omnes enim tendunt in hoc quod remissio fieri non debet absque delicti commissi suspicione, & cognitione summaria. quod Bald. expressum tradidit in d. l. 1. C. ubi de crim. agi oport. Aret. in c. ult. de foro compet. n. 20. sunt tamen qui probare velint, hanc cognitionem summariam esse præmittendam à judece remissuro, qui requisitus est ad remissionem. Quod notant Ant. Abb. n. 18. & Fel. in d. c. ult. n. 10. quam opinionem nec praxis admisit, nec iure veram existimo. Nam & Bart. in l. ult. §. 1. ff. de publican. scribit, judec à quo remissio per judecum loci delicti, esse merum executorem, nec posse, etiam summarie, cognoscere de ipso crimen. Idem notat Jason. in l. magistratib. ff. de jurisd. omni judic. col. 1. Est ergò necessaria summaria delicti cognitio, & probatio ad remissionem, in quo omnes propemodum convenire mihi videntur. Hæc autem fieri debet à judece loci delicti, qui remissionem petit. Quod mihi videtur Bartol. in d. l. 1. Panormit in d. c. ult. n. 18. rectè sensisse, & Guid. Pap. in dict. q. 202. ejusdem opinionis auctorem habeo, qui afferit judecem requisitum hanc cognitionem habere quoties requirens eam omiserit, aut ad judecum requisitum non transmisserit. Idem tenet Chassanæus in d. rubric. 12. nu. 6. ex quibus illud superest, quod modo potissimum receptum est, ut judec requirens tenetur in ipsis litteris requisitoris summariam delicti cognitionem interferere. Alioqui non tenetur Judec requisitus remittere delinquentem. Nec quidquam refert legem regiam, quæ 2. est titul. 17. lib. 7. ordin. (hodie l. 3. tit. 16. lib. 8. Recopilat.) exigere ad remissionem, quod reus jam fuerit à judece requirente condemnatus. Nam id obtinet quoties Judec ille processit contra delinquentem absentem juxta formam juris, cumque propria sententia damnaverit. Nec tamen ex hoc negat regia lex, posse judec loci delicti statim ante condemnationem præmissa summaria quadam cognitione remissionem petere.

¶ Decimò solet controverti hac in re, † an sit remittendus fuit ad locum delicti, ubi is cum re furto ablata in alium fugerit locum? Nam quod non sit locus remissioni, tenent Bart. in leg. si dominum. ff. de furtis. & ibi Alexand. Bald. in l. unic. col. 7. C. de confess. Gonsalvus à Villadiego in tract. de her. q. 8. Angelus de

Castro, filius Pauli de Castro, *consil. 457. inter consilia patris 2. lib.* eamdem opinionem afferit jure vetiore esse, Bald. *in consil. 471. lib. 3.* propter novam rei contrectationem, ex qua novum crimen committitur; cuius ratione poterit sibi puniri à judice illius loci, in quo novè rem contrectayerit, nec erit remittendus ad locum delicti. Verum quia Baldus *in d. cons. 471.* scribit, hanc opinionem non esse receptam nec servari, & quia ipse aliquor auctoribus citatis eam dubiam esse existimavi *in lib. 2. Variar. Resolut. c. 20. n. 15.* nunc constanter assero, eam jure non probari, nec admittendam esse. Nam vera injuria proprium furtum ex illa prima sit acceptione iniqua, tametsi delictum ipsum ultrius procedat propter repetitam contrectationem, & usum rei furtivæ. Quod quidem in hac quæstione parum urget, cum de remissione tractemus, quæ fieri debet ad locum delicti, cuius Reipublicæ verè facta fuit injuria tam publica, quam privata. Idcirco, si quis rationes ad amissum obseruatorum ex quibus remissio ad locum delicti sit, planè, ni ipse fallor, fatebitur etiam in hac specie furem cum ipsa re furtiva ad locum delicti remittendum fore. Quod Fulg. tenet *consil. 149. col. 2.* idem probat Marcus Mantua, *apophthegm. 303.* ex posterioribus, etiamsi Bartoli sententiam teneat Guido Papæ *in dict. quæst. 202.* & afferat communem esse Nicol. Boër. *in dec. 13. n. 47.* sic & Jacob. de Bellovisu *in d. §. contrah. n. 120.* scribit se vidisse communiter servi Bartoli opinionem, licet quidam eam reprobaverint.

¶ Undecimè erit præterea adnotandum hanc remissionem tunc obtinere, & faciendam esse, quoties delinquens extra Romanam urbem degit, & habitat. Nam si is Romæ habitat, non esset necessariò facienda remissio, nec tenetur Romanus Judex hunc delinquentem remittere, ut scribit Oldrad. *consil. 124.* asseverans ita Romæ servatum sepiissime fuisse. Mihi tamen hæc conclusio videtur à sequentibus pendere. Nam sive remissio petatur eo casu, quo Romæ est majus tribunal ad illius criminis punitionem, quia locus delicti subest Romanis magistratibus, & curiæ Romane, vel eo casu, quo distincta est jurisdictio loci delicti a jurisdictione Romane curiæ, utroque casu perenda est hujus sententiæ resolutio ab his, quæ statim tractabuntur.

¶ Duodecimo loco sese offert frequens hujus quæstionis moderamen; siquidem t̄ remissio facienda non est, quoties Judex requirens, petensque remissionem, & requisitus non sunt ejusdem imperii, nec principatus. Hujus conclusionis ea est ratio, quod non sit princeps aliquis, qui possit compellere judicem requisitum ad remissionem. Non enim subest uterque Judex remittere, hæc ratio parum urgeret, cum posset cogi ab illo principe, cui Judex ipse requisitus subditus est. Et nihilominus hanc opinionem tenent Bald. *in l. 2. C. de servis fugit. in verb. sed numquid Odofted. in auth. qua in provinc. C. ubi de crim. agi oport. quæ quidem sententia communi totius orbis Christiani usu & præxi recepta est, ut testantur Bald. in l. 1. Cod. ubi de crim. agi oport. Jacob de Bellovisu *in d. §. contrahentes n. 113.* Matt. de Afflict. *in constit. Neapol. l. 1. rub. 3. n. 88.* Chassanæ *in consuet. Burgund. rubr. 12. n. 14.* Fulgos, *consil. 149. col. 2.* Nicol. Boër. *dec. 29.* & plerique alii passim, præterim Paul. Eleazar. Imol. & alii in Clem. pastoralis de re judic. super gl. in verbo de more. Aufr. *in additionib. ad Capell. Tholos. q. 319.* Imò & apud Italos consuetudine inductum esse, quod remissio non fiat, etiam in locis, quæ Imperatori sub sunt, afferunt Bartol. *in l. qui sepulchri ff. de sepulchro violat. Angel. in l. her. absens. ff. de judic. Fel. in d. c. ult. de foro compet. n. 21.* & profecto ubi utrique judici communis esset Romana, & Imperatoria lex, quæ remissionem fieri jubet, necessaria est consuetudo legitimè præscripta ad excusandum judicem, qui nolit remittere. Quod fatentur Paul. & Imol. *in dict. Clement. pastoralis & Felin. in dict. cap. ult. n. 11.* Anania *in d. c. 1. de raptori. col. pen.* At ubi lex, quæ remissionem*

fieri jubet, non sufficit eodem vinculo unius legislatoris utrumque que Judicem, remissio non est in pcepto, nec tenetur Judex requisitus remittere, etiam seclusa constitutio, quæ necessaria est, ubi lex præcipiens remissionem ratione ejusdem legislatoris, est utrique judici communis. Ea vero lex, quæ à ratione naturali deducitur, & quæ docet jus unicuique reddendum fore, in utroque casu servanda erit, & ideo quoties remissio locus non est, tenetur Judex privato leso, & accusanti delinquentem jus reddere, & ipsum delinquentem punire, nec ab hoc jure poterit excusari consuetudine quacunque, nec alia humana lege, & cum hæc iniqua foret, & naturali rationi refragaretur. Sic etenim rem istam intellexere Nicolaus Boërius *in dict. dec. 29. Jaf. cons. 121. l. 1.* Thom. Grammat. *decisione 26. n. 3.* Calder. *in d. c. 1. de raptori. sensit Abb. in consil. 24. col. 2. l. 1.* idem Abb. *in d. c. ult. de foro compet. n. 23.* Aufter. *in dec. 319.* & Rochus Curt. *in cap. ult. de consuet. fol. parvo 17. col. 1.* qui expressim asseverant, validam esse consuetudinem, quæ remissionem istam impedit & tollat, modò delictum puniri possit, & puniatur à judice, qui ex eadem consuetudine remittere non tenetur. Igitur Judex requisitus vel remittere tenetur, vel delinquentem ipsum punire ad ipsius officiū accusationem. Quod in hac quæstione ipse censeo maximè considerandum fore. Nec enim me latet apud plerosque receptum esse, non posse delictum puniri extra locum delicti, nisi à judice domicili, vel originis. Ita quidem tradit Jacob. de Bellovisu *in d. §. contrahentes n. 119.* Pan. item *in dict. cap. ult. nn. 13.* & alii *in dict. Clem. pastoralis de re judicat.* Attamen est animadverbendum, quod ubi delinquens est vagabundus verè vel ex præsumptione, quia spes est & suspicio maxima ipsum in locum domicili, vel originis non migratrum intra breve tempus, hic poterit puniri à quocumque judice illius loci, ubi moram fecerit, aut per quem transivit viator, quemadmodum Panormitan. *in dict. n. 13.* & sequentibus tradit ex Speculator in tit. de competenti judice §. 1. vers. 40. & Antonio ibid. text. optim. in l. 1. C. ubi de crim. agi oportet & in auth. ut nulli judicum §. si quis vero. Atque ita in hisce vagabundus planè admittetur, quod modò respondimus, cum possint ubique puniri. Sed & si quis deliquerit in alterius injuriam, & à loco delicti fugerit in eum locum è quo remissio fieri non potest, quia diversi principatus sit, nec in eo domicilium, aut originem habeat ipse criminis auctor, profecto iniquum videatur, quod hic nec sit remittendus ad locum delicti, nec sit puniendus à judice illius loci petente officio publicam vindictam. Nam & Doctores ipsi paulò ante citati contendunt, non valere consuetudinem, quod delinquens non remittatur à judice, qui nec sit domicili nec originis, quia maneret tunc crimen impunitum, cum Judex ille punire delictum non possit, in quo convenire mihi videntur cum Jacobo de Bellovisu, & Panorm. & aliis. Hæc autem ratio à jure naturali deducitur, & ideo eadem est, & ubique locorum viget. Igitur sicut non valeret consuetudo impediens remissionem, ubi Judex requisitus delictum punire non potest, etiam nec valeret ubi Judex requirens, & requisitus sunt sub diversis principibus, quoties non potest delictum puniri à judicio, qui remissionem negat. Etenim utroque casu delictum manet impunitum adversus rationem naturalem, & quæ nullo temporis usu tolli potest. Quamobrem, ubi Judex requisitus diversi principatus est, tenetur remittere: quod omnes negent, & nos itidem eidem accessimus; vel punire debet delinquentem quem offensus accusat. Cui opinioni illud accedit, quod dum offensus agit ad satisfactionem in iurie & læsionis quam jure naturali tenetur offendens

sens omnino impendere: tunc illius satisfactionis debitor est, ut & pecunia, alioqui debitæ esse poterat. Nemo verò inficiabitur debitorem hunc posse, cùm in fuga sit, ubique conveniri; ergo & delinquens ratione satisfactionis poterat apud quemcunque idicem accusari, si remissio locus non sit ad judicem illam, qui poterat iure ordinatio ad criminalis punitionem procedere. Et præterea tenetur quilibet princeps, seu Judex ius unicuique petenti addere, cùm hoc sit munus iustitiae à lege naturali, quæ ubique vim habet manifestè procedens; quod si dixeris, hoc verum esse, si sit Judex competens illius, contra quem agitur, id ipse facile concesserim, modo mihi & illud detur in specie, quam tractamus, hunc judicem competentem, & verum esse, cùm ex culpa rei non possit offensus eum apud proprium judicem deferte; fugitius etenim est. Sed & si ad pœnam criminis agatur, quæ non perireat ad offensi satisfactionem, saltem eam quæ iure naturali ei debetur ab offendente, tunc erit obliterandum, an totius Reipublicæ universalis interdit crimen hoc quod defertur, non relinqui impunitum. Nec enim hoc obtinebit in quibuscumque criminibus, sed tamen in illis, quæ adeo atrocia sunt, ut eorum impunitas, propter scandalum grave, exemplum insigne, vel suspicionem repetendi sceleris, si cuilibet Reipub. & denique totius orbis universalis deterritum allatura.

¶ Decimoquarto, illud ab eisdem auctoribus in disputationem adducitur, an remissio facienda sit à judice majori ad minorem. Est etenim exemplum hujus questionis passim obvium, quoties Judex loci delicti subditus est illi judici, qui ad remissionem requiritur. Et Oldra. in d. conf. 123. respondit non teneti hoc in casu judicem requisitum remittere delinquentem, quia remissio fieri debet à minori ad majorem, vel à pari ad parem, non autem à minori ad minorem. *l. ad cognitionem ff. quibus ex causis in poss. eatur. l. ad principem ff. de appell. & in autre. de appellat. in princ. idem notant Chassan. in consuet. Burgund. rub. 12. n. 16.* quorum opinionem ipse intelligo, ubi Judex hic major, vel superior poterat alioqui causam jam cœptam à judice inferiori advocate ad se ipsum, aut retinere ejusunque appellationis occasione. Nam hic Judex cùm remissio petitur, vel causam avocabit, vel eamdem retinebit, utcumque appellante reo ab inique petit remissio, etiamsi æquissimè eadem petita fuerit. Hac equidem de re aliquot superius adnotavimus capitulo quarto. Quod si Judex hic superior non possit causam apud judicem pendentem avocate, nec ejus cognitionem adsumere aliter, quam per legitimam appellationem, profecto tenebitur requisitus delinquentem remittere ad locum delicti, quamvis illius loci magistratus inferiores sint, & hunc superiorum habeant. Sic denique in Hispania si delinquens à loco delicti commissi fuerit ad locum, ubi est Dux, Comes, aut Marchio loci delicti dominus, & judex ordinarius loci petierit remissionem, non poterit eam negare, nec impeditre Dux ille, Comes, vel Marchio, etiamsi superior sit judicibus ordinariis loci, in quo delictum commissum fuit. Quam opinionem planè probare videtur Jacob. de Bellovisi in d. §. contrahentes. n. 112. & Chassan. in d. rubr. 12. n. 16. quo in loco repetitionem prædictam super §. contrahentes. non tribuit Jacob. à Bellovisi, sed cuidam Jordano Breto, & id fortassis rectè. Nam id opus saltem non est illius celebratissimi Jacob. à Bellovisi, qui fuit antiquior Bart. Bald. Fabro, & Saliceto, quorum omnium sèpissimè sit mentio in dicta relectione.

¶ Decimo quartò non immixtò † queritur, cuius expensis fieri debeat hæc remissio? Bald. in cap. nonnulli col. 3. de rescript. Jason. in l. à divo Pio. §.

Didaci Covarr. Tom. II.

sentent. col. 2. ff. de re judic. tursus idem Bal. in ca. I. §. si judex de pace tenenda. & Matth. de Affl. in constitut. Neapol. li. 1. rubr. 41. n. 13. in ea sunt sententia, ut opinetur, has expensas impendendas esse ab ipso accusatore, si is remissionem petierit, vel copiente fuerit à judice loci delicti postulata, alioqui ab ipso judice publico ex æratio præstandæ sunt, qui remissionem petat. Primum deducitur ex argumento *l. cum sapè. C. de er. gat. milit. anno. ultimum ex l. mulier inops. ff. de c.* Et hæc jure communis. Atque iure Regio extat lex. 2. tit. 17. lib. 8. ord. qua statutum est, his expensas ministrandas esse ab ipsorum delinquenti, & ex ejus bonis, si bona habeat, alioqui ab ipso accusatore: quod si neuter habeat unde possit has suppeditare expensas, tunc præstanta sunt ex publico æratio illius loci, ubi capitulatur reus sceleris auctor. Igitur differt à jure communis regia ordinatio, quæ expressim tractat de remittendo eo delinquenti, qui absens à loco delicti, ab ejusdem loci judice damnatus fuerit & pronunciatus criminis auctor. Quod est omnino hæc in re considerandum, ut hinc argumentem, sine idem agendum generaliter, quoties remissio fuerit in criminalibus petita.

¶ Decimoquinto superest examinare, † sitne remissio locus in crimen hæresis? & multis placuit non esse remissionem faciendam, sed posse hereticum puniri quocumque in loco repertus fuerit, tam in eo loco nihil impium ulterius fecerit. Quam sententiam yetam esse censem pluribus rationibus Paulus Eleazar. & Cardin. in Clem. pastoral. de judic. §. denique. & ibi Bonifacius in §. nos tam ex superioritate. Gonsalvus à Villadiego de hereticis. q. 8. ad fin. Guid. Pap. q. 202. Jacob. Septimacensis in curia Pintiana regius consiliarius institutionibus Catholicis, cap. 2. Chassan. in consuet. Burgund. rubr. 12. n. 17. Quorum sententiam ipse opinor ulterius esse aperiendam, ne quis in universum ita eam accipiat, quod juti, & æquitati læsio sit, primum etenim, ubi quis Granatæ crimen hæresis commiserit, & fugerit Valentiam, ibique in eodem crimen perseveravit, si nulla fuerit petita remissio à Granatenibus inquisitoribus, dubio procul poterit hic hereticus puniri Valentia, atque in hunc sensum accipienda est communis sententia, ea quidem ratione, qua crimen hæresis etiam Valentia contrahitur: id. itē mitum non est, quod ibi puniatur, imo profecto justum, & æquum. Idemque sensit glos. & fatemur omnes in cap. us commiss. de heret. in 6. Cynus & alij in l. 1. ad fin. Cod. de summa Trinit. & fide Cathol. Quod si petita fuerit remissio, tunc sanè, ni fallor, ea est facienda, cùm hic hereticus Granatæ crimen per actum exteriorem contraxerit, & commiserit, Valentia verò animo tamen pravo absque exteriori facto in eadem hæresi perseveret, in hac etenim specie præcipue agitur de punienda hæresi, quæ per opus exterius Granatæ perpetratum in judicium Ecclesiæ incidit. Nec video rationem aliquam efficacem, quæ huic obstat remissioni, si ea petita fuerit. Imo hoc pertinent omnes rationes, quæ superius traditæ fuere ad remissionis justitiam comprobandam. Nec sequitur: hereticus ubique puniri potest, quod nos fatemur; ergo non est ejus facienda remissio, si petatur: hoc etenim collectio falsa est, ut appetat ex his quæ hoc in capite non semel fuere annotata. Eadem ferè ratione, ubi quis hæresis crimen publicè Granatæ commiserit, isque fugerit Valentiam, ubi occultè idem crimen repeatat, erit remittendus si remissio petatur, ad Inquisidores Granenses. Quod expressim notant Dom. & Franc. in d. c. ut commiss. §. & contra illos. Ex quibus & illud appetat non esse remissionem faciendam, ubi hereticus ita palam, & publicè, aut ita occultè utrobique deliquerit.

Etenim preferendus erit Iudex illius loci ubi modo capit. Fit ergo, etiam in criminis hæresis, remissionem faciendam fore, quod notant Petrus & Cynus in l. 1. ad finem. Cod. de summa Trinit. Ioan. Andr. & Anch. ac Vanchellius in d. c. ut commissi. cùm remissio fiat in prædictis duobus casibus, in quibus & alia crimina eodem jure censentur, frequentius siquidem alioqui rata sit in aliis delictis remissio. Denique hinc appetet, quoniam modo sit accipienda opinio eorum, qui censent, in criminis hæresis non esse locum remissioni, quemadmodum placuit Jacob. de Ravennis in d. l. 1. & his, quos nuncupatim in hac quæstione paulò antè citavimus.

¶ Hæc de remissione sint satis, ut hinc possit quispiam percipere, quando Iudex requisitus teneatur reum alicujus criminis ad locum delicti remittere.

## C A P U T X I L

De petitione hæreditatis expenditur Pauli Iurisconsulti locus, forensi exercitationi maximè commodus,

### S U M M A R I A .

- 1 Petilio hæreditatis est judicium universale, & inibi quoniam modo proponenda sit?
- 2 Quæ sit vera ratio, cur petitio hæreditatis non datur contra titulo possidentem?
- 3 Petilio hæreditatis datur contra possidentem titulo acquiso post mortem testatoris.
- 4 Petilio hæreditatis an detur contra possidentem titulo putativo?
- 5 Petilio hæreditatis non datur contra possidentem titulo acquiso ab eo, qui poterat petitione hæreditatis conveniri.
- 6 Expenditur vera interpretatio Iurisconsulti in leg. 4. ff. de petitione hæreditatis.

Iudicium hoc petitionis hæreditatis esse universale scribit Iurisconsultus in l. 1. ff. de rei vendicat. in l. item videndum. §. ult. & l. sequent. ff. de petit. hæred. quod licet mixtum sit, partim in rem, partim in personam competens. §. quedam actiones. Inst. de actioni. l. hæredit. petitiones. C. de petit. hæred. proptè tamen est in rem, qua ex parte præcipue ex possessione adversarii constat. l. sed & si §. petit. hæred. ff. de petit. hæred. Idcirco in hoc tendit, ut quis declaretur, ac pronuncietur hæres, ad eumq; hæreditatem, & id est, universitatem pertinere. leg. ex diverso. §. 1. ff. de rei vend. Etenim quatenus de ipsa universalis actione tractabitur, jus actoris oportet metiri suo proprio jure, nempe an sit hæres, & qua ex parte sit hæres, qua verò ex parte de executione hujus Judicij agitur, necessum est, quod officio judicis actori restituatur, quidquid ex hæreditate reus possideret, sicuti traditur in l. licet. ff. de petit. hæred. §. 1. ff. si pars hæred. petiat. Qua ratione satis erit libellum judicio offerre absque ullarum expressa mentione, quo petat quis, se pronunciari hæredem defuncti, & ad eum illius hæreditatem pertinere, damnarique adversarium ad restitutionem omnium rerum ad hæreditatem illam pertinentium: Sic sanè ex variis Iurisconsultorum locis tradidere Bart. Paul. Castr. & alii in l. 1. ff. de edendo. Bartol. in dict. l. licet. Abbas in cap. 2. de libell. oblat. num. 25. Socia. ibi num. 79. text. optimus in l. hæreditas. ff. de acquir. hæred. l. non possemus ff. de petitio. hæredit. Imola in dicto cap. 2. col. penult. Lanfran. in capit. quoniam contra de probationib. in verbo, petitione. col. 3. regia li. 26. titul. 2. part. 3. Quamobrem non satis hujus actionis vim percepit gloss. in

ditio cap. 2. dum scribit, libellum hac in actione ita concipiendum esse, Petro talem hæreditatem. Prius etenim oporteret petere, quod pronuncietur hæres Sempronii defuncti. Hoc siquidem in hoc judicio potissimum est, cui consequitur hæreditatis, & rerum hæreditatarum restitutio, & ideo non reslè petit, qui agens petitione hæreditatis ipsam hæreditatem petit, nisi prius petierit se pronunciari hæredem, cùm ad hoc detur hoc judicium, ut per iudicis definitionem actor hæres pronuncietur.

¶ Ex his satis deduci poterit, & quæ sit vera ratio cur petitio hæreditatis non detur contra titulo possidentem? quod constat in leg. regulariter ff. de petit. hæred. cujus interpretationem explicat Iason in l. 1. col. 4. C. de inoffic. testa. Idem Iason in §. actionum. Inst. de actio. nu. 218. Nam hoc judicium in hoc tendit, ut actor pronuncietur hæres defuncti, quod si reus titulum allegaverit, ex quo etiamsi actor hæres sit, nihilominus res petita ad eum non pertinebit, prosecutio non est, cur judicium petitionis hæreditatis amplius examinetur, ac potius erit de rei vindicatione agendum. Quo in judicio actor probare poterit, se dominum esse rei petitæ, quia ejus dominium, quod defunctus habuit, in eum fuerit translatum, reus verò negabit auctorem ullo jure dominium habere. Igittur quoties non est tractandum, an actor sit hæres, quia hoc reus expresse facet hoc agens, & allegans, rem non esse actoris, nec ejus fuisse tempore mortis, cuius hæres actor dicitur, actione reali vindicationis, non petitione hæreditatis erit agendum. Idem erit, & quoties reus simul duabus utatur defensionibus, nempe quia negat, auctorem dominum esse rei petitæ, vel quia defunctus ejus dominium non habuit, nec in eum id translulit, etiamsi vere sit hæres, vel quia etiamsi defunctus dominus fuerit, non tamen ejus sit hæres actor ipse. Nam & in hoc casu non est agendum, nec tractandum de petitione hæreditatis. Quæ denique datur adversus eum, qui sive bona, sive mala fide putat se hæredem; & pro hærede possidet. l. regul. & l. pro hærede. ff. de petit. hæred. Sic sanè hac actione agendum erit, ubi tantum id examinandum est, quoad judicij definitionem, ut missam ejus executionem faciamus, uter sit defuncti hæres, actor, vel reus, vel an auctor hoc jus hæredis habeat; etenim ubi præter quæstionem istam oporteat tractare, an res, de qua controvèrtitur, ad defunctum pertinuerit, vel ad ejus hæredem pertineat, & sic de alio titulo, quād hæreditatis, tunc actione reali, & judicio rei vindicationis est causa peragenda; siquidem is qui titulum prætendit, negat adversario dominium & ideo rectè tunc competit rei vindicatio. l. sed si leg. §. quod autem ff. de hæred. petit. l. hæredes. §. quod pro empt. ff. famil. hercif. §. omnium. Inst. de act. ad finem. Hanc verò rationem explicuit gloss. in l. hæreditatem. C. in quibus casibus cessat long. temp. præsc. quæ satis congrua est, licet Batt. in l. hæreditatis. C. de petit. hæred. Idem in d. l. pro hæred. Ange in l. Pomponius. ff. de rei vendicat. Imola. in l. si is qui bona. ff. de acq. hæred. & alibi passim juris civilis interpretes ab hac ratione discedentes aliam communiscuntur, nec satis congruam, nec Iurisconsultorum responsis convenientem, etiam si Iason in d. §. actionum. nu. 218. scribat, eam communem esse, ipsamque probaverit. Quid enim obsecro refert ad examinandam litigantium concertationem, & eorum iura expenda, quod uterq; titulum & possessionem allegat, ut tandem hoc in casu non sit locus petitioni hæreditatis? Nam & si defunctus possedet, cùm hæc posseditio in hæredem non transferit, parum urget, ut petitio hæreditatis detur contra eum, qui possidet absq; titulo pro possitore, vel cum titulo pro hæredes; actor etenim probare debet semper jus, quod in iudicium deduxerit. Et ideo non interest ad dandam ac-

actionem hanc, vel illam; quod titulum aleget, & possessionem; imo potius erit considerandum, de qua re in judicio sit examen constituendum, & quid ad jura utriusque litigioris expendendum sit perpensa petitione agentis. Hoc ipsum manifestius apparebit ex his, quæ statim ad apertiorum hujus controversiæ cognitionem palam explicabuntur.

¶ Erit equidem ex prænotatis constituendum agendum petitione hæreditatis, ubi verè, & propriè judicium istud tractabitur, non teneti ad probationem dominii rei petitæ, idest, non tenebitur hic actor probare defunctum dominium illius rei habuisse tempore mortis, sed satis erit, rem illam in ejus hæreditate mansisse textus celebris in l. & non tantum ff. de petit. her. tradit Bart. in d. l. hæreditatis. & est communis omnium Sententia. Unde maximè refert agatur rei vindicatione, an petitione hæreditatis; siquidem agens actione reali rei vindicationis tenetur probare dominium, alioqui non obtinebit. Extat & aliud leve discrimen; nam reus ab actione rei vindicationis poterit se defendere præscriptione temporis viginti, vel decem annorum; à petitione autem hæreditatis non aliter quam triginta annum præscriptione, quod probatur in d. l. hæreditatis. Ergo non parvi refert, an sit judicium, tractandum super petitione hæreditatis, an super rei vindicatione.

¶ Tertiò hinc apparet, qua ratione petitio hæreditatis detur contra possidentem pro possessore, & sic contra prædonem. leg. regulariter. & leg. pro hered. §. ultimo. & leg. seq. de petitione hæreditatis. Etenim cum reus nullum possessionis titulum allegat, sed tantum possessionem ipsam, tunc nihil est inquirendum in eo judicio amplius quam quod actor sit hæres; nam reo possidente pro possessore hoc tacite negatur, & quod res manserit, ac relicta fuerit in defuncti hæreditate; huic equidem examini propriè convenit hæreditatis petitio. Nec tractandum de dominio ipsius rei cum reus non dixit, se rei petitæ dominum esse, aut dominii titulum habere, ex coeque rem ipsam hactenus possedisse.

¶ Quartò ex his poterit examinari, quod Baldus eleganter scripsit in l. ult. C. de edi. divi Hadri. toll. oppo. 9. dum † existimat petitionem hæreditatis dari contra possidentem titulo, quem tamen acquisivit post mortem testatoris defuncti, licet ea non detur contra possidentem titulo ante obitum defuncti, de cuius hæreditate agitur, acquisito. Hanc opinionem Bald. probat ex d. l. ultim. ubi constat ex ultima illius constitutionis parte, possessorum, cuius inibi mentio fit competere aduersus habentem titulum, & eo possidentem, cum tamen sit judicium illud debilius, quam petitio hæreditatis. Idcirco illius edicti judicium competit contra possidentem ex titulo acquisito post obitum defuncti, sicut & contra hunc competenter petitio hæreditatis. Nam alias si petitio hæreditatis nondaretur contra hunc possessorem, eodem jure negari deberet possessorum illud judicium, de quo in d. l. ult. agitur. Sic tandem opinio Baldi admittitur à Barb. in consl. 65. incip. clementissimi. lib. 2. qui latè conatur eam defendere. Et tamen contrarium adversus Bald. probare coatur Saly. Alex. Jacob. Paul. Cast. & Iaf. in d. l. ult. ad fin. Idem Iaf. in d. §. actionum. n. 218. & ibi Ang. num. 68. Alex. in consl. 73. lib. 5. qui eamdem opinionem Bald. asseverat communī omnium consensu improbatam esse, in consl. 184. & consl. 186. eodem li. ubique communem hanc opinionem secutus. Sic & Angel. Aret. in §. sed iste. de actio. num. 13. facetur communem opinionem, quam ipse probat, esse contra Bald. & licet Curt. Iun. dubius tamen tentaverit sententiā Bald. tueti, nihilominus adversus Bald. est opt. text. in l. 2. §. ult. juncta l. hered. Cod. de petit. her. Ex quo deducitur discrimen elegans & insigne in hac materia inter emptorem hæreditatis, & emptorem rerum singularium. Emptor enim hæreditatis tene-

tur, ac convenit poterit petitione hæreditatis, emptor autem rerum singularium actione reali rei vindicationis, & tamen, ut differentia sit apta, præmitemendum est; emptorem singularium post mortem defuncti testatoris emisse, titulamque habuisse, cum alioqui admodum incongrua & incepta esset collatio utriusque temporis. His accedit text. in l. etiam §. 1. ff. de petit. hered. ubi datur petitio hæreditatis contra emptorem hæreditatis, quibusdam casibus, quæ semper danda fotet, si vera esset Bald. sententia, cum hic titulum post mortem defuncti acquisierit. Sic & adversus opin. Bald. urget ratio, quam adduximus ad probandam juris regulam, quæ docet, petitionem hæreditatis non esse dandam contra titulo possidentem. Is etenim, qui titulo possidet sive eum habuerit ante obitum defuncti, sive post ejus mortem, non negat actorem esse hæredem, sed contendit, eum etiam, si hæres sit non esse dominum rei petitæ, & in hoc titulum allegat. Et idē agendum erit de dominio rei, an sit penes actorem, vel reum: non de ea quæstione, an actor hæres sit per sententiam pronunciandus: Quod quidem judicium actione reali, & sic rei vindicationis erit definitum, quemadmodum paulo antè probavimus. Sed contra Bald. est optima glos. in penult. & ult. ff. pro legat. Nec suffragatur Baldo text. in dict. leg. ult. qui juxta gloss. ibi, in verbo, principalem. ita est intelligendus, ut cum petitio hæreditatis detur contra titulo possidentem, tunc ea excludatur decem annorum præscriptione. At quoties detur contra possidentem pro hærede, vel pro possessore, tollatur triginta annorum tempore, quam interpretationem sequuntur Bartol. Cyn. & Alexand. ibi. quæ tamen ex eo non placet quod rursus in idem incidamus dubium, cur detur inibi petitio hæreditatis, seu interdictum illud contra titulo possidentem. Quamobrem ipse aliter accipio, quod in d. l. ult. decimum exeat, & fateor, interdictum illud possessorum dari contra titulo possidentem, etiamsi petitio hæreditatis minimè tunc daretur. Nec video qua ratione possit congruè deduci argumentatio ista; Non datur petitio hæreditatis, ergo nec interdictum possessorum; cum hæc sint duo judicia admodum distincta, nempe judicium proprietatis, & possessionis, l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquir. poss. imo hic argumentationis modus facillimè resolvitur ex leg. is qui destinavit. ff. de rei vend. & his quæ notantur per Bart.: in rem alienam. ff. de pingno. col. 3. si etenim in dict. leg. ult. detur illud interdictum possessorum contra titulo possidentem, non ex hoc sequitur dari contra eundem petitionem hæreditatis, quam interpretationem. Alelongius probat in dict. consl. 73. lib. 5. probatur, quia judicium illud possessorum, quoad summariam cognitionem datur pro bonis, quæ defunctus tempore mortis possidebat, nec impeditur ejus cognitio etiamsi à reo allegetur, & probetur titulus simul cum possessione, tamen actor non obtinebit in eo judicio, si ex summaria utrimque recepta probatione constiterit, vel defunctum eam rem non possedisse tempore mortis, vel reum ejus dominium habere, etiam si possessio tempore mortis penes defunctum fuerit, quemadmodum in d. l. ult. omnes frequentiori consensu tradidere. At in petitione hæreditatis judicium impeditur, si probetur titulus, qui verè sufficiens est ad translationem dominii, vel usu capiendi conditionem, juxta ea, quæ notantur in d. l. ult. Cod. de edict. divi. Adr. toll. per Alex. & Iaf. col. ult. Nam licet ipse Alex. & Iason, & idem Iason. in d. §. action. nū: 222. asseverent, Communi opinione receptum esse, quod licet titulus † putativus alioqui sufficiat ad usurcationem, non tamen impedit judicium petitionis hæreditatis. Quam opinionem tenet gloss. in d. l. ult. C. de edict. divi Hadri. toll. ad fin. & ibi Bald. 15. opposit. Iacob. & Fulg. col. ult. rursus idem Iaf. in l.

I. C. de inof. testam. num. 10. glos. & Bart. in d. l. Julian. in princ. ff. quib. ex caus. major. gloss. in l. 1. in princ. & ibi Bart. ff. quorum honor. & gloss. in l. hæreditatem. C. in quib. caus. cessat longi temp. prescriptio. & eamdem opinionem sequatur, & existimet communem esse Curt. Iun. in d. l. u. t. n. 21. ipse verò contraria sententiam vetiorem esse opinor, & ideo arbitror judicium petitionis hæreditatis impediri, si reus possideat titulo singulari, qui propter justum errorem sufficiat ad usucaptionem rei petitæ. Hanc sententiam primum mihi satis probat text. in l. nec ullam. §. de petition. hered. ex quo deducitur, petitionem hæreditatis dari contra eum, qui titulo possideat modo titulus is accedit ad titulum pro possessore, qui omnino mala fide ab ipso reo allegatur, qui verè non alia ex causa possideret, quam quod sciens, rem alienam esse, & à se ipso mala fide titulo prorsus nullo possideri, ipsam habeat occupatam. Igitur quoties hæc exceptio deficiat, & reus rem petitam bona fide possideat, titulumque habeat sufficientem ad usucaptionem ita quidem, ut justo errore ductus existimet, rem ad se pertinere, tunc planè regulam sequemur, quæ dictat petitionem hæreditatis non dari contra titulo possidentem. Secundò urget amplius & hic Iurisconsulti locus: nam is dicitur pro possessore possidere, qui ut prædo possidet, textus opr. in l. pro herede. §. ult. & nec ullam. in princ. ff. de petit. hered. Sed titulus invalidus & nullus, tunc non impedit petitionem hæreditatis, cum eodem jure censemur, quo titulus pro possessore, sicuti probatur in d. l. nec ullam. §. 1. ergo cum titulus sufficiens ad usucaptionem non constitueret possessorem prædonem, nec possit dici titulus pro possessore, impedit ex regula juris petitionem hæreditatis. Tertiò, ut quorundam rationem excusamus, oportet animadvertere ita à jurisconsulto in d. l. nec ullam. §. 1. requiri possessore scientiam injusti tituli, nequam possit congruè dici, per sensum à contrario iniibi probari, petitionem hæreditatis non dari contra possidentem eo titulo, qui sufficiens erat ad usucaptionem, etenim Iurisconsultus ter requitens in brevi responso scientiam injusti tituli, & sic malam fidem non levi judicio id requirit, responsurus idem, si possessor ignorantiam habuisset iniqui tituli, sed seriò id exigit ut planè contrarium responsurus esset, imò jam ipse respondit, ubi possessor ignorans foret ea quidem ignorantia, quæ non impedit usucaptionem. Quartò, nostram hanc sententiam apertissimè tenet glos. in d. leg. nec ullam. §. in verbo. sciens. glos. item in l. pen. & ult. ff. pro legato. Quas expressum admisere Alexand. Angel. Aretin. Iason, & alii qui adversus Bal. opinionem scripsere, quam hac in parte examinamus. Eandem assertionem, quam & nos probamus, probaverunt Cynus col. I. Corne. colum. ult. in d. l. ultim. Cod. de edit. divi Hadr. toll. Paul. Castr. in d. l. nec ullam. I. §. Nec video quid constanter urget in contrarium, cum Bart. post gloss. in d. l. Julianus. tractaverit de titulo universalis, quia etiam si verus esset, non impedit agi, nec tractari judicium petitionis hæreditatis. Deinde & adversus gloss. in d. leg. ultim. profectò satis perstringit ratio, quam præmissimus in initio hujus capituli, siquidem statim, quod à reo convento, petitione hæreditatis allegatur & probatur titulus, non est cur judicio hæreditatis petitionis definitur ea causa & controversia, imò convenient, quod titulus examinetur in judicio singularei rei vindicationis. Non negaverim opinionem glos. in d. l. ultim. C. de edit. divi Hadr. toll. frequentiori Doctorum judicio probatam esse, tamen nihilominus contendam, eam nec satis æquam esse, nec alicubi in jure probari. Quoties siquidem agendum est de dominio rei petitæ, non auctem de universalis tituli hæreditatis jure, nempe, an actor hæres sit, vel reus, non judicio hæreditatis petitionis, sed rei vindicatione erit examinan-

da ea controversia. Sic dénique constat ex prænatis, sitne vera Baldi opinio in d. l. n. 8. C. de edit. D. Hadr. toll.

¶ Quintò si ad amissum expendamus rationem veram, & propriam, cur petitio & hæreditatis non detur contra titulo possidentem, planè constabit, sitne verum quod scriptit Bart. in l. cogi. Cod. de petit. hæreditatis. asseverans, petitionem hæreditatis dari contra titulo possidentem, quando reus titulum habuit ab illo, qui poterat judicio petitionis hæreditatis conveniri, & ad examen forese vocati. Idem repetit Bartol. in leg. rem & pretium. ff. de petit. hæreditatis. in princ. Paul. de Castr. in leg. ultim. Cod. de edit. divi Hadr. toll. Angel. Imol. in leg. sis qui bonis. ff. de acquir. hered. Iason in l. 1. Cod. de inoff. testam. n. 10. Sed contrarium eidem Bart. placuit in l. 3. §. opus. ff. de alienat. judic. mutan. caus. fact. ubi probat, in hac specie & similibus, petitionem hæreditatis non dari contra possidentem titulo acquisito ab illo, qui poterat petitione hæreditatis ad judicium vocari, licet detur actio in factum adversus hunc, qui poterat petitione hæreditatis conveniri, quia iniquè, ac dolo fecit, ne adversus enī petitio hæreditatis daretur, quam opinionem sequitur Ias. in d. S. actionum. n. 220. Idem Ias. in §. sed iste codem tit. 25. Quid enim oblectro refert ad dandam petitionem hæreditatis quod reus, qui titulo bona fide possidet, hunc titulum habuerit ab eo, contra quem poterat dari petitio hæreditatis? Etenim hic reus titulo possidet, & ideo juxta regulam juris non est per petitionem hæreditatis ad judicium vocandus. Quatobrem opinor veterem esse hanc ultimam sententiam. Nam & opinio Bart. in d. l. cogi. est accipienda eo casu, quo titulus hic pendente lite acquiritur, & procuratur, sicuti ex ipso Bartol. deducitur à multis, præsertim ab Angelo in d. S. actionum. num. 68. atque hæc sane sufficiat quoad tituli materiam in petitione hæreditatis tractandam, certa siquidem poterunt peti à Iason. in d. S. omnium. & in d. l. 1. Cod. de inoff. testam. quo in loco refert Cæpol. in Cautela. 133. scripsisse, petitionem hæreditatis non competere contra emptorem totius vel quotæ hæreditatis ubi bona fide est emptio facta, si petitio proponatur ad ipsum universum, nempe ad hæreditatem, vel quotam hæreditatis partem, dari autem hanc petitionem ad res ipsas singulares ipsius hæreditatis ea quidem ratione, quod reus hic totam hæreditatem vel ejus partem quotam possideat titulo justo, nempe emptionis, non sic res singulares, quas non videtur titulo emptionis possidere. Nam is qui vendit hæreditatem non tenetur de evictione pro rebus singularebus ipsius hæreditatis. l. 2. in princ. ff. de her. vel actio. vend. l. 1. C. de evictio. Ergo non censentur res singulares titulo emptionis possideri. Ias. tamen dubius est, an hæc opinio Bartholomæ Cæpolæ sit vera; & eam falsam esse censet Carol. Molin. in consuet. Paris. tit. I. §. 23. n. 35. quem nos hac in parte sequimur libenter. Datur siquidem frequenter petitio hæreditatis contra emptorem hæreditatis vel ejus quotæ juxta distinctionem Iurisconsulti in l. etiam. §. quod si quis. ff. de petitione hæreditatis, & l. 2. C. ed. tit. & quoties ita datur, dubio procul competit, etiam pro rebus universalibus: at ubi non datur petitio hæreditatis contra hanc emptorem, profectò non dabatur contra eum, nec pro rebus singularebus, quia titulo emptionis certè possidet, cum inspecto eventu, & effectu censeantur vendi res istae universales, quæ sub hæreditate vendita continentur. Nec posset quis negare, in his rebus emptorem dici possessorem cum titulo, qui possit eas legitimè tempore præscribere, secundum ea quæ tradunt ind. l. 2. C. de petitione hæredit. vendi. etenim censentur res omnes sub universitate illa hæreditatis comprehensæ, atque ideo non potest jure optimo de- fen-

fendi quod Cæpola in dicta canticula 133. insigniter adnotavit.

¶ Sexto ex prænotatis deducitur vera & interpretatione in Pauli Jurisconsulti locum, qui extat sub rubr. ff. de petit. hered. l. 4. is ita inquit. Si hæreditatem petam ab eo qui unanrem possidet, de qua sola controversia erat, etiam id, quod postea possidere cœpit, restituet. Hactenus Juri consult. Quid enim adhuc serio, & non leviter expenso Jurisconsulti loco existimarent, quod proposita petitione hæreditatis, si in libello sit certa res expressim, & nominatum petita, non poterit alia res in id judicium deduci. Quam opinionem probant, & sequuntur Panorm. num. 25. Fel. in vers. sexta conclus. in c. 2. de lib. obligatio. Alexand. col. 2. & ibi Ias. in l. edita. C. de eden. Quibus suffragatur glos. in dict. l. 4. dum exponit verba illa, De qua sola, id est, propter quam solam, quasi velit Accurs. illud Pauli responsum procedere, ubi actum est universaliter petitione hæreditatis, & petierit actor se declarati hæredem, & sibi restitui universam hæreditatem, & tamen ea petitio facta est propter unam solam rem, quam tempore motæ litis reus possidebat. Nam si actor petisset se hæredem esse pronunciari, & sibi restitui unam tantum rem, quam reus possidebat, tunc planè non erit reus cogendus restituere res, quas post mortam litera cœpit possidere. Huic etiam interpretationi accedit opinio Bart. qui in dict. leg. edita col. 2. ita scribit; Si ponemus esse actum petitione hæreditatis singulariter ad unam rem, non posset fieri emendatio, vel alia editio alicujus rei post litem contestatam, sicuti in aliis singularibus judiciis. His equidem verbis Bart. probare videtur intellectum, quem ex Pan. constituimus ad jurisconsulti locum, quem itidem sequitur, admittit Marian. Socin. in dict. cap. 2. de libel. oblat. num. 129. illud tamen admonere oportet, ne quis existimet Alex. ita simpliciter hanc opinionem probasse, quod ipsemet Alexand. Bart. Soc. & Jacob. col. 3. in dict. leg. edito existimant, etiamsi vera sit opinio Panorm. eam procedere quoad condemnationem, non tamen quoad executionem. Nam & si sententia omissa foret condemnatio circa restitutionem aliarum rerum, quam omitti jure oportet, ut censet Alex. posse in executione fieri aliarum restitutio, in quo Jason. & Felix. contrarium prænotare videntur, & horum opinio tunc admitti deberet, cum esset ante sententiam petita condemnatio, & restitutio aliarum rerum post litem contestationem & in sententia tantum esset facta mentio, & condemnatio restitutionis illius rei, qua ab initio fuerat judicio universalis petita. Nihilominus opinio Panormitan. pluribus displacevit. Nam auctoritate Jurisconsulti in d. l. 4. contrarium veriorem esse opinantur Anton. col. 7. Jimola & Barb. col. pen. in d. c. 2. de libel. oblat. Fulgos. Riminal. Aret. Socin. col. 3. Dec. nn. 25. Alciat. & Curt. Iunior. nn. 64. & Purpurat. nn. 25. in d. l. edita q. orum opinio magis communis est. & probatur in d. l. 4. & item ex eo, quod in hoc judicio sit satis petitio sufficiens, si actor petat se pronunciari hæredem, cui petitioni accedit officio judicis rerum omnium restitutio, si petitor obtinuerit, sicuti in inicio hujus capitulis probavimus. Igitur hanc opinionem secuti censemus, proposita petitione hæreditatis, ut ea proponenda est, ac præmisso libello, quo quis petit, se pronunciari hæredem, etiamsi petierit unius tantum rei, quam reus tempore motæ litis possidebat, restitutionem, nihilominus posse reum cogi per sententiam, & per judicis exequentis officium ad restitutionem omnium aliarum, quas lite pendente cœperit reus possidere.

¶ Nec huic sententia obseruit Bart. opinio d. l. edita poterit enim hunc sensum habere, ut sit intelligenda, quando heres institutus in re certa, petitionem hæreditatis in judicium deduxerit, eam proponens tanquam verè institutus in re certa petens se talem hæredem

pronunciari, eique eamdem rem certam restitui, ut hæredi in ea re solum instituto. Non enim poterit post litis contestationem in hoc judicio petere aliam rem, nec se pronunciari hæredem in aliis rebus, aut ad alias res consequendas. Sic etenim Battoli verba intellexit Philippus Corn. in conf. 148. lib. 4. erit vero fortassis & hic optimus sensus, ne opinemur Bart. contrarium Jurisconsulto in d. l. 4. sed & Battol. Socin. col. 3. existimat in d. l. ita. posse aliter accipi Bart. opinionem, ut ipse voluerit, non posse post litem contestatam aliam rem in judicium deduci quoties actor non egit petitione hæreditatis, sed petit rem quandam sibi ut hæredi Sempronii restitui. Poterit, ni fallor, Battoli distinctio & hunc sensum pati, ut in judiciis universalibus ubi actum sit universaliter nulla re expressim petita, superflua sit alicujus rei mutatio, aut additio, cum omnes res veniant absque aliqua rerum additione in hoc judicium ex natura actionis, at si actum fuerit universalis judicium ad unam tantum rem, non possit fieri mutatio, nec additio alterius rei ad hunc effectum, quod iure mutationis, vel additionis de his rebus in judicio tractetur; non tamen ex hoc negat Bartolus, posse ex natura actionis has res additas in hoc ipsum judicium venire, tametsi ratione mutationis, vel additionis, minimè veniant propter particularem modum agendi. Quia de re amplius cogitare licet.

## C A P U T . X I I I .

¶ Quid sit præcipue observandum, ubi qui nondum litigavit, litis & causæ examini se offerat, quem tertium oppositorem dicimus.

## S U M M A R I A .

- 1 Tertius oppositor, & litis defensor ad coadjuvandum admissus, adsumere debet litem in eo statu quo erat.
- 2 Tertius oppositor ad coadjuvandum non potest post publicationem, & conclusionem, testes producere.
- 3 Intellect. leg. si suspecta. ff. de inoffic. & an procedat illud responsum ignorantibus Legatariis?
- 4 Res inter alios alia in judicio, alii prajudicata, & prodest quoad quandam presumptionem.
- 5 Sententia inter alios dicta plerumque ex propria vi & natura nocet, & prodest omnino aliis, & ibi latè intellect. l. ingenuum. ff. de statu homi.
- 6 Sententia lata super Primogenio cum legitimo contradicente, an alii noceat?
- 7 Traditur latè interpretatio text. in l. sèpè ff. de re iudic. in verb. sed scientibus.
- 8 Intellectus ad text. in cap. penult. de re iudic.
- 9 Intellectus ad text. in d. l. sèpè ver. nam eis libertus & inibi an sententia lata contra vasallum, prejudicet domino scienti?

**S**æpius contigit duobus in judicio litigantibus tertium quemdam litis, & cause examini seipsum opponere, & offere. Etenim vult hic tertius causam, vel prosequi, vel defendere, quod multis modis accidere potest. Quorum aliquot nos hoc in loco examinabimus ea ex causa, quod passim viderimus de hac re in supremis Regiis tribunalibus satis controverti. illud vero receptum est, diuque obtinuit, hunc tertium, qui se liti opponit admittendem esse hoc sane modo, ut quoties is litem adsumat ad coadjuvandum reum, vel actorem, utque ei adiutor, tunc in eo statu causam prosecutus, quo prosecutus ipse principalis. At si ad judicium accesserit hic tertius non ad coadjuvandum alium, sed ad excludendum utramque à rebus vel à juribus, de quibus agitur, eo quidem casu admittitur hic ad causam agendam ab initio; ita quidem, ac si ab alio cœpta non esset, omniaque sunt cum hoc repetenda, nec tenetur hic tertius causam in

eo statu adsumere, quo ea quidem erat inter ipsos duos, cui medius hic accedit, tempore oppositionis. Hæc distinctio summa denique est totius hujus tractatus, & tamen habet adeò dubias, & frequentes questiones, ut operæ premium sit eam explicare paulò diligentius, maximè ad veram interpretationem eorum, quæ Bartolus, Innocentius & alii hac de re haec tenus tradidere,

¶ Prior verò distinctionis pars probatur in cap. ult. ut līte penden. in 6. sic enim ibidem respondetur, Sane si ad defensionem ipsius līti aliqui, quorum intererit, petierint admitti, eos in illo statu, in quo ipsam invenerint decernimus admittendos. Hæc ibi, ex quibus manifestum fit, non esse tertium admittendum, ut novum statum causæ consequatur, si ipse accesserit ad defensionem alterius, qui jam causam fuerat prosecutus, imò tenetur, etiam si defensio ejus interierit, in eo statu causam prosequi, in quo erat tempore oppositionis. Atqui ita visum est Felyn. in cap. cum super. n. 15. de re judicata. Bald. in auth. nunc siberes. ad fin. C. de litig. Anchār. in regul. ea que de regul. jur. in 6. q. 17. Angel. Aretin. in l. si per lūsor. col. 2. ff. de appellat. Angelo Petri. in leg. si suspecta. col. 2. ff. de inoffic. testament. Innocent. & aliis in dicto cap. cum super. quorum statim mentio in specie proponenda est ad ea, quæ ex hac conclusione deducenda sunt. Idem ex dict. cap. ult. adnotavit Sebastianus Vantius de nullitat. iit. quis possit dicere de nullitate nu. 25. extat exemplum huic oppositioni de venditore, qui tenetur de evictione; nam hic opponit se səpissimè liti, & controversiæ motæ contra emptorem super re vendita. l. venditor. ff. de judic. l. à sentent. & dicta leg. si perlusorio. ff. de appell. idem erit in legatariis defendantibus scriptum heredem in līte, quæ ad testamentum rescindendum adverius ipsum opponitur in dicta leg. si suspecta. Sed & alia multa exempla præstunt ex l. sape. ff. de re judic. auth. tunc siberes. C. de litigio. l. Paulus. ff. de procur. leg. si pariter. ff. de liberali caus. cap. 2. de proc. in 6. capitul. ut circa de electio. in 6. Clem. constitutionem. de elect. Igitur quoties venditor ad judicium accedit defensurus emptorem, contra quem agitur pro re vendita, adsumere debet litem in eo statu, quo erat tempore oppositionis. Quod & de similibus exemplis dubio procul respondendum erit, quæ ratione plura deduci poterunt, quæ sunt in praxi maximè notanda ad rectum iustitiae ministerium, & ut calumniis occurramus; quæ facillimè contingunt in his oppositionibus, cùm plerumque fiant potius injuria, & militia, quam jure.

¶ Primum, ex his colligitur, hunc tertium oppositorem (nam & hac frequentissima locutione utar) posse in hac defensione allegare, & probare omnia, quæ principalis nec allegavit, nec probavit, si ea sint ad causæ defensionem conducibilia. Quod expressim voluit glos. inibi communi omnium consensu recepta in d. l. si suspecta. in princ. cui similis in c. de procur. in 6. idemque fatentur omnes, qui statim adducentur ad sequentem conclusionem. Etenim nemo ex eis dubitavit, hanc opinionem veram esse, quoties tertius hic oppositor vult allegare, & probare intra diem à judge, vel à jure datum principi ad allegandum, & probandum.

¶ Secundò hinc appetet, sine verum, quod quidam opinantur, existimantes, posse hunc tertium oppositorem, quem rei & causæ defensorem diximus, probare, allegare, & testes producere in judicio post publicationem, ac denique eo quidem tempore, quo non posset reus ipse principalis si ignoravit testes produci, & causam agi. Sic enim censet Batt. in d. l. si perlusorio. ff. de appell. quem sequuntur Panorm. nu. 7. Felin nu. 18. in cap. veniens. in 2. testib. & Matth. de Afflīct. decis. 235. quibus accedit ratio ex leg. sape. ff. de re judic. & l. à sentent. ff. de

apcl. nam si huic defensori ignorantι non præjudicat acta cum ipso reo principali, nec ejus transactio, ut ibidem probatur, profectō nec nocebunt taciti consensus ipsius rei, qui ex eo constant, quod finita sit dilatio, facta sit conclusio in causa, & testium publicatio. Contrariam verò sententiam probant, & sequuntur Innocentius & Anton. nu. 18. in d. cap. cum super. Angel. Aretin. in d. l. à sententia. col. 3. Angel. Petrus in d. l. si suspecta. col. 2. Quorum sententia ex eo mihi videtur jure procedere, quod hic defensor adsumere debeat litem, & causam in eo statu, in quo versatur, quemadmodum probatur in d. cap. ult. ut līte penden. lib. 6. siquidem ipse vult judicium à reo cœptum prosequi, & defendere. Nec ipse video, quæ ratione possit contrarium probari, cùm hic defensor causa & līti examini assistat, reum ipsum defensurus propter præjudicium, quod sibi imminet, si reus ipse condemnatur: atque idē vetam esse censeo hanc opinionem Innocent. & sequacium, quæ in praxi satis recepta videtur, apud supremam hujus regni tribunalia. In quibus pañam obtentum est, quod defensor hic admittatur ad litem, & causam suscipiendam in eo statu, in quo erat tempore oppositionis. Nec obserunt ea, quæ Bartol. & alij tradidere auctoritate Jurisconsultorum in dict. leg. sapè, & in d. l. à sentent. Nam ubi tertius hic defensor non potest reum principalem excludere à defensione causæ, quia omnino ad illum, non ad hunc defensorem pertinet causæ defensio saltem primo loco, tunc profectō sententia lata in ea causa huic tertio etiam ignorantι præjudicat, non equidem jure, & viribus rei judicatae, quæ possit adversus istum, cum quo lis nondum est acta, opponi, aut executioni mandari, sed idē, quod reo principali victo immineat jure damnum huic tertio. Cujus exemplum traditur in venditore, qui de evictione tenebitur. Etenim huic etiam ignorantι nocet sententia lata contra emptorem in re vendita non equidem in vim rei judicatae, quæ possit adverius ipsum opponi, aut executioni mandari sed in hoc quod emperor poterit aduersus cum agere de evictione, & obtinebit in his casibus saltem, quibus non tenerut emptor venditorem requirere, ut assūmat līti, & causæ defensionem. Hoc equidem præjudicium venditori sit ex sententia lata contra emptorem, etiam si ipse venditor ignoraverit litem cum emptore tractari. Nec poterat venditor emptorem rei venditæ posse excludere à defensione līti excludere, tametsi teneretur jure auxilium ferre, & defensioni causæ incumbere propter evictiōnem. In hac denique specie agitur, causa cum possessore rei peticiæ, quo victo, res ab eo evocatur, & traditur auctori vincenti: nec poterit venditor, etiam ignorans litem tractati, executionem istam impedire. Igitur venditor volens emptorem defendere adsumere debet litem in eo statu, quo erat tempore oppositionis, nec erit admittendus ad ea probanda, quæ non posset reus ipse principalis allegare, nec probare, quod item deducitur à Jurisconsulto in l. venditor. ff. de judic. cuius intellectum & nos attigimus superius c. 8. n. 3. Sic & hujuscem conculsionis poterit aliud exemplum & exponi ex d. l. si suspecta. ff. de inoffi. test. siberes enim scriptus in testamento primus, & principalis defensor est, quo victo, etiam ignorantibus legatariis, in hoc eis præjudicium sit, quod non poterunt legata consequi à victore, quippe qui non fuerit gravatus, nec jussus solvere legata, atque item in eo, quod testamentum sit per sententiam latam cum legitimo contradicente rescissum. Sic denique his præjudicat sententia regulariter, tametsi causam ipsam agi, & tractari cum hærede scripto proflus ignoraverit, quemadmodum deducitur ex d. l. si suspecta. l. Papin. 8. ult. l. qui repudiantis. §. fin. eod. tit.

*tit. l. d. seno. & l. perlusorio ff. de app. text. ad hoc in specie insignis in l. si superatus. ff. de pignoribus notat Imol. in d. l. si perlusorio. Alex. in l. sepe, n. 82. quod statim tractabitur, in vers. secundo prænotandum. notat expressio Paulus in d. l. sepe. nu. 5. idcirco ubi legatarij velint adiustare hæredi scripto, & eidem in detensione cause auxilium impetrati, tenentur causam, & litem adsumere eo in statu in quo est tempore oppositionis, nec quicquam eos adjuvat, quod ignoraverint hactenus causam cum hærede scripto tractari, cum & eis ignorantibus noceant, quæ in judicio cum hærede scripto acta fuerint, saltem regulariter, nec propter eorum ignorantiam actor, qui litem instruxit cum eo, qui ab eo solum vocandus est ad judicium, hoc gravamen pati debet, quod propter oppositionem legatariorum cogatur retrocedere, & ad initium litis redire. Qua ratione ad amissum observata non potest huic questioni convenire, quod Bartolus & alii tradidere, distinguentes scientiam ab ignorantia. Nam Jurisconsultus in dicta lege, sepe. ita est intelligendus, ut ignorantia pro sit alteri, qui primas habebat ejusce litis defensiones, cuique primo loco, non litiganti competit jus defendendi litem illam. Huic etenim ignorantis non præjudicat sententia, scienti vero præjudicat, ea quidem ratione, quod qui habet primam litis, & causæ defensionem, & patitur alium causam agere & defendere, videatur consentire, quod causa illa per illum tractetur, & sententia sibi præjudicium inferat, quippe qui poterat primam litis defensionem adsumere, cum in ea tractandum erat de jure, quod ipse habuit ex persona agentis, vel habet modò. Est enim satis ad hoc præjudicium, quod in ea lito omnino tractetur de jure hujus tertii, qui ad causam vocatus non est, & tamen patitur eam tractari, cum posset repellere ab ejus defensione cum, qui causam agit & defendit. Igitur scientia in hac specie requiritur ad hoc ut præsumamus consensum hujus tertii in hoc, quod causa per alium tractetur in ejus præjudicium. At ubi tertius non posset repellere à judicio ipsum principalem defensorem, sed tantum poterat eum adjuvare, eique adiustare propter proprium commodum, ac peculiarem utilitatem, tunc nihil ei nocet scientia, nec prodest ignorantia. Non enim nocet scientia, ut sententia lata ei præjudicium inferat ex ratione scientiae, cum res inter alios acta sit, ut probatur in dict. l. sepe. vers. nam scientibus. nec prodest ignorantia, quoties sententia jus facit inter alios, quia lata est cum legitimo contradicente. Hæc enim omnibus nocet, quibus jure sanctum est nocere, & inter quos jus facit, etiam ipsis ignorantibus. Hæc latius tetigimus, quoad questionem istam vel ex eo quod Matth. de Affl. in d. qu. 235. male intellexerit Angeli opinionem in dict. leg. si suspect.*

*¶ Cæterum ut hæc materia, quæ satis difficultem habet resolutionem, & practicis est admodum obvia, rectius examinetur, oportet aliquot hic expedite ad interpretationem Jurisconsulti in dict. leg. sepe. cuius examini præmittendum est, sententiam & inter quosdam dictam & pronuntiatam, regulariter aliis nocere, & prodest, quoad qualemqualem præsumptionem; oritur enim etiam inter alios quædam præsumptio in favorem illius, pro quo lata fuit, Hanc opinionem manifestè deduxerunt glos. Bartol. & Doctor. in l. si duo patron. vers. habiturum. ff. de jurejurand. Ant, Abb. & Fel. in cap. penult. de re judicat. gloss. in cap. interrogatum. 3. quest. 5. & in cap. dictus. in 2. vers. dantes de simo. Alexand. in dict. leg. sepe. num. 70. optimè Iason. in d. l. si duo patroni. quale vero hoc præjudicium, aut quanta sit hæc præsumptio, arbitrio boni viri relinquendum est, quod mihi admodum placet, & notat Panormit. in dicto.*

*cap. penult. colum. 2. Nam & gloss. opinionem simpliciter probat Socin. in l. 1. ff. de except. rei judicat. præsertim hæc sententia erit admittenda quoad illos, qui aliquam videntur habere in causa communionem, etiam si eis non præjudicet sententia quantum ad exceptionem rei judicatæ, ut quoad coheredes, compatrianos, & his similes, sicuti constat in d. l. à sententia in princ. & in d. l. si duo patroni. ubi Iason. & Alexand. in d. l. sepe ita hanc opinionem intellectere, & Curt. Tuniot. in d. l. admonendi. ff. de jurejur. n. 59. Nec placet mihi Bart. interpretatio in d. l. admonendi. n. 45. dum opinatur, ex sententia inter alios lata ori quoad alios præsumptionem quandam, quæ efficiat semiplenam probationem. Hoc etenim falsum est, non enim tantum effectum hæc præsumptio inducit, atque ita à Bartoli opinione discessere in cap. causam quæ quest. 4. col. de testib. idem Aret. in conf. 165. col. 2. in repet. d. l. admonendi. nu. 242. Imol. in d. l. si duo patroni. Carol. Molin. in consuet. Parisiens. tit. 1. §. 5. numer. 38. quorum opinio communis est, quemadmodum asseverat Ferdin. Loazes in repet. filiusfamilias. §. divi. ff. de legat. 1. numer. 329. siquidem & Alexand. ipse in dict. leg. sepe. numer. 71. satis dubitat, an vera sit opinio Bartol. Quæ non est, ut constat ex præmissis, temetè admittenda.*

*¶ Secundò, prænotandum erit tæpissimè contingere & sententiam latam jus inter alios facere, & aliis prodest, ac nocere propria vi & natura ejusdem, absque aliqua scientia accidenti, notat Panorm. in d. c. penult. n. 34. Alexand. in d. l. sepe. num. 109. quod comprobatur ex his, quæ paulò ante scriptissimus ad intellectum d. l. si suspecta. Nec enim dubium esse potest, in aliquot casibus sententiam esse hujusmodi qualitatis, & conditionis, ut cum uno lata multis aliis præjudicet, vel pro sit, nempe ubi lis tractatur cum legitimo contradicente, à quo aliorum jus in eadem re derivatur, & oritur, & qui primas obtinet in ea controversia partes. In hac etenim specie sententia lata facit jus quoad omnes, etiamsi nec litigaverint, nec vocati fuerint ad judicium, nec scientiam litis controversæ habuerint. Probat hanc conclusionem text. in l. 1. §. ult. & l. seg. ff. de libert. agnos. Etenim, ut ibi respondet Jurisconsultus, sententia lata in causa filiationis inter patrem & filium, omnibus aliis nocet, & prodest, quibus ea radice jus alioqui competit. Actum siquidem est cum legitimo contradicente, nempe patre, à quo causa filiationis in omnes alios derivatur, ac procedit, & ideo mitum non est, si cæteris, etiam non vocatis, nec scientibus pro sit, & præjudicet, sicuti constat in d. l. §. ult. cuius ad hoc præter Doctor. ibi meminere Bal. in c. nihil. colum. 3. de electione. Jason. in rubr. ff. de re judic. gloss. & omnes in capite penult. eodem titulo. convenienter, huic decisioni regia l. 19. tit. 22. part. 3. quod si lis acta non fuerit cum patre, quem ista causa præcipue, & primo loco tangit, & quem aliorum jus consequitur, sed cum alio ex transversa linea, sententia non præjudicat aliis agnatis, quos æquè principaliter tangit negotium quoad eorum causam, nec prodest ubi actum sit de privato commido cuiusque eorum textus optim. in l. duobus. ff. de liber. caus. lib. 1. & l. patronum. ff. si libert. ingen. esse dicat. notat Bartol. in l. res inter alias. C. qui res jud. non nocet. Abb. in d. cap. pen. n. 18. Alex. in d. l. sepe. n. 60. Quorum resolutio in hoc etiam tendit, ut nihilominus in hac specie, quoad jus publicum, quoad munera scilicet publica sententia omnibus aliis pro sit, & noceat, quoties causa fuerit examinata, quantum ad hoc publicum commodum. l. eum qui. §. in popularibus ff. de jurejur. idem erit in causa illa, in qua tractatur, an quis sit filius legitimus alicujus, an spurius secundum eosdem. Erit & hujusc conclusionis aliud exemplum.*

exemplum in causa ingenuitatis, in qua sententia lata cum legitimo contradicente facit jus quoad omnes alios omnino. tex. est celebris in *l. ingenum. ff. de statu hominum & in l. divi. §. 1. ff. de stat. lib. caus. glos. in d. cap. p. 1.* legitimus vero contradictor is dicitur, qui verus est dominus servi, vel verus patronus libert. glos. insignis communiter recepta in *l. cum non justo. ff. de collus. deteg.* Igitur si quis contendat se liberum esse aut ingenuæ conditionis, & ea lis tractetur cum vero domino, vel patrono, & sic cum contradicente legitimo, sententia in ea causa lata qua fuerit pronunciatus ingenuus, vel libertus, liber, aut servus, omnibus aliis proderit, vel nocebit. Cujus rei ea est potissima ratio, quod ex jure illius, qui hac in controversia cum servo, vel liberto litigavit, jus itidem omnium pendeat & ducatur, cum ille fuerit, aut dicatur fuisse, & esse verus dominus & patronus, cuius dominii, aut patronatus ratione hic servus, vel ingenuus allegatur, vel assertur liber, ingenuus, servus aut libertus. Hæc sane ratio summe notanda est ad hujus questionis verum intellectum, qui amplius ex hoc constat, quod sententia lata fuerit contra abiente, nam in eo casu non facit jus inter alios, quia presumuntur absens condemnatus potius ex contumacia, quam ex jure & justitia, *l. qui repudiantis. §. ult. ff. de inoff. testam. Batt. & alij in d. l. ingenum. Bald. in l. 2. col. 3. C. quib. res jud. non nocet. l. preses Cod. de pignor. tradunt Battol. in l. si superatus ff. de pignor. & Abb. in d. cap. penult. n. 21. de re judic.* quod & regia Partitarum lex sensim probare videatur. Est & locus elegans apud Jurisconsultum in *l. divi fratres. §. 1. ff. de liber. caus.* cuius mentionem statim agemus. Idem nota: Mitthes. not. 25. probatur simili ratione ex *l. ult.* juxta communem ejus interpretationem. *C. de legibus.* tradunt Abb. & alij in *cap. in c. usis. Felin. in c. cum Bertholus. num. 23. de re judicat. Alexand. in l. apud Julianum. §. verum. col. ult. ff. ad Trebell.* textus item singularis in *l. si periculosior. §. ult. ff. de appellat. Alexand. conf. 84. colum. 1. lib. 1. Hippol. singul. 4. & Boëtius decisione 79. nn. 4.* ex quibus ita equidem prænotatis pauca libet deducere, quæ forsitan amplius aperient hujusc questionis obtusam difficultatem.

¶ Primum etenim constat ex his, quod si lis tractetur super statu alicujus, & is pronuncietur servus, vel libertus illius, qui cum eo litigat, hæc sententia nocebit victo, quoad omnes, qui dixerint, & allegaverint, illum servum esse, quibusque satis sit, quod ille sit servus, aut libertus, nec referat, sine servus litigantis, aut alterius. Cujus conclusionis est manifesta ratio, siquidem hic qui modò utilitatem ex re judicata capere vult, id tantum contendit, quod victus sit servus, vel libertus illius, cum quo lata est sententia, ne petat victum in servitutem aut libertinatem, sufficit enim ei, quod servus sit, vel libertus. Quæ quidem qualitas jam constat, cum constet, viam per sententiam servum, aut libertum pronunciatum fuisse illius quidem à cuius jure qui modò agit, iure optimo ducit propriam intentionem, quæ in hoc tendit, quod ille sit servus, aut libertus alicujus, ejusque conditionis, & status homo. Sic ex contrario si quis per sententiam fuerit pronunciatus liber, aut ingenuus, hæc sententia proderit ei, quoad omnes, & nocebit omnibus, qui cum esse servum aut libertum dixerint, nisi probare velint alterius quam victi, servum, vel libertum fuisse. Tunc etenim sententia ista non censetur lata cum legitimo contradicente, & idem non nocebit omnibus, nec proderit quoad omnes etiam si satis sit, quoad modò litigantes victorem libertinum, vel servum esse, nec referat, si sit libertus, vel servus Titij aut Sempronij.

¶ Secundò apparet, sententiam pro ingenuitate

lata non nocere alteri, qui victus non fuit, ubi hic allegat, victorem esse proprium servum aut libertum. Etenim in hac specie non est sententia lata cum legitimo contradicente. Quamobrem non nocebit ei, qui jus à se ipso deducit, non à victo, *l. duob. ff. de liber. caus. l. 1. & l. patronum. ff. si liber ingenuus esse dicatur. l. cum non justo. ff. de collus. detegen. gl. in l. cognito. §. 1. ff. de libe. caus. in verb. nec varie notant Alex. in d. l. sape. ff. de re judic. nu. 65.* sic sententia, qui quis pronunciatur servus, aut libertus Titij, non ei nocebit quoad alios, qui ab eodem Titio jus non habeat, nec ab illius Titijure propriam intentionem probate contendunt, imò petunt victum in propriam servitutem aut libertinatem, seu jus patronatus. Quod satis constat ex ratione superiori tradita.

¶ Tertiò, colligitur hinc, nihil referre ad Jurisconsulti responsum in *d. l. ingenum.* quod quis agat de libertate contraria servituti, vel de libertate contraria ingenuitati. Nam sive quis pronuncietur liber, & ingenuus in controversia de servitute, aut in controversia de libertinitate, obtinebit decisio elegans Jurisconsulti in *d. l. ingenum.* quemadmodum tenent Imol. Ant. Felin. n. 10. & alij in *d. c. penult. idem Imol. & Alex. in d. l. sape. n. 56.* Doctor. in *l. 1. ff. si libe. ingen. esse dicatur.* tametsi Innocent. in *c. ap. causam que in 2. qui filij sint legit. 2. col. existimet, sententiam latam pro ingenuitate in ea controversia, in qua agitur, an quis sit libertus, & sic de libertinitate & ingenuitate, non nocere omnibus, nec quoad omnes prodesse, *l. duob. ff. de liber. caus. l. & in l. patronum ff. si liber. inge. esse dicat.* Quæ quidem responsa tantum abest, ut probent Innocentij opinionem, quod contrariam potius præmisserint. Sed & tex. in *d. l. ingenum.* palam Innocentio aduersatur, cum & inibi Jurisconsultus idem sentiat, ac responderet planè, ubi quis libertinus esse diceretur. Quod si quis rationem paulò antè à nobis expositam pensiter diligenter percipiet facilime, jure non probari distinctionem Innocentij, cum & si tractetur, an quis sit libertus, & is pronuncietur liber, & ingenuus, judicium hoc & sententia nocebit omnibus, & proderit quoad omnes; qui dixerint illum libertum fuisse illius, qui per sententiam fuerit victus. His vero non nocebit, qui volunt probare illum libertum esse alterius, cum quo lis tractata non fuerit. Sic denique Innocentij distinctione improbat, imò frequentiori Doctorum calculo improbata est, ut ipsemet Alexand. facetur post Anton. in dicto cap. penultim. de re judic.*

¶ Quartò, ex his deducitur, quanam ratione sic accipiendum, quod hac in re passim adnotari solet, dum ita Jurisconsulti responsum in dict. *l. ingenum.* accipitur, ut procedat quando pronunciatur quis ingenuus, ac secus sit, si pronuncietur servum petentis non videri, vel absolvatur à petitione servitutis. Quasi tunc sententia non nocet aliis, quam ipsis litigantibus, nec prodest. Ad hoc adducitur tex. insignis in *l. divi fratres. §. 1. ff. de lib. caus.* cuius' auctoritate hoc ipsum tenuerunt Panormita. in *d. c. penult. n. 19.* Alexand. in *d. l. sape. n. 56.* Albe in *d. l. divi. §. 1. Decius in conf. 4. 5. n. 38.* Bald. in *d. l. ingenum.* & in *d. l. 2. col. 2. C. quibus res jud. non nocet.* Ego vero conabor paulò urgentius Jurisconsulti causum explicare, co-presterrim quod viderim non semel ex eo non recte intellectu quedam in proxim deduci, quæ maximè censeo al. c. esse ab ejus integro sensu, & intellectu.

Primum etenim illud constituum quod negari nequit, ne rcp. quod ubi causa status agitur absente, & contumace illo, qui contra libertatem contendit, non esse pronunciandum que n. ingenum, sed in hunc modum sententia concipienda est, ut se. vos illius non videri pronunciatur, quia absente altero non satis est cognitioni datum, ut quis ingenuus esse pronun-

catur

cetur in grave quidem præjudicium, cùm fortassis alioqui servus ob alterius contumaciam liber pronunciaretur. Et hoc obtinet, ut inquit Jurisconsultus; quando quis petit aliquem in servitutem. Quod si quis afferat se liberum & ingenuum, & altero contumace cognitio causæ tractetur, non est pronunciandus ingenus, nisi magna adsit pro libertate probationes, atque idè cutius est, cognitionem circumduci. Ita sanè Ulpianus in dicta leg. divi fratres, distinguendum esse censet, qui docet, qua forma concipi debet sententia in causa status pronuncianda, cùm is petit alterum in servitutem, vel à quo quis afferuerit in libertatem seipsum, contumax est. Priori etenim casu non oportet pronunciari quem ingenuum, nec liberum, sed erit satis, etiam si cognitio non fuerit circumducta, & absolutio ab instantia datur, imò sit processum ad cognitionem, quod pronuncietur, servum petentis non videri; posteriori autem, ubi cognitioni locus datus fuit, & idè sit omnino pronunciandum, poterit acto pronunciari ingenuum, si hoc ipsum evidentiis probationes suggerant, alioqui circumducitur cognitio, differturque in aliud tempus opportunius. Igitur ex hac Jurisconsulti decisione constant plura, primùm quod ea sit admittenda, ubi proceditur ad cognitionem altero absente & contumace, quo quidem casu, sive quis pronuncietur ingenus, sive liber, non nocet hęc sententia omnibus, sed tamen ei, cùm quo lata fuerit, quemadmodum superius tradidimus ex communi omnium fere opinione.

Secundūm, quod ipso actore contumace, qui pe-tebat reum in servitutem, non est pronunciandus reus ingenus, sed eo modo sententia concipienda est, ut pronuncietur, servum illius non videri. Et idem erit, quoties quis petit se pronunciari ingenuum, & afferit se liberum reo contumace, nisi probationes libertatis fuerint evidentes. Ita enim Jurisconsulto placuit, à cuius mente ipse deduxerim, posse utroque casu pronunciari reum, vel actorem ingenuum, si ipse hoc petat, & probationes evidentes ingenuitatis in judicium adduxerit.

Tertiò constat, non esse servandam sententiae formulam à Jurisconsulto præscriptam, quoties lis agitur absque contumacia præsentibus actore, & reo. Nam tunc necessariò est pronunciandus quis liber, vel servus, ingenus, vel libertus; quandoquidem ea formula fuit à Jurisconsulto excogitata, ut lis definiretur certo modo, quæ propter contumaciam alterius deficiente justa status cognitione, non poterat jure ordinario diffiniri.

Quarto, mihi iure verum esse videtur, sententiam latam juxta formulam Jurisconsulti nocere illi contra quem lata fuit, & denique ejus successoribus, & heredibus, non tamen aliis, etiam si hi velint probare, & in judicium deduxerint, quod ille, de cuius statu agitur, sit servus, vel libertus illius, qui contumax vietus fuerat. At si pronuncietur quis ingenus, omnibus his tam vieti successoribus, quam aliis nocet sententia, ut paulò ante tradidimus. Postrem illud mihi probatissimum videtur, quod sententia lata contra contumaciam in causa status, ea tamen formula, ut quis ingenus pronunciatus fuerit propter evidentes probationes, nocere omnibus & prodesse quoad omnes, ac si lata foret præsente utroque litigante. Quod mihi probare videtur ipse Juriscons. in d. l. divi fratres. alioqui parum discriminis esset inter eas formulas pronunciandi, quas ipsem inibi tanta judicij integritate tradere conatur. Idcirco communis interpretatio ad l. ingenuum. (cujus paulò ante meminimus ex Bart. ibi. & in l. qui repudiantis. C. de inoff. test.) vera est, nisi constet latam fuisse sententiam ingenuitatis contra contumaciam propter evidentes libertatis probationes: quasi tunc esset omnino ratio, quæ mo-

yit Jurisconsultum in d. l. repudiantis. ut Accursianib⁹ in verb. non creditur, visus est insinuare, notat Panorm. in dict. c. penult. n. 20. post Bart. in l. si superatus ff. de pignor. & fortassis constitutio Divorum Fratrum, cuius mentio fit à Jurisconsulto ad intellectum & distinctionem illius responsi in d. l. qui repudiantis. §. ult. & l. seq. similis admodum fuit distinctioni oppositæ in d. l. divi fratres. ut in hoc magis aperiatuſ hujusc difficultatis integra resolutio.

¶ Quinto colligitur ex prænotatis, an responſio Jurisconsulti in d. l. ingenuum, obtineat in sententia, quæ lata fuerit super ætate alicujus: Nam Panorm. in c. cum dilecti. col. ult. de elec. existimat, idem esse in sententia, quæ lata fuerit super ætate: ut tandem ea omnibus præjudicet: sicut sententia lata super ingenuitate, quod mihi non placet. Nec enim video rationem urgentem, ex qua haec sententia lata super ætate similis sit illi, quæ fertur super ingenuitate: cùm diversa sit omnino, si recte pensitemus, quæ hoc in capite scripsimus ad rationem Jurisconsulti in d. l. ingenuum, licet Panorm. in d. c. penult. n. 20. propriam repeatat opinionem.

¶ Tertiò, hoc in tractatu potissimum discutendum erit † an sententia lata super majoratu, vel primogenio: aut super ejus bonis contra ipsum legitimum possessorem, noceat ei, qui post ipsum vocatur ad illud primogenium? Nam quidam expressim asseverant, hanc sententiam alteri non nocere, nisi & is fuerit vocatus ad cause examinationem, vel ejus litis scientiam habuerit. Hujus opinionis auctores sunt Andr. Isern. in c. si vassallus, si de feudo fuerit controversia inter domi. & agnat. vassalli. & ibi Matth. de Afflict. n. 20. Francisc. Curt. in tract. de feud. part. ult. q. 9. Fel. in cap. ultim. n. 5. de majori. & obedien. Dec. eleganter in conf. 445. n. 29. Alvarot. in d. c. si vasallus. col. ultim. quam opinionem testatur communem esse Dec. in d. num. 29. cui accedit conclusio Bart. in l. filiusfamilias. §. divi. ff. de legat. 1. n. 9. ubi is scribit, sententiam latam super re prohibita alienari contra prohibitum, non nocere illi, qui ad eam vocatus est post illius obitum: nisi citatus & is fuerit. arg. d. l. sapè. His etiam suffragatur, quod vocatus ad primogenium post obitum possessoris, non accipit illud tamquam hæres defuncti, nec ejus personam representat, nec ab eo jus habet, sed à primo hujus majoratus institutore & quemadmodum constat; & nos olim tradidimus in Rub. de testament. 3. part. n. 26. Igitur opinio ista maximè in re probatur: quam & habere æquitatem Alex. fatetur in d. §. divi. col. 3. dubia tamen plerisque visa est hęc sententia Isernię. Et idè ex adverso sunt qui existiment, sententiam istam nocere ei, qui ad primogenium vocatur post obitum illius, qui per sententiam vietus est, ita sane tenuerunt Angel. Imol. Cuman. Alex. Jas. Crottus, Ripa n. 60. Ferdinand. Loazes n. 308. in d. §. divi. Alex. conf. 86. col. 2. & conf. 156. col. 1. lib. 2. confil. Quorum ea est concors sententia, ut tandem judicium actum, definitum adversus institutum hæredem, vel adversus prohibitum res alienare, & rogatum alteri restituere, noceat ipsi substituto, & fideicommissario, etiamsi non fuerit citatus ad causam. Idem probat Alexand. in d. l. sapè num. 99. Felin. in dict. cap. penult. de re judic. num. 16. Fatentur hanc sententiam communem esse Ripa & Loazes in dict. §. divi. His adstipulatur Bart. quem inibi secuti sunt Angel. & Roman. in leg. in diem. ff. de aqua pluvia arcend. asseverans, non esse citandum substitutum ad caulam, quæ cum hærede instituto tractatur super rebus, quæ substituto restituenda sunt ex voluntate testatoris. Est & ad idem text. optim. in l. ex contractu. ff. de re judica. quo in loco responderet Jurisconsultus, sententiam latam contra institutum nocere substituto, etiam si is ad judicium vocatus

non fuerit. Idem probatur in l. i. §. denunciari autem ff. de ventre inspicere. Etenim lis illis tantum denuncianda est, secundum Jurisconsultum ibidem, qui primum locum obtinent in successione, non his, qui substituti sunt, nec his, qui spem obtainendarum hereditatis etiam ex testamento habuerint. Conducit ad hoc text. in d. l. si patroni. §. ult. ff. ad Trebell. qui probat juxta quendam intellectum sententiam latam contra heretem nocere fideicommissario, etiam non citato. Hoc ipsum constare videtur ex eo, quod ad judicium & litis examinationem tantum vocandus est ille, quem negotium tangit principaliter, non autem sunt illi citandi, quos in quandam consequentiam litis definitio potest attingere, quibusve nocere, aut prodesse poterit, glossa est insignis, & inibi ab omnibus recepta in leg. de unoquoque. ff. de re judicata. cuius omnes praecitati auctores meminere, & praeter eos idem Jas. in l. si quis nec causam ff. si certum petatur. n. 7. item in l. decem. n. 37. ff. de verbis obligat. idem in cons. III. col. pen. lib. I. Felin. in cap. exhibita colum. I. & 2. de judicio. & praterea optimè Curt. Junior cons. 23. ad finem. Sed & hanc partem tuerit ratio quædam, cuius examen hoc in c. tractavimus. Nam sententia lata cum legitimo defensore, & eo, qui primas, ac potiores habet defendendi partes nocet omnibus his, etiam nec citatis, nec scientibus, qui à jure vieti & condemnati jus proprium deducere conantur, & coguntur. d. l. si suspecta in princip. & §. ult. l. qui repudiantis. d. l. ingenuum. & ei similes. Sed & possessor primogenii legitimus est hujus litis defensor, & is qui primo loco vocatur ad bona majoratus, ut constat. Nam & hunc principaliter negotium tangit: & post eum vocati eodem jure admitti contendunt: igitur eisdem nocere debet sententia, quemadmodum & prodesset, si lata fuisset pro ipso possessore, aut legitimo defensore. Etenim licet sequens in gradu & possessori proximus vocatus fuerit à primo majoratus institutore: ea tamen vocatio pendet ab eo jure, cuius alter primus, ac legitimus defensor est: & ideo quamvis non habeat proximior in gradu jus ab ipso priori, & legitimo defensore, damnum patiatur ex sententia legitimæ lata super illo jure, cuius primus ac legitimus, & principalis defensor alter est, quique damnatus fuit: argum. d. l. si suspecta. & similium. Quamobrem mihi potius placet posterior opinio, quam exitimo magis communem esse, quidquid Decius dixerit.

Sunt vero, qui censem hanc assertionem ita intelligendam esse, ut sententia lata cum hoc legitimo contradicente valeat, etiam si alii, quorum inter sit, non fuerint citati: tamen non præjudicet his, qui post ipsum legitimum defensorem vocati fuerint ad feudum vel ad primogenium, nisi & hi sciverint, causam tractari, sic etenim placet Alex. in cons. 86. col. 2. & in cons. 156. lib. 2. idem Alex. in dict. l. decem. & in dict. l. de unoquoque. Jalon. in dicto cons. III. colum. ult. Fabro in §. licet. Instit. de adoptionibus. Curtio Juniori in dicto consil. 23. colum. penult. Et est communis opinio, teste Jalon. in dicta l. decens n. 42. qui tamen ab ea, ni fallor, jure discedit; non enim potest sibi constare tot doctissimorum virorum sententia, si & hi semel improbata Iserniae Bartoli & sequacium opinione, contrariaque admissa, in hanc verè inciderint interpretationem, ut existiment sententiam latam cum legitimo, & primo defensore validam esse, non tamen nocere his, qui post illam eodem jure & titulo vocantur: etenim præterquam, quod de hoc nemo usquam dubitavit, nec potuit jure dubitare: siquidem manifesti juris est, nec potuit negari sententiam latam ei nocere omnino, cum quo lata est, & qui litem prosecutus ejus defensionem ad condemnationem & summum eventum usque accepit, ut planè hinc constet, tot juris disputationes, & controversias in cassum toties agitatas fuisse; dubio procul hæc communis restrictio tollitur auctoritate Jurisconsulti in d. l. ex

contractu. ff. de re judica. Ex quo loco omnes auctores, qui posteriorem opinionem secuti sunt, probationem ejus adiumpserunt: & tamen inibi sententia nocet & præjudicat substituto, etiam nec citato, nec scienti litem tractari. Sed & hoc urgenter ostenditur siquidem in specie, & casu l. si suspecta. ff. de inoff. testam. & l. ingenum ff. de stat. hominum. sententia omnibus aliis nocet, quos negotium tangit, etiam non citatis, etiam si & hi non habuerint scientiam litis controversæ; quemadmodum superius in hoc ipso capitulo probavimus, imò & in hac quæstione expressim contra communem hanc restrictionem tenuerunt Imol. in d. §. divi. col. 2. & Alex. in d. l. sepè n. 99. asseverantes, nocere sententiam istam sequentibus, & post victimum vocatis, etiam si nec fuerint citati, nec sententiam habuerint motæ controversiæ. Atque ita idem probaverim libenter, minimè admittens opinionem illam, quam Jason. in dicta l. decem communem esse censem: nec enim hactenus satis percepit, quoniam jure possit eadem opinio nomen, & titulum communis consensus habere, cum & Alex. in dicta l. sepè. potius contrarium sequatur. Non obicit huic assertioni responsio Jurisconsulti in dicta l. sepè. quia ubi scientiam requirit alterius, ut ei noceat sententia contra alium lata, profecto minimè tractat de his scientiis, quæ ex propria vi & natura præjudicant aliis: quemadmodum statim explicabitur.

¶ His igitur ita præscriptis superest ejusdem Jurisconsulti distinctionem exponere. Nam tractatus Marcellus, tan sententia inter alios dicta in judicio, noceat, vel profit aliis: quadam eleganti distinctione utitur: Inquit enim, Sententiam inter quosdam latam aliis scientibus causam agi, quandoque nocere: aliis vero etiam scientibus minimè præjudicare. Huic distinctioni statim primo loco aptat Jurisconsultus, exemplum de duabus hereditibus ex eodem testamento unius quidem debitoris. Nam si alter condemnatur, alteri etiam scienti hæc sententia non nocet. Cui exemplo & aliud adnectit: quod facilimum est, & utrumque eodem modo explicat regia lex 19. tit. 22. part. 3. sic denique prius ponuntur exempla, quæ convenienter posteriori distinctionis membro. Prior autem ejus parti statim quasi regulis quibusdam constituantur exempla, in quibus sententia inter alios dicta, aliis scientibus causam tractari nocet. Primò quidem ubi quis de ea re, cuius actio, vel defensio primùm sibi competit, sequentem agere patiatur: etenim in hoc casu ratione tanti consensus ejus, qui poterat rei defensionem adsumere, & alium à priori saltē defensionis loco repellere, sententia ei præjudicat. text. est in d. l. sepè. c. pen. de re judicata.

¶ Sed in specie traditur exemplum de debitore, qui passus sit, creditorem tractare litem super proprietate pignoris. Nam hæc sententia præjudicat, & nocet ipsi debitori, cui verè competit hujuscem questionis defensio. Ita sane patet in d. l. sepè. juxta communem & vulgarem lectionem, quæ itidem constat in ipsis Gregorii Haloandri codicibus. At in Florentinis Pandectis, quæ nuper opera Taureli typis tradita fuere, non subjicitur hoc exemplum, imò potius alterum de creditore, qui patitur causam super proprietate pignoris agi, & tractari cum debitore: nam sententia in hac lite lata præjudicat ipsi creditori. Atque hæc Pisana littera, ut fatetur Accursius in d. l. sepè. Prior vero littera probata fuit à multis, quam tamen falso Pisianam esse censem gl. in d. c. pen. regia vero l. 19. paulò ante adducta manifestè recipit & admittit Pisianam lectionem. Idecirco agendum est de utriusque exempli veritate.

¶ Primum equidem exemplum mirè convenire videtur regulæ à Jurisconsulto traditæ: cum debitorum propriè verè, ac primo loco competat actio, vel defensio super pignoris proprietate. Et ideo si creditor agat,

agat, vel defendat causam in lite mota super proprietate pignoris sciente debitore, sententia lata contra eum, debitori præjudicat, & nocet; non enim potest creditor invito debitore super hoc jure agere, nec defendere: tametsi possit creditor invito debitore agere, & defendere causam super jure pignoris, & sic actione hypothecaria. In quo quidem exemplo potius est constituenta actio ipsius creditoris, quam defensio: cum non satis aptè possit dici, creditorem vocatum ad judicium super re pignori data, posse defendere jus pignoris, nisi ab eo tractetur de proprietate illius, & an debitor tempore dati pignoris fuerit illius dominus, & ejus proprietatem habuerit. Et nihilominus hæc est distinctione magis recepta Doctorum consensu, ut creditor, licet non possit tractare item super proprietate pignoris invito debitore, benè tamen eo nolente, & refragante possit agere hypothecaria, & tractare item super jure pignoris: in qua controversia palam agitur, an res fuerit tempore dati pignoris in bonis debitoris. *I. ante omnia. ff. de probat. I. superatus. ff. de pignor.* satis etenim est creditori, ut obtemperat in hypothecaria, quod probet, rem fuisse in bonis debitoris tempore contractus. *d. I. si superatus. in pr. I. & que nondum. §. quod dictur. ff. de pignor.* licet non probet, ipsum debitorem, tunc temporis dominium rei habuisse. Igitur quoties lis cum creditore agitur sciente debitore super illius rei proprietate, & dominio, tunc sententia lata præjudicat, & nocet debitori propter regulam Jurisconsulti: quod si lis tantum tractetur super jure pignoris, & creditor velit probare, & allegaverit, rem in bonis debitoris fuisse: non tamen tractaverit, an verè fuerit illius, & sub ejus dominio: non nocebit etiam scienti debitori sententia lata contra creditorem. Ita euidem primam electionem conantur, & communem sensum defendere Zasius in d. I. sapè. col. 7. ide n lib. singularium intellectuum. c. pen. juxta veterem ejus operis editionem, quasi debitor in priori casu possit repellere creditorem à judicio, & habeat primam ejus litis defensionem; posteriori verò non possit creditorem repellere à judicio: & idèo ei non noceat scientia litis motæ: nec sententia super ea lata. Quod autem obiter diximus posse creditorem agere hypothecaria, & esse eidem satis, quod probet rem illam tempore obligacionis fuisse in bonis debitoris, nempe ab eo possideri bona fide, nec esse necessariam dominij probationem: tunc obtinet, cum arguitur contra eum, qui absque titulo rem possidet: ut expressum adnotauit Bart. in I. si ab eo. ff. de pignor. & in leg. rem alienam col. 1. ff. de pignor. act. Bild. in I. mater. col. 1. Cod. de rei vendic. & in I. cum res. Cod. si res aliena pignori data sit. Corneus in cons. 288. lib. 4. Anton. Fanensis in tract. de pignorib. 3. memb. 2. partis, numer. 60. Tandem Bart. in dicta I. sapè. col. 2. existimat, Sententiam latam contra creditorem, præjudicare debitori scienti & tacenti, quoties ipse creditor agit hypothecaria adversus possessorem, qui ex eo per sententiam judicium defenditur & absolutur, quod probavit dominium illius rei sibi, non debitori competere. Quo quidem in casu necessarium est, quod debitor sciverit non solum item tractari cum creditore, sed in ea lite controverti de dominio ipsius rei. Idem erit, ubi creditor rem possidens actione reali convenitur, & sciente debitore condemnatur. Nam & tunc nocet debitori hæc sententia: quasi securus sit, auctore Bart. si creditore aente reus fuerit absolutus ex eo quod creditor non probavit dominium debitoris: nec rem in ejus bonis fuisse tempore obligationis, vel ex alia causa, quæ non probat nec convincit, reum illius rei petitæ dominum esse, aut ejus dominium habere. Ita planè Bart. rem istam explicit: Cujus opinionem tenete & probare videntur Paul. Castr. Angel. Imol. n. 19, &

Didaci Covarr. Tom. II.

Zasius in d. I. sapè. col. 7. & in d. cap. penult. Anton. & Abb. n. 8. in d. cap. quamvis de re judic. quorum sententia communis est, ut facetur Carolus Molin. in consuet. Paris. tit. 1. §. 53. n. 29.

¶ Ceterum adversus hanc communem sententiam plura urgunt, quæ difficillime tolli poterint. Primum etenim, quod in hac specie debitor non potest impeditre creditorem agere hypothecaria, vel rem sibi datam in pignus eodem jure defendere: & ex ea causa de dominio debitoris tractare, si facerit ei visum expedire. *I. si convenerit. in 2. ff. de pign. act. I. de accessionib. ff. de divers. & temp. præscript. I. si cum notissimi. C. de præscript. 30. vel 40. annor.* Etenim huic exemplo non convenient regula tradita per Jurisconsultum in d. I. sapè in priori ejus membro. immo ea deficiente concedendum erit, sententiam latam contra creditorem agentem hypothecaria, vel rem pignori datam defendantem, etiam præmissa quæstione dominii, non nocere debitori scienti. Secundò huic rationi accedit, quod defensio rei date in pignus quod ad jus pignoris, cui adhæret regulariter, & ad majorem, ac certiore victoriam, dominium debitoris, primò spectat ad ipsum creditorem, ut constat. Et idèo non obtinet ratio Juriscons. in d. I. sapè. Tertium, quod rem ipsam amplius aperit, ex eo deducitur, quia communis conclusio nullibi in jure probetur. Etenim si ea alicubi probatur, ea probatio colligitur ex d. I. sapè. juxta vulgo receptam litteram, quæ tamen falsa & impositiva est: cum in Pandectis Florentinis, quæ olim erant Pisanæ, priori regulæ, aut membro aptetur exemplum de creditore, qui patitur debitorem litigare super re sibi data in pignus: nec ulla mentio fit ejus exempli, quod vulgo traditur, & adhuc in Neotetricis Pandectis à Gregorio Haloandro probatur: idcirco adversus communem sententiam expessim tradidere Cumanus, & Alexander. in d. I. sapè nu. 88. Carolus Molinæus in dict. §. 33. num. 19. & sequent. sententiam latam contra creditorem super dominio, quod debitor habere asseverat in re pignori data, non nocere ipsi debitori, etiam scienti causam de dominio propriæ rei cum creditore tractari. Quam opinionem ipse veriorem esse censeo: cum littera Pisana, quæ constat ex Pandectis nuper Florentiæ excusis, eamdem prober. Hanc verò lectiōnem, quam Pisanam & Florentinam dicere verè possumus, admittendam esse alia expuncta, censem Alberic. Cuman. & Alexand. in d. I. sapè. Henic. in d. c. penult. de re judic. Carolus Molinæus in d. §. 33. n. 19. eamdem probat regia partitatum lex. 19. tit. 29. part. 3. cuius auctoritas maximam probationem exhibet, his qui lectionem Pisanam defendere conantur: quibus etiam suffragatur text. in I. ab executore. §. alio. ff. de appellat. ibi tamen de præsente vel absente creditore responderetur, quod in d. I. sapè, de scienti, vel ignorantie distinguitur. Sic sanè regia lex 4. tit. 23. part. 3. trancribeas verba Jurisconsulti in d. §. alio. de scienti & ignorantie illa interpretatur.

¶ Ex quibus appetat, sententiam latam contra debitorem super dominio rei creditori data in pignus, nocere ipsi creditori scienti item ea de re tractari. Hoc etenim probatur aperiè in d. I. sapè. juxta litteram Pisianam, & tenent omnes, qui proximè citati fuere ad eisdem litteræ probationem: præsettum regia lex conclusionem istam manifestam facit. Ea verò est intelligenda in proprio pignore: nempe cum res traditur ipsi creditori reali traditione in pignus. Nam si quis agere velit rei vendicationem ad rem istam, ipsum creditorem convenire primò debet, & ad judicium vocare: quia defensio, & actio pro hac re primo loco, & præcipue ad creditorem spectat. I. serv. in omni. ff. de usuc. Propriè autem \*

a. citur pignus, cum res ipsa traditur creditori. I. si rem alienam. à proprie, ff. de pignorat. actione. Id circò huic exemplo apertissimè conuenit ratio Jurisconsulti in dicta. I. sape. vel ex eo, quod prima & principalis rei defensio, vel pro te actio propriè competit creditori, non debitori. Atque ita locum Jurisconsulti interpretatur regia lex: atque item Raphael Cumanus, & Alex. in dicta I. sape. n. 89. ex quibus Alexander scribit non ita respondendum fore in re hypothecæ jure creditori obligata, non tamen ei tradita. Etenim in hac specie sententia lata contra debitorem, etiam creditori scienti non nocet, nec præjudicat: tametsi Cumanus admodum dubius tentaverit contrarium insinuate. Non obserit text in I. si superatus. ff. de pignor. quo in loco apparet, sententiam latam contra debitorem super pignore non nocere creditori: quia vel locus ille est intelligendus; ubi creditor ignoravit litem tractari cum debitore super dominio pignoris secundum gl. & communem, vel quoties sententia simpliciter lata fuerit non convincens, nec ostendens, dominium rei tempore obligationis victoris fuisse. Tamdem in summa, ut quæstionem istam absolvamus, ex ipso Jurisconsulto deducimus, tunc demum sententiam inter alios latam aliis nocere, cum tria concurrunt simul, non alias regulariter. Primum scientia illius, cui nocere debet sententia: oportet enim quod is sciatur causam agi, & tractari. Secundum, quod hujus litis & controversiae defensio, & actio primo loco, præcipue, ac directè spectet ad illum, non ad litigantem, etiamsi ejus inter se victoriem obtinere. Tertium, quod in hac lite tractetur de jure, & dominio litigantis, à quo velut ab auctore proprio constat jus, vel dominium ipsius, qui patitur rem istam cum alio tractari. Hæc manifestè colliguntur ex verbis Jurisconsulti, quemadmodum optimè probat Carolus Molinaeus in d. s. 31. n. 18. Imò ex his opinor ipse, hanc tantum regulam à Jurisconsulto tradi in d. I. sape. vers. sed scienibus, ad vers. nam et si libertus, cum omnia exempla inibi tradita pertineant ad rationem istam, quam veluti regulam constitui mus, ut constat in exemplo creditoris & debitoris; saceri aut uxoris, & mariti: venditoris, & emptoris. Locus autem Jurisconsulti hic equidem est, ut statim probemus, que modo diximus. Sed scienibus sententia qua inter alios data est obest: cum scilicet quis de ea re, cuius actio, vel defensio primùm sibi competet, sequentem agere patiatur, veluti si creditor debitorum experiri passus sit de proprietate pignoris, aut maritus sacerum, vel uxorem de proprietate rei in domum accepta: aut possessor venditorem de proprietate rei empta. Et hac ita ex multis constitutionibus intelligenda sunt: cur autem his quidem scientia nocet, superioribus vero non nocet, illa ratio est, quod cum scit coharedem suum agere, vel conveniri, prohibere illum, quo minus uii velit propria actione, vel defensione utatur, non potest: is vero qui priorem dominum defendere causam patitur, ideo propter scientiam prescriptione rei, quamvis inter alios judicata, summovetur: quia ex voluntate ejus de jure, quod ex persona agentis habuit, judicatum est. Haec tenus Marcellus Jurisconsultus, vel Macer. lib. 2. de appellat. ex Florentinis Pandectis, quæ in eo tantum exemplo creditoris, & debitoris à vulgata lectione differunt: ex quibus apparet, in tribus exemplis traditis à Jurisconsulto, quibus constat regula, quæ dictat scienibus aliquando nocere sententiam inter alios datam, eam tantum rationem adduci saltem ut necessariam, & efficacem proponi, quod quis patiatur priorem dominum, quem sequentem appellat, de jure ipso tractare, quod ex ejus persona habuit. Quo fit, non esse satis, ut res inter alios acta, alteri noceat, quod possit quis prohibere causam illam ab alio tractari in judicio. Hoc enim non suf-

ficit nisi de eo jure tractetur, quod quis ab eo habuit, qui causam agit, vel defendit.

Denique Jurisconsultus (nisi & ipse fallor) censem est esse, ut sententia inter alios data, aliis non noceat, etiam scientibus, quod non possit quis agentem, vel defendantem prohibere actione, vel defensione uti. Attamen ut hæc sententia noceat, non deducit ex contrario rationem unicam, imò amplius requirit, quod tractetur de jure illo, quod is, qui scit, & patitur, causam agi, habuit de agente vel defendant: & quod primùm sibi actio vel defensio competit. Hæc enim apparent ex rationibus, & exemplis Jurisconsulti, qui & hoc ipsum rursus repetit in ultima parte illius responsi, dum is inquit: Nullum tamen præjudicium patior, quia nec ex jure, quo Tit. viclus est, vendico, nec potui Titio interdicere, quo minus suo jure utatur. Hæc inquam verba, ut sententia noceat, per conjunctionem requirunt & exigunt duo. Primum, quod possim ego interdicere alteri, ne vel actione, vel defensione utatur: quia mihi competit primo loco defensio aut actio. Secundum, quod in ea lite tractetur de jure, quod ipse ab altero litigante habui & obtinui. Imò hæc duo ad unum rediguntur, si exactè intelligentur. Etenim ubi tractatur de jure quod in me Titius transtulit, possum ipse Titio interdicere, ne pro eo jure agat, vel defendat primas obtinens litis ac defensoris partes: tametsi me invito possit liti, & causæ assistere, quia plerumque ejus maximè interest. Unde aperitur mihi verus intellectus Gregoriani responsi in cap. penult. de re judic. cuius hic est contextus: ¶ §

*Quamvis regulariter aliis non noceat res inter alios judicata: ei tamen qui cum sibi primùm de ea re actio vel defensio competebat, sustinuit sequentem agere: ac illi etiam, qui passus est, cum à quo causam habuit experiri, est præjudicium generatum. His equidem verbis, etiamsi videatur multis, duos casus à regula exceptos esse, unicus tamen casus, & unica tantum exceptio continetur, quæ deducitur à Jurisconsulto in d. I. sape. vers. sed scienibus, cuius mentem manifestè collegit, ac deduxit brevi quadam sententia Gregorius IX. & idè is eumdem sensum ac eamdem interpretationem patietur, quam paulò ante Jurisconsulto apavimus: si quidem prior exceptio per posteriorem apertior sit in hunc sane modum: ut in utraque exceptione præjudicium ex sententia inter alios data constitutur illi qui primas habens actio- nis vel defensionis partes passus est alium, à quo jus, & causam, ac dominium habuit, de eo jure tractare, quod in ipsum jam transtulerat. Hoc enim in priori exceptione probatur ex eo, quod sit mentio illius, qui de ea re, cuius actio vel defensio priori loco competebat, sustinuit sequentem agere. Sequens autem hic intelligitur secundum Jurisconsultum in d. I. sape. actor, à quo quis causam habuit. Idem in secunda exceptione apertiùs traditur, & constat ex rationibus, & exemplis Jurisconsulti in dict. I. sape. à quo deducitur Gregoriana decisio. Alioqui si quis existimet, priorem exceptionem à posteriori distingui, & eam sufficere simpliciter ad hoc, ut sententia inter alios data aliis præjudicet, multa profectò probabit, quæ admodum aliena sunt à vero Jurisconsulti sensu, & ab his, quæ ex aliis utriusque juris responsis palam deduci possunt.*

¶ Supereft nunc hinc adnotare, quoniam sensu accipientium sit quod ab eodem Jurisconsulto traditur in dict. leg. sape in vers. nam & si libertus, inquit enim Macer: *Nam & si libertus meus me interveniente servus vel libertus alterius judicetur, mihi præjudicat. Communis etenim interpretatio hoc denique probat, ut sententia lata in hoc casu contra libertum præjudicet patrono scienti litem tractari cum ejus liberto: quem sensum admisit regia lens. 20. sit. 22. part.*

part. 3. eundem tenuerunt gloss. Ang. Bart. Imol. & Doct. communiter, ut facetur Alex. in d. l. sapè, n. 90. Abb. in c. cum super. de re judicat. col. 6. Anton. in d. cap. pen. n. 7. idem Anton. qui assertit, esse hanc opinionem communem apud juris civilis professores in d. c. cum super. n. 16. qu. 3. fatetur hoc ipsum Ang. Aret. in l. à sententia, col. 4. ff. de appell. à quibus libertissimè discedam; quippe qui non possum mihi persuadere aliqua ratione, hanc eorum opinionem veram esse, & ideo nisi lex regia, quæ in hoc regno servanda est, eam probasset, etiam in praxi contendetur, contrariam veriorem esse omnino.

¶ Primum etenim constat, hujus cause defensionem, cùm libertus alicujus ab alio petitur in servitatem, principaliter pertinere ad ipsum libertum, consequenter autem ad patronum, l. principaliter, in 2. C. de liber. caus. ergo tunc non potest obtinere regula Jurisconsulti † in d. l. sapè, ex qua respondit, sententiam inter alios datam aliis nocere; quoties is, cui primo ejus cause defensio competebat, passus est, sequentem agere, vel defendere. Nam in hac specie ipsi liberto primùm competebat hujus cause defensio: igitur non nocet eo capite patrono, nec nocere potest, etiam scienti, sententia lata contra libertum. Secundò, nec alia ratione poterit quis ex Jurisconsulto communem opinionem deducere: cùm patronus illud jus, super quo controvertitur, minimè habuerit à liberto, tanquam ab auctore, imò potius libertus obtinet libertatem à patrone: & ideo prorsus alienum est à Jurisconsulto, quod sententia lata contra libertum super servitute vel libertinate, noceat patrono, etiam scienti. Deinde tertio apparet, falsam esse communem sententiam, si ad amissum observemus veram interpretationem tex. in dicta leg. sapè, quām paulò antè tradidimus. Quibus tandem sit, non posse jure defendi opinionem communem, & ideo respondendum est, sententiam latam contra libertum super servitute, vel libertinate non nocere ipsi patrono, etiam scienti. Quemadmodum tenent Alex. in d. l. sapè, n. 90. & ibi Zasius, idem Zasius lib. 2. sing. intellect. c. 27. Carol. Molin. in dict. §. 31. n. 23. quibus & alia ratio accedit, quod patronus non potest prohibere libertum eandem causam prosequi, & tractare, l. invitatus, ff. de fideicommiss. liber. huic etiam opinioni adversus communem suffragati videtur Innocent. in c. cum super de re judica. scribens, sententiam latam contra subditum alicujus, aut ejus vassallum domino scienti nocere quoad possessionem; non tamen quoad proprietatem. Cujus distinctionis posteriorē partem sequuntur Panorm. & alii in d. c. cum super, ubi gl. in verb. non noceat, auctoritate tex. eandem opinionem probat, quam itidem tenent idem Abb. in c. audit. 5. col. de prescript. & est communis opinio secundūm Felin. in d. c. cum super. col. 5. & Alex. in d. l. sapè, n. 91. & n. 101. idem fatentur Imol. in c. pen. de re jud. num. 12. & Panorm. in d. c. cum super, n. 17. & Fel. in d. c. audit. n. 25. tametsi contrarium velit tenere Imol. in d. l. sapè, & in d. penult. assertans, etiam quoad proprietatem, hanc sententiam domino scienti nocere. Idem p̄mittere, ac tenere videntur Doct. in c. 1. §. si vasallus 3. si de seu fue. controver. inter dom. & agnat. vasall. & in c. 1. §. 1. de invest. & alienat. facta, & in c. unico de controv. inter vasall. & alienum de beneficio. Communem tamen sententiam & Zasius sequitur in d. l. sapè, fol. 7. nec poterit congruè responderi decretali cùm super, nisi quis secutus Imolam dixerit in eo casu non præjudicare domino sententiam, quia is fuerit ignorantis. Quod tamen falsum est. Nam data ignorantia nec præjudicium fieret in possessione, nec in proprietate: imò posset quandoque dominus executionem hujus sententiae impetrare, ne fieret in

Didaci Covarr. Tom. II.

eius prejudicium. Et nihilominus secundūm communem illius cap. interpretationem sententia ratione scientiæ alteri præjudicat quoad possessionem. Quod si hæc induc̄tio displiceat, dicendum erit ex illo responso satis deduci scientiam Ovetensis Ecclesiæ propter locorum propinquitatem, & diuturnam, & maximè controvertam illius litis disceptationem. Qua ratione regia lex Partitarum, qua probat in dict. l. 20. sententiam latam contra vasallum præjudicare domino scienti, est interpretanda secundūm hanc communem distinctionem, ut non præjudicet quoad proprietatem: ne dicamus regiam legem à veterum opinione discessisse: & tamen ipsa lex tam de proprietate, quām de possessione age-re videtur: præsertim quod deducitur ex §. nam et si libertus, quo in loco etiam de proprietate tractatur: atque adeo Imol. opinio fortassis lege regia probatur.

¶ Cæterū quod domino præjudicium fiat quoad possessionem data ejus scientia, si non appellaverit, probare conantur gloss. Innoc. & omnes in d. c. cum super, quorum opinionem fatentur communem esse Panorm. & Fel. ibi, Imol. in d. cap. penult. Alex. in dict. l. sapè, & denique omnes, qui & præcedentem asseverant frequentiori calculo receptam fuisse. Quam etiam sequitur Bellamera decis. 712. Hujus sententia probatio adlumitur ex responso Romani Pontificis in d. c. cum super. Quo tamen in loco non appetat, an tertius ille, qui non fuit expressim condemnatus, possideret, imò potius deducitur, tum non possedisse tempore sententiae: cùm is graviter in judicio conquestus non dixerit, monasterium se possidere, sed id ad se pertinere: & tamen quia ejus intererat, non transferri possessionem in ipsam vietorem: ex eo forsan quod ab eo difficulter, quām à reo condemnato eam obtinere, & evincere posset, auditur appellans ad impediendam sententiae executionem, quæ maximum eidem præjudicium inferret, si statim omnino fieret: vel ex eo, quod Ecclesia Ovetensis, si ea possideret, frequentissimè in ea possessione turbaretur ab Auriensi Episcopo. Et id fortasse iniquè, nondum Ecclesia Ovetensi per sententiam condemnata. Huic interpretationi accedit ratio quædam. Nam in d. c. cum super, etiam tertio sciente & non appellante, scribit Papa, sententiam mandandam esse executioni, tamen absque ejus præjudicio. Quod equidem maximum si fieret, si possessione propria per eam executionem privaretur. Et præterea quod in eo casu, sententia nec quoad possessionem præjudicet, ex eo deduci poterit quod Romanus Pontifex uitur ad eam decisionem regulam juris: Res inter alios alia aliis non nocet: nec uitur aliqua exceptione deducta d. l. sapè, unde cùm hæc regula domino, etiam scienti patrocinetur, consequens est, non nocere nec quoad possessionem sententiam latam contra subditum & vasallum. Nec quidquam obserit sensus à contrario deductus ex priori parte distinctionis. Nam is non est ita intelligendus, ut si executio fiat contra monasterium præjudicetur possessioni Ovetensis Ecclesiæ, sed ita plane illa ratio est interpretanda, ut omnino executio fieri debeat contra monasterium, etiam Ovetensi Ecclesia appellante, & legitimè eamdem appellationem proponente, si ex illa executione nullum damnum, nullave læsio Ovetensi Ecclesiæ quoad possessionem sequatur: in illis denique juribus, in quibus nullum fit Ecclesiæ Ovetensi, diversa jura possidenti, præjudicium: sicut ipsem Pontifex in ultima parte responsi palam explicat. His accedit, quod nec ex jure Pontificio, nec civili, quibus responso decretalis innititur, sententia inter alios lata, aliis nocet, nec quoad possessionem: quod constat ex dict. l. sapè, & ex d. cap. penult. Quibus tandem rationibus adver-

# 556 De tertiiis oppositoribus eorumque admissione.

Ius communem tenuerant Card. Abb. & Fel. n. 12. in dict. c. cum super. idem Abb. in consil. 3. q. 10. 2. lib. & consil. 89. col. ult. lib. 1. Bald. & idem Abb. in c. veniens, in secundo de testibus Carol. Mol. in dict. §. 31. n. 28. Panorm. in c. auditis, de prescript. quorum opinio, nisi refragaretur regia Partitatum lex mihi iure probabilius videtur, praxique juxta exactitudinem & rigorem commodior. Sed & in questione de liberto, & patrono patrum urget pro communi, text. in d. l. sapè, versic. nam. Et si libertus, cum in ea specie sententia lata contra libertum, id est noceat patrono, quia patronus in judicio, quod cum liberto agitur, intervenerit, id est, ipsum liberti jus, & causam defendet: sicuti verbum Jurisconsulti intellexere Joan. vetus interpres in d. l. sapè. Innoc. Joan. Andr. & Abb. num. 18. in d. c. cum super. Alex. in d. l. sapè n. 90. sed & Zasius in d. c. 27. Et in d. l. sapè, censet non esse necessariam defensionem patroni: sed satis esse, ut ei noceat sententia, quod intervenierit, id est, praesens fuerit liti. Nam haec significatio propria est ex Cicerone, & aliis: & sequitur Carol. Mol. in d. §. 31. nu. 23. omnes tamen qui adversus communem sententiam stant & eam improbarunt, in hoc conveniunt quod existimant, non sufficere solum scientiam: & profecto absurdum est, & ab interpretatione Latina, atque à Jurisconsulti mente admodum aliena interpretatio, si dictio illam, *Me interveniente, accipias pro Me sciente*: cum in eodem responso toies de scientia planè Jurisconsultus meminerit; quemadmodum Zalios censet: tametsi ex Jurisconsulto Martian. in l. ab executori, §. alio. ff. de appellat. quibusdam videri possit, communem significationem congruam esse, maximè juxta sensum, & lectionem Pisanam, quam de creditore, & debitore, probavimus superius: in quo est observandum in dict. §. alio, convenientem ad differentiam absentis, & sic praesentem significari. Et id est ipse potius sequor opinionem communis contrariam: etiamsi communis Regia lege partitarum recepta sit. Nec incongruit priori Jurisconsulti responso exemplum hoc de libero & patrono, etiam juxta hanc interpretationem, immo eidem aptatur. Quia sicut in prioribus exemplis scientia cum concursu aliarum rationum operatur hunc effectum, quod præjudicet sententia inter alios lata propter quemdam tacitum consensum in litis examen, ita & ipsa defensio, vel praesentia patroni in ipsius causa examine arguit, & ostendit quemdam consensum quem præstat videtur patronus, ut & de ipsius iure tunc per iudicem decernatur; quemadmodum Alexander & alii explicarunt. Idcirco mirum non est, si sententiam in ea causa contra libertum data ipsimet patrono præjudicet. Atque haec sufficiant pro brevi quadam Jurisconsulti interpretatione. Ex quibus opinor ipse priorem partem dicti responsi fecus legi, & tradi ex Pandectis Noricis Gregorij Ha oandri industria in publicum emissis, quam ex Florentinis, in quibus lectio eadem est, quæ modò vulgo circumfertur. At apud Noricum codicem ita legitur.

Sapè constitutum est, res inter alios judicatas, aliis non præjudicare. Quod tamen quamdam distinctionem habet. Nam sententia inter alios dicta, aliis quibusdam etiam scientibus non obest. Quibusdam vero etiam contra ipsos judicatum sit, nihil nocet. Hactenus prior pars, in qua dictio, etiam, quæ primo loco apposita est, faciliorem sensum, & integrorum efficeret, nisi posterius dictoris membrum disideret. Et nihilominus ego ita legendum esse censerem, etiam utroque codice refragante: Nam sententia inter alios dicta aliis quibusdam scientibus obest. Quibusdam vero, etiam scientibus si contra ipsos judicatum sit, nihil nocet, vulgo etenim, & in Pandectis Florentinis ita præscripta di-

stinctio legitur: *Nam sententia inter alios dicta, aliis quibusdam etiam scientibus obest, quibusdam vero etiam si contra ipsos judicatum sit, nihil nocet.*

Hinc denique conitat, propriet præjudicium quod juxta distinctionem Jurisconsulti hoc in loco à nobis examinatam, ex sententia inter alios dicta deducitur adversus alios, & ne sit necessaria scientia probatio, frequenter in praxi per regias litteras ad hoc, ut is, qui non litigat, certior fiat litis pendentis, & status causæ ad eum effectum quod ei præjudicent acta, & sententia eo quidem præjudicio, quod jure & legibus ea ex causa irrogatur. Nam si hic tertius à litigantibus non accesserit ad judicium, nec causam suæ prosecutus patietur ex sententia damnum, & præjudicium illud quod ex Jurisconsulti responso in d. l. sapè, imminet aliis, ex sententia inter alios dicta. Et licet Paulus Castrensis, & Alexand. in l. servus plurium, §. 1. ff. de legisbus, quendam alium effectum ex citatione deducere coenantur, mihi profecto is non placet, & id est Jurisconsulti decisio in dict. §. 1. etiam obtinebit, ubi legatarij fuissent ad causæ examinationem citati, nec tamen ipsi defensionem ejus acceperint, existimantes hæredem, cui prima iure defensio competebat, testamentum, & ejus vires absque illa conclusione, fraude vel culpa, & injuria defensorum, ac judicem recto juris tramite eamdem causam proprio judicio definiturum: qua ratione nec sententia litis noceret legatariis in specie tradita per Jurisconsult. ibidem: sicuti contra Paulum optimè probat Alexand. inibi post Angel. & Imol. in d. l. si perlusorio, ff. de appellat.

## C A P U T XIV.

Rursus de eadem re, ac de Tertiis Oppositoribus, quonam modo sint admittendi.

## S U M M A R I A.

- 1 Sententia lata contra presentatum, electum, vel institutum: an præjudicet presentanti, electori, vel conferenti?
- 2 Intellectus c. cum olim de caus. poss. & proprietate?
- 3 Minor qui se liti opponit ad coadjuvandum, an possit resistui in integrum ad probandum?
- 4 Tertius oppositor, qui ad judicium accedit, auctor, vel reum, aut utrumque à re petita exclusurus, non cogitur adsumere item in statu quo versatur: & tamen non potest impedire distinctionem ejus inter auctorem & reum, nec differre.

Cum proxime tractaverimus interpretationem Jurisconsulti in d. l. sapè, par nunc est inquirere an ex eo responso possit definiri ea quæstio, quam plerique ad unguem videntur examinasse: quando sententia fertur adversus beneficij Ecclesiastici possessorem, super eo beneficio ex ea causa quod qui illud ei contulerat non habuerit jus conferendi. Quætitur † numquid sententia lata in hac lite contra illum cui est collatum beneficium, præjudicet illi, qui contulerat super iure conferendi: cuius causa lata fuerit? & hanc sententiam præjudicare collatori quantum ad possessionem, non quoad proprietatem, si sciverit is causam hanc super eo iure tractari, conantur probare, & tenere Card. per text. ibi in capit. cum olim de caus. possess. & proprietate Imol. Panorm. num. 23. Felin. num. II. in c. penale. dere jud. idem Fel. in capitulo ad petitionem de accus. num. 18. Ang. & Alex. in dict. l. sapè, n. 54. Lambert. in tract. de iure patro. lib. 2. part. 1. qu. 11. art. 9. Bald. in leg. sive Cod. ad Vellej. col. ult. horum vero auctorum eadem est concors sententia, ut idem sit dicendum in sententia lata contra electum, vel contra

contra praesentatum ex defectu juris praesentandi, aut eligendi, ut praejudicet praesentanti, & eligentibus. Ita etenim praeceteris adnotarunt Imol. Panorm. Fel. & Cesar. Lambert. in praecitatis locis. Apud quos est & alia omnino recepta opinio ut est contrario sententia lata super jure eligendi, conferendi, vel praesentandi contra electorem, collatorem, vel patronum, praejudicet praesentato, electo, vel ei, cui beneficium collatum fuerat. Sic sane praedicti autores quaestionem istam definierunt auctoritate gloss. in c. cupientes, §. ceterum in verb. nullum praejudicium, de elect. in 6. & in c. hoc quippe, 3. qu. 6. verb. his amotis. Sed & prior conclusio probatur ab his auctoribus ex ratione text. in d. l. sapè, qua in parte ponitur exemplum de creditore & debitorre, ut sententia lata contra creditorem super proprietate pignoris noceat debitori scienti: quasi visus sit debitor permittere quod creditor super pignoris proprietate causam tractet. Sic etenim & in hac specie qui contulit beneficium, videtur permisisse illi, cui contulit, causam agere, vel defendere super jure conferendi. Quam rationem adeò falsam esse censeo, ut planè demiteret, cur ea tot viris, eisdemque doctissimis placuerit. Nam etsi collatio beneficij jure ipso collationis permiserit illi, cui beneficium contulit, quoad illud beneficium, & quoad effectum defendendi rem sibi collatam, agere, & tractare de jure conferendi: non equidem pat est, nec poterit ratione persuaderi, eidem permisisse, quod de jure conferendi in universum ageret, causamve de ea re tractaret: praesertim quia is, cui beneficium fuit collatum, quantum ad illius defensionem primas partes à jure habet ad illius causæ defensionem, & examen: cum tractetur de re, quæ ad ipsum verè pertinet, nec possit collator eidem interdicere hujus causæ defensionem & prosecutionem. Qua ratione, & quia in cap. supra proximo exemplum illud debitoris, & creditoris impugnavimus, non satis placet communis opinio, quam ipse falsam esse opinor etiam ex eo, quod dispar est ratio hujus questionis, & exempli de debitore: si quidem collator beneficij non transtulit ex collatione jus conferendi in ipsum, cui beneficium contulit: tametsi debitor in creditorem tradito pignore transtulerit rei possessionem, & jus ipsam defendendi, pro eaque agendi, l. servi nomine, ff. de usucaptionibus, multo minus suffragatur communis sententia text. in d. l. sapè, vers. nam si libertus, propter ejus verum intellectum, cuius & nos meminimus in capit. precedentem, & præterea sententia lata contra libertum, etiamsi juxta communem intellectum noceat patrono scienti, id equidem praejudicium ad illam tantum causam quæ in judicium deduxa est, attinet, ita quidem ut illius liberti patronatus amittatur, non sic in praesenti casu, in quo agitur de jure conferendi quoad unum tantum beneficium, & traditur, sententiam collatori nocere in universum quoad quasi possessionem conferendi cætera beneficia. Ea verò decisio, quæ adducitur ex capitul. cum olim, potius est contra communem, ut inibi adnotavit Panorm. Romanus etiam Pontifex expressim asseverat, rem inter alios actam aliis non nocere, camque regulam aptat illi responsioni in qua agitur de sententia lata in possessione, ut Doctores fatentur: igitur & in possessione admittenda est regula ipsa, quia ipsius responsi, & decretalis auctor uicit in hunc modum, ut sententia lata inter Canonicos illos, & Archidiaconum in favorem ipsius Archidiaconi, cui Episcopus dignitatem contulerat, non noceat Canonicis quoad Episcopum, cum quo res acta non est. Et quamvis summus Pontifex salvam fecerit Canonicis causam proprietatis: id ex eo factum est, quod constiterit ipsiusmet Canonicis litigantibus, quasi possessionem juris con-

Didaci Covarr. Tom. II.

ferendi penes Episcopum esse: & idem cum ex actis visum fuerit nullum jus habere Canonicos quoad possessionem, responsum est salvam eisdem manere causam proprietatis, non tamen ex eo ipsis negatur jus agendi quoad possessionem interdicto Unde vi, si soluerint adversus Episcopum allegare, se expoliatos possessione conferendi fuisse: f quod Panormit. in d. capitulo, cum olim, fatetur. Ego verò ulterius animadvertisendum censeo, quod in dicto capitulo, cum olim, lis, & causa tractabatur inter eos, qui contendebant, se habere jus conferendi, & illum, cui Episcopus contulerat: qua in controversia sententia lata fuit pro eo, cui contulit Episcopus beneficium, ea quidem ex causa, quod Canonici non erant in possessione juris conferendi: & subdit Romanus Pontifex, eam sententiam, cum inter alios dicta sit, non prodesse Episcopo, nocere Canonicis, quo minus super proprietate juris conferendi adversus Episcopum possint agere, si velint jus suum in judicium ducere, ex quibus plura sunt observanda ad hujus questionis veram resolutionem.

¶ Primum, quod dubio procul, cum lis tractatur inter electum, praesentatum, vel eum, cui est collatum beneficium, & eos, qui ex contrario contendunt, se habere jus conferendi, praesentandi, vel eligendi, sententia lata in favorem electi, praesentati, vel instituti, nocet adversariis omnino, quoad illam presentationem, electionem vel institutionem: quia ab instituto, praesentato, vel electo victi fuerunt. Hoc etenim constat in d. c. cum olim. de caus. poss. & propriet.

¶ Secundum, quod ea sententia etiam his victis & condemnatis non nocebit, nec proderit praesentanti, instituenti vel eligenti victorem quoad causam proprietatis: quemadmodum probatur in eod. cap. cum olim.

¶ Tertium, imò nec quoad jus possessionis, vel quasi, si velint qui victi fuere agere interdicto Unde vi, secundum Panorm. in dict. c. cum olim. rametsi non fuerit reservata causa possessionis à Romano Pontifice ibidem, quia constituerat Episcopum fuisse, & esse in quasi possessione juris conferendi ex eo, quod eam dignitatem bis jam contulerat: adquiritur enim quasi possessio praesentandi, conferendi, vel eligendi ex unico actu, qui est, & fuit effectum sortitus, textus optimus (juxta gloss. intellectum) in c. consultationibus, de jure patronatus, gloss. celebris in c. si vero eod. tit. ubi Panorm. & alii. Card. conf. 12. de jure patron. Abb. in conf. 54. lib. 1. conf. Abb. idem in c. 1. de religio. domib. latè Dec. conf. 129. & conf. 149. col. 2. Rip. in c. cum Ecclesia. de caus. poss. & propriet. n. 91. Joannes de Milis in verb. Patronus ex unica presentatione. Soc. conf. 258. lib. 1. col. 1. Alex. conf. 74. lib. 4. colum. 3. & ibi Carol. Molin. Rochus de jure patronat. in verb. competens, quest. 14. quorum opinio communis est, ut fatetur eam secutus Cesar Lambert. de jure patron. 2. lib. 1. part. 3. q. princip. art. 11. idem asseverant Ripa & pletique alij ex praecitatis. Præsentatio verò, electione, vel collatio pertinet ad eum, qui est in quasi possessione horum iurium: cum sic fructus ipsius quasi possessionis, text. insignis in d. cap. consultationib. de jure patron. conductit ad idem text. in cap. querelam, de elect. & in d. c. cum Ecclesia. & hoc apud omnes adeò receptum, ut plurima hinc deduci soleant: potissimum quod præsentatus ab eo patrono, qui est in quasi possessione, præferendus sit præsentatio à vero patrono interim dum nondum est sententia lata in proprietate juris patronatus, & sic erit instituendus modò ante institutionem, & post præsentationem non pronuncietur sententia in causa proprietatis adversus possessorem: quemadmodum notant Innoc. & Abb. in d. c. consultationib. Rochus in

Aaa 3

d. verb.

## 558 De tertiiis oppositoribus eorumque admissione.

d. verb. competens, quæst. 19. Dec. in conf. 127. Ripa in d. cap. cum Ecclesia. col. pen. Card. omnes in d. cap. consultationibus. Panorm. in dict. cap. querelam, 2. col. latissime Lamberti. in dict. 3. quæst. principalis artic. I. optimè Rota in antiquis qu. 575. Dynus in reg. 1. de reg. jur. in 6. qu. 7. gl. in pragm. sanct. tit. de pacificis poss. in verb. inquirant. §. ordinarij. Abb. in c. nihil col. 5. de elect. Joan. de Selva, in tract. de beneficio. 2. par. qu. 7. & quæst. 12. Ex quibus duo constant: Primum, quod in d. cap. cum olim. Archidiaconus ille non esset dignitate privatus, etiam si Canonici in causa proprietatis obtinuerint adversus Episcopum sibi competere jus conferendi, secundum, quod Romanus Pontifex noluerit reservare canonici expressum jus quasi possessionis, quia presumpsit, eos minimè acturos ad possessionem, cum ipsi simet litigantibus cum Archidiacono ab Episcopo in instituto probata esset quasi possessio ipsius Episcopi.

¶ Quartò est omnino observandum, quid respondendum foret si in specie proposita in dict. cap. cum olim. fuisset tractata lis non cum ipsis canonici, qui jus conferendi contendebant habere, sed inter Archidiaconum ab Episcopo, & alium à canonici in eadem dignitate institutum, vel electum, atque pronunciatum fuisset pro instituto ab Episcopo, & profecto juxta communem opinionem, si causa esset agitata scientibus canonici, noceret eis sententia quoad possessionem, at verò secundum eam opinionem, quam nos nitimus defendere, nequaquam noceret eis, etiam scientibus sententiam quoad possessionem: tametsi salvo eorum iure nihilominus sententia mandaretur executioni adversus victimum, & victori tradenda foret possessio dignitatis, aut ipse in ea defendendus esset, si eam obtinet: absque ullo tamen prajudicio juris conferendi, vel eligendi, quod canonici habere contendebant, etiam quoad quasi possessionem. Et hæc quidem quantum ad prænotatam, ac propositam controveriam.

¶ Nunc verò maximè oportet expendere quod proximè diximus: nempe sententiam latam contra electores, patronos, vel collatores super iure eligendi, præsentandi, vel conferendi, nocere ipsi electo, præsentato, & instituto, qui sciverit, causam super eo iure tractari. Nam etiamsi hæc sit communis opinio, falsa itidem est, nec iure probatur. Quod facilimè apparebit si quis examinare velit exceptiones singulas, quæ dict. leg. sapè, & in dict. capit. penult. de re judicata, constituuntur ab illa regula: Res inter alios dicta, aliis non nocet. Non enim actio, vel defensio super his juribus primo loco competit electis, præsentatis, vel institutis: imò potius electoribus, patronis, vel collatoribus, qui minimè possunt impediri ab aliis, ne item hanc persequantur. Deinde non agitur in hac lite de re, vel iure quod in alios litigantes transtulerint, cum in neminem per electionem, præsentationem, aut collationem jus eligendi, præsentandi, vel conferendi transmiserint. Nec huic casui commodè aptari potest, etiam secundum communem intellectum text. in l. sapè vers. nam eis libertus. Quibus equidem rationibus fit non posse communem opinionem defendi ex illius exceptionibus quæ traduntur in dict. c. pen. & in dict. l. sapè, unde hæc quæstio erit examinanda ex ipsa regula juris, quæ docet rem inter alios actam, aliis non nocere nec prodere: & idè sententia lata contra patronum, vel collatorem, vel electores super iure eligendi, conferendi, vel præsentandi, non nocet, nec præjudicat præsentato, electo vel instituto, etiam scienti, & ignorantie item ea de re tractari, quamvis ea sententia lata fuerit super possessione: est siquidem hic institutus, electus, vel præsentatus ad judicium vocandus, & cum eo causa iterum agenda ad hunc effectum: ut ejus in-

stitutio, præsentatio, vel electio pronuncietur nulla, ea tatione, quod qui eum delegerunt, præsentarunt, vel instituerunt, nec habuere potestat: eligendi, præsentandi, vel conferendi, nec etant tunc in quasi possessione præsentandi, eligendi, vel conferendi. Nam ubi sententia lata contra electores, institutores, vel patronos super iure eligendi, præsentandi, vel conferendi, tantum concernit proprietatem, nec ex ea convincitur, ipsum victimum, & condemnatum non possedisse tempore collationis, electionis, vel præsentationis: dubio procul minimè nocebit præsentato, instituto, vel electo, cuius titulus ex eo tantum canonicus, & justus censetur, quod datus ei fuerit ab eo, qui erat tunc in possessione juris eligendi, conferendi vel præsentandi: quemadmodum paulò antè probavimus.

¶ Cæterum in hoc codem tractatu illud est memoria repetendum, quod in proximo capite adnotavimus, alleverantes, tertium oppositorem, qui ad coadjuvandum, & defendendum alterum ad judicium accedit, non posse testes producere post publicationem. Etenim ea conclusio vera est, † nisi tertius hic defensor sit minor, & petat in integrum restitucionem. Nam ea petita & concessa, ubi ejus interficit, litigantem principalem non vinci nec condemnari, poterit hic minor admitti post publicationem & conclusionem causæ, & litis, ad producendum testes, & ad ea, quæ ipse reus principalis nec producere, nec agere posset. Quemadmodum expressum deducitur ex gl. in l. si parentes, C. de evit. in verb. ex persona, ubi Petrus à Bella Pertica idem alleverat. Meminit ejusdem gl. Anch. in reg. ea que, de reg. jur. in 6. 17. q. & notat Matth. de Afflict. decis. Neapol. 15. quæ insigilis est & singularis; est tamen quoad ejus præmixtum observandum quod ea opinio erit recipienda quoties minor accedit ad judicium alium defensurus ratione proprij commodi, vel præjudicij: sicuti constat in specie tradita in dict. l. si parentes, & fortassis hæc restitutio erit petenda iure regio intra quindecim dies à publicatione testimoni, quod l. Madritia, statutum est in universum: quandoquidem restitutio in integrum non potest peti ad probandum post quindecim dies à die publicationis testimoni. Quod si dixeris, hoc verum esse quoad ipsos principales & primos litigantes: non autem quoad tertium hunc defensorem: respondeo, secundum ea, quæ fuere in præcedenti capite adnotata, hunc defensorem admittendum esse ad allegandum ea, quæ allegate & probare omisit principalis reus, intra tamen id tempus quod à iure, vel à judice ipsi reo datum sit, alioqui sequeretur hujus causæ examen, & definitionem impediti propter tertij defensoris oppositionem. Quod falso esse probavimus. Nec habet hic defensor majus privilegium, quam ipse reus quem conatur defendere: & quamvis ex proprio privilegio hic defensor restituendus sit: ea quidem restitutio postulanda est intra diem illam, intra quam foret à reo principali postulanda, si ipse minor esset. Pati namque censura, & iure sunt discernendi reus principalis, & tertius defensor: ita quidem, ut si majores sint, lege majorum, si minoris, lege minorum judicentur: nec minor defensor possit ei agere, quæ reus principalis etiam minor minimè agere potuisset. Hæc obiter exponimus lectorum admonentes, hanc quæstionem diligenter forsitan examine indigere. Quod si quis exactius distinguens, quæ diximus proximo capite adversus Batt. & alios existimaverit, nostram hac de re sententiam tunc obtinere cum huic tertio defensori, etiam ignorantie præjudicat res inter alios acta: quemadmodum & nos palam sensimus, quasi securus sit, ubi huic tertio defensori non nocent inter alios acta: non equidem refragabimur nec recusabimus examen suffit;

**H**ic, etiam hujus controversia: an tertius defensor cui vel ignorant, vel scienti non nocent acta inter alios, teneatur litis defensionem adsumere in eo statu, quo lis versatur tempore oppositionis? & profecto, cum hic tertius defensor ratione propriæ utilitatis, & commodi velit judicium subite ad defensionem ipsius rei, vel actoris principaliter litigantis, qua ex parte defensio h.ec tractatur in tutelam alterius, qui causam ab initio fuerit prosecutus: non aliter admittenda est, quam secundum ipsius litis statum: & ideo non poterit hic tertius defensor producere testes post publicationem nec allegare post conclusionem in causa, ea quæ litigator principalis in medium proferte minimè posset: alioquin multis patet fraudibus aditus, nec usquam lites finirentur: quibus incommodis obviam ire constituit Rom. Pontifex in dict. c. 2. ut lue pend. lib. 6. quo in loco aded regularis posita est definitio, ut plane hunc casum omnino contineat. Nec quidquam in contrarium urget, quod sequentur huic tertio defensori maximum præjudicium quoad ejus incommoda, quæ manifestè constant, si reus ipse, vel actor principalis victus in judicio fuerit, ac sententia executio sit effectui tradenda: nam huic tertio defensori nihilominus salvum manebit jus appellandi ad proprii juris defensionem, vel impediendi executionem in hisce casibus, in quibus sibi non nocet res inter alios facta: siquidem non nocebunt ei acta cum principali reo, vel auctore, nisi quæ vel ipso sciente, vel defendantre in judicio fuerit tractata ex eo quidem tempore, & statu, à quo sciverit causam agi vel defensionem adsumperit, quod in capite sequenti latius disputabitur.

**H**aec tenus de tertio diximus oppositore, qui ad judicium accedit, reum vel auctorem defensurus, & ideo de aliis nunc erit agendum. Nam quandoque quis se offert judicio, & litis examini petens auctorem vel reum ab actione, vel defensione omnino excludi ex eo, quod ea actio, quæ in judicium deducitur in specie adversus reum ab auctore, sibi, non illi competit: & idem de defensione proponens. Etenim in hac specie quories actio, vel defensio huic tertio, non auctori, nec reo competit, illi sunt à judicio excludendi, nec id prosequantur in præjudicium hujus tertii, cuius prima est & principalis actio, vel defensio: quemadmodum traditur in I. Titia, sol. matr. & tunc non tenetur hic tertius litem adsumere eo in statu, quo versatur: imò repetenda omnia ex integrō sunt: quod Bart. communiter receptus scribit in leg. si perlusorio, ff. de appell. quo in loco admonet non posse à judicio excludi eos quos res ipsa, eti non principaliter, consequenter tamen tangit, qao minus judicium ipsum prosequantur in eorum præjudicium, vel ut adiutor principali ejus cause auctori: aut defensori. Idem in dict. leg. si suspecta, ff. de inoffic. testim. probatur: & in leg. à sentent. & in leg. si perlusorio, ff. de appell. leg. si pariter, ff. de lib. caus. auth. tunc si heres, C. de litig.

**Q**uandoque tertius opponit se liti, quæ inter alios tractatur, nec defensurus reum nec auctorem, sed in hoc, ut contendat actionem ab auctore proposcam non esse justam, nec dignam, ut pro ipso feratur sententia: imò rem ab auctore petitam sibi dandam esse, ac tradendam, tamenque condemnandum ad hoc, ut huic tertio, non auctori tradat, & restituat rem petitam. Hujus thematis exemplum frequentissimum est, cum Titius agit adversus Cajum actione reali ad fundum, & ea lite pendente Sempronius se objicit utriusque petens, Cajum reum esse condemnandum ad restitutionem rei petitæ per Titium, ut sibi, non Titio fiat restitutio. Quætitur tandem, an hæc oppositio Sempronij processum causæ pendentis inter Titium, & Cajum impedit eo quidem pacto, ut non possit ea lis definiri, donec

etiam jus, & dominium hujus tertii examinetur? & Bald. in cap. I. §. duo. de pace tenend. & ejus violator. col. 1. existimat, hanc oppositionem Sempronij omnino impedit definitionem litis inter auctorem, & reum, donec constet de jure hujus tertii oppositoris, qui non tenetur causam in eo statu adsumere, quo versabatur tempore oppositionis, & ideo, ut Bald. sentit, differenda est litis definitio donec appareat de jure Sempronii tertii oppositoris. Quia responsio Jurisconsulti in leg. si is à quo, ff. de rei vendic. tunc tantum obtinet, cum duo reali actione diversis judiciis eamdem rem ab uno reo petunt: non ubi pendente lite super actione reali, tertius scipsum liti objiciat, petens, auctorem ab ea reali actione excludendum fore, ac reum ipsum condemnandum, ut tertio huic oppositori rem petitam tradat, ac restituat: ex Innocentio qui in capit. veniens in secundo, de test. hanc opinionem probare videtur, dum secundum intellectum explicat ad dict. leg. si is à quo. Hoc ipsum & Alex. asseverat additionibus ad Bart. in dict. I. si is à quo. Nos vero contrarium jure respondentem esse censemus, asseverantes, tertium oppositorem, quoties non accesserit ad defendendum reum, audiendum quidem esse, ita tamen, ut nullo equidem momento impediatur litis examen, & definitio inter auctorem & reum quoad ipsorum præjudicium, & commodum. Quam opinionem probare non dubitamus ex ipsa ratione Jurisconsulti I. si is à quo. Nam si executio minimè impeditur in favorem ejus, qui prius sententiam obtinait, propter novam alterius rei venditionem ejusdem rei: eadem fermè ratione non est impedienda litis definitio ad decisionem ejus judicij, quod prius de eadem cœptum fuerat. Huc etiam pertinet text. in leg. pen. ff. de petit. her. & quod notat expressum Ang. in dict. leg. si suspecta, col. 2. Scribens non posse tertium, qui contendit habere jus rei vindicationis, & eo utitur, se opponere liti & controversia super eadem re per alium motæ ad impediendum processum judicij prioris, & ejus definitionem, cuius sententia auctori est Innoc. in dicto capit. cum super. col. 3. quem sequuntur Doct. ibi præsertim Ant. n. 14. & Bellamer. n. 11. quibus accedit elegans desisio Rotæ 4. in antiquioribus tit. de judic. cuius & Felin. meminit in d. c. cum super. num. 17. ea etenim desisum extat, non esse impediendam definitionem, neque examinationem litis, quæ inter duos tractatur, ex eo quod tertius se ipsum oponat, & petat rem litigiosam sibi dari, non auctori, & alleget, utrumque, auctorem scilicet, & reum, nullum ad eamdem rem jus habere; imò inter auctorem & reum lis definienda est absque illius tertii præjudicio: qui nihilominus admittendus erit ad proprij juris probationem, absque læsione illius status, in quo causa inter auctorem & reum versatur. Non obserit quod ex Innocentio traditur in d. c. veniens, nam ipse agens de intellectu Jurisconsulti in d. l. si à quo. duas conatur ei aptate Interpretationes: quarum priorem fecuti sunt ibidem Hostiens. Joann. Andr. Henri. Anton. n. 10. Catd. vers. oppono ad idem, & Bellam. n. 4. & 5. posteriorem ut incongruam omittentes: & ferè falsam eam esse professi: & ex qua Bald. & Alex deducere conati sunt propriam sententiam, quam modo nos palam improbamus. Igitur, ut summatim agamus, constanter assertimus distinctionem hanc, ut quoties tertius accedit ad judicium, reum, vel auctorem defensurus propter propriam utilitatem admittendus sit, in eo statu, in quo causa tractatur, litem ipsam prosecuturus absque ullo præjudicio præjudiciale ordinis inter auctorem & reum haec tenus servati: at si tertius accesserit ad judicium, non equidem defensurus auctorem, nec reum, sed vel eorum alterum exclusurus ab actione, vel defensione causæ, aut

# 560 De tertis oppositoribus eorumque admissione.

tandem utrumque à repetita: admitti debeat ad allegationem & probationem propriæ intentionis, ita tamen, ut propter hanc oppositionem nulla in parte differatur definitio litis inter actorem, & reum quoad eorum præjudicium: præsertim ubi tempore hujus oppositionis conclusum fuerit in causa, vel facta sit testimoniū publicatio. Etenim tunc ipse admittetur tercium ad allegandum & probandum absque præjudicio publicationis, conclusionis, & definitio- nis ipsius litis inter actorem & reum. Atque ita non semel vidi pronunciari, & pronunciavi ex collegarum judicio in hoc Regio Granatenſi prætorio. Quod æquitati potissimum convenit ob frequentes has oppositiones, quæ plerumque dolo & fraude fiunt, non alia ex causa, quam quod, reus timens justissimam condemnationem, diem differti velit: Sed & non admodum huic nostræ opinioni extraneam probatio- nem exhibet, imò fortassis valde convenientem de- cisiō text. in l. non idcirco, ff. de jud. Non idcirco ju- dicis officium impeditur, quod quidam ex tutoribus post item adversus omnes inchoatam, Reipublicæ causa abesse experunt: cùm præsensum, & eorum, qui non defenduntur administratio discerni & estimari pos- sit. Hoc tenus Jurisconsultus, ex quo apparet posse justa ex causa litis, quæ cum pluribus agitur, quoad quoddam definitionem suspendi, & quoad alias stan- tam expediti.

## C A P U T . X V .

De illo, qui à Sententia lata inter alios appellat, quia ejus intersit

## S U M M A R I A .

- 1 Tertius appellans causam exponere debet, qua appella- tionem istam justificet.
- 2 Tertius cui sententia nocet ex propria vi, & natu- ra potest appellare intra decem dies à tempore scientia.
- 3 Is cui etiam ignorantia sententia inter alios lata nocet, non potest tertio provocare.
- 4 Venditor quando appellare possit à sententia lata contra empforem?
- 5 Clausula, appellatione remota, an noceat tertio? & traditur latè intellect. c. super eo de offic. de- leg.
- 6 Litigiosa res quando verè, ac propriè dicatur?
- 7 Sententia lata inter alios, an sit exequenda directè contra illum, in quem sit translatio rerum lite pendente?
- 8 Tertius cui sententia inter alios lata nocet ratione scientia, quando appellare possit? & an provo- care valeat à sententia?
- 9 Tertius, an possit impedire trium sententiārum exe- cutionem ex causa nullitatis? & ibi intellectus ad clem. i. de re jud.

**A**lio condemnato, is cuius intereſt, appellare poterit, auctore Jurisconsulto in l. ab executori, §. alio. ff. de appell. c. cum super. de re jud. c. super eo. de off. deleg. l. à sentent. ff. de appell. Regia. l. 4. & 7. tit. 23. par. 3. notatur in cap. veniens, in 2. de testibus & in leg. à divo Pio. §. super reb. ff. de re jud. Hoc tamen appellatio admittenda non est, nisi ex justa causa: à sententia, inquit Martianus, inter alios dicta, appellari non potest, nisi ex justa causa, text. in dict. leg. à sententia, & ibi Bart. probat idem tex- tus sing. secundum Abb. ibi, col. 1 & Card. in dict. cum super. ibi rationabiliter notat Matthes. notab. 124. ex quo frequentissimè deducitur, hanc appella- tionem à tertio proponendam expressa causa etiamsi alioqui non sit causa exprimenda in appella- tionē à sententia definitiva. Etenim ubi ap-

pellatio proponitur contra regulam juris; propterea præsumptionem dolii, non aliter admittenda est, quam si expresa causa justificetur, glos. celebris in c. Roma- na, §. si autem, de appell. in 6. cujus præter Doct. maxima cum laude meminere Abb. & Dec. in c. con- sultu. in 1. de appell. idem Abb. in cap. ad consulta- tionem de re jud. col. ultim. & latè Felin. n. 19. Dec. in cap. 3. col. ultim. de appellat. Sed an sit hujus cau- sa probatio necessaria ad impediendam executionem sententiae, inferius opportuniōri loco disputabitur. Igitur appellatio admittenda est, † quæ per tertium proponitur à sententia inter alios dicta. Quæ quia- dem appellatio, quandoque necessaria est: nempe cum sententia omnino huic tertio præjudicat juxta distinctionem textus in dict. leg. sapè, quandoque utilis, cum sententia saltem quoad præsumptio- nem quandam alteri nocet: ut scribit post alios Ang. Aret. in dict. l. à sententia, col. 2. & maximè Bart. ibi n. 5. interdum etiam est appellatio utilis, quia executio sententiae inferet tertio præjudicium, aut dampnum aliquod, ut probatur in d. cap. cum sup- per, & ibi notat Imol. post alios, 2. col. text. optim. in dict. cap. super eo. de off. deleg. & in dict. cap. ve- niens in secundo, de testibus. Hac denique distinctius intelligentur, si articulatim rem istam in summa ex- plicaverimus.

¶ Nocet equidem omnino sententia tertio, qui non litigavit plerumque ex propria natura & vi: quemadmodum tractavimus superius in c. 13. & 14. & in hac specie necessaria est, ad effugiendum hoc præjudicium, appellatio tertij, cum alioqui senten- tia effectum habeat rei judicatæ, si ab ea non fuerit appellatum. Poterit tamen † tertius in hac specie appellare, & tenebitur intra decem dies à tempore propriæ scientiae computandos: non autem à tem- pore sententiae nec ab eo die, quo reus vel acto- r principalis sciverit eam latam fuisse: quod expre- sim responderet & fatetur Alex. in l. sapè ff. de re jud. n. 82. Nam tempus datum ad appellandum currit à tempore & die scientiae, text. & ibi Albert. in l. ab eo. C. quom. & quand. jud. l. 1. §. ult. & ibi Ang. ff. quando appell. sit. Andr. Tiraq. lib. 1. de re- tract. §. 9. gl. 2. n. 42. & §. 35. gl. 4. n. 9. & Paul. in l. judicibus C. de appellat. l. 1. C. de temp. appell. c. concrationi. de appell. in 6. gl. in c. ab eo sub eod. tit. & ibi gl. Imol. & alij in Cl. 2. eod. tit. 23 part. 3. l. 1. tit. de appell. lib. 3. ord. Hanc opinionem Alex. quandoque opinatus sum, non omnino veram esse, ea sanè ratione, quod proposito casu sententia no- ceat alii, etiam ignorantibus, & non citatis, & sic ex natura rei: quod in d. c. 13. ostendimus: & idè non videtur eis appellatio permissa eo tempo- re, quo sententia in rem transierit judicatam illo non appellante, qui legitimus est causa defensor ad aliorum omnium, etiam ignorantium præjudicium. Deinde sententia in hac specie aliis nocet, & præ- judicat, nisi lata fuerit contra contumacem, l. qui repudianis. §. ult. ff. de inoffic. testam. & l. si perlusio- nio, §. fin. ff. de appell. vel per conclusionem aut in- injuriam, l. si servus plurium, §. 1. ff. de leg. 1. & d. l. à sententia. Igitur cum fuerit sententia adversus præsentem, nec colludentem, nec per injuriam judicis, ea nocebit omnino aliis, quos negotium tangit, etiam ignorantibus, & absque ulla distinc- tionē scientiae & ignorantiae quoad appellationem, & tempus ac diem appellandi. Nihilominus veram es- se opinor Alex. sententiam, quæ probari poterit mul- tis rationibus. Primo ex regula juris, cuius modis meminimus, quæ constat tempus appellandi cutrere, & computari à tempore scientiae, etiam his quibus jure ordinario sententia nocet, & qui speciatim ea condemnantur, cum quibus iudicium fuerit agita- tum: nec enim congrua est, aut sufficiens argumenta-  
tio

tio ista; Sententia nocet Titio, & eam ignorantis ergo eidem currit tempus datum ad appellandum ante scientiam. Falsa equidem est haec collectio, & manifeste convincitur. Nam ei, qui litigat, & cum quo sententia fatur ad judicium tractatur, sententia nocet, etiam ignorantis ejus pronunciationem, & tamen à tempore scientiae poterit is appellare intra diem à jure constitutum: quod modò probavimus. Secunda his accedit ratio, quæ ex eo deducitur, quod æquius sit, ac justius, tempus appellandi currere à die scientiae ipsi tertio, qui non litigaverit, quam ipsi reo principali, cum quo judicium aërum est & lata fuerit sententia. Dies autem appellationis à tempore scientiae computatur ipsis litigantibus, ergo majori ratione eadem dies à tempore scientiae computari debet tertio, qui per sententiam condemnatus non est. Tertio pluviūm huic opinioni Alex. patrocinatur, quod culpa illius, qui per sententiam damnatus fuit, commissa, in omissione appellationis, saltem hunc effectum haber, quod tertius, cui jure illa sententia nocet ex natura causæ, possit ab eadem appellare intra diem appellandi à tempore scientiae computandum. Hæc etenim ratio constabit planè, si conati fuerimus tradere propriam, ac veram interpretationem Jurisconsulti in d. l. si servus pluribus, §. 2. unde poterit etiam lector attentiùs perpendere, an ex ejus examine possit aliquid adversus Alex. sententiam deduci. Hæc enim sunt Jurisconsulti verba: Sed si hereditatis judex contra hæredem pronunciaverit non agentem causam vel collusoriè agentem nihil hoc nocebit legatariis. Quid si per injuriam fuerit pronunciatum; non tamen provocaverit? injuria ei facta non nocebit legatariis, & Sabinus significat. Hæc Julianus juxta lectionem communem, quæ à Pandectarum Florentinatum littera tantum in eo differt, quod in his non collusoriè, sed iusoriè legitur Bart. etenim ita hunc locum explicat, ut existimet, distinguendum esse ultimum casum ab aliis, ita quidem, quod sententia lata contra hæredem contumacem, vel colludentem, ipso jure absque appellationis necessitate, minimè præjudicet legatariis, quibus permisum erit, non obstante rei judicatæ exceptione agere ad legata adversus victorem ipsum: lata vero sententia contra hæredem scriptum ob injuriam ipsius hæredis, qui judicem ad pravè & injustè pronunciandum provocaverit, nec deinde appellaverit, præjudicet quidem legatariis, ut non possint contra victorem agere ad legitam, quia ipse tutus est rei judicatæ exceptione, l. si superatus, ff. de pignor. quasi ratio differentia manifesta sit ex hoc, quod in primis duobus casibus hæres vietus fuerit in dolo, & ideo subveniendum est legatariis propter dolum hæredis, etiam contra victorem l. si perlusoriè, §. ult. & l. à sentent. ff. de appell. In ultimo vero casu tantum contigerit, culpa hæredis: atque ob id adversus ipsum hæredem, non contra victores sit legatariis subveniendum. Ita sane hanc Bartoli opinionem video etiam admitti auctoritate Jacobi Atenæi, Alber. numer. 5. Cum. in 2. lect. & Jas. in §. si hereditatis. Imò Jas. asseverat, cum Bartolo transire communiter alios. Unde posset hinc adsumi adversus Alex. non levis auctoritas; siquidem hærede scripto non appellante intra diem jure præfinitum, legitimus hæres vietur tutus est, etiam contra legatarios exceptione rei judicatæ: nec culpa hæredis in omissione appellationis tribuit jus aliquod, quo possint legatarii subterfugere rei judicatæ exceptionem. Rursus adversus Bart. quidam opinantur, hos tres casus pares esse, parique responso à Jurisconsulto definiri in d. l. si servus pluribus, §. 1. ut tandem sententia lata contra hæredem, qui fuerit in culpa provocanda judicem ad iniquam sententiam, & in omissione appellationis ipso jure non noceat legatariis absque ulla ne-

cessitate appellandi: quemadmodum ex eo loco adnotatunt gl. in verb. non nocebit legatariis 2. intellectu. Imò Paul. Castr. Cum. in 1. electione Alex. & Aret. in d. s. 1. quorum est concors sententia in hoc, quod & adversus victorem agere possint legatarij ad legata, & docere vim, ac potestatem testamenti, non obstante rei judicatæ exceptione: quasi culpa hæredis, qui appellare potuit, & non appellavit à sententia iniqua, non debeat nocere legatariis: imò ferè sit pat contumacia, vel collusioni. Fateor ingenuè, mihi non satis placere hanc opinionem, quippe qui videam à Juriſconsultis, contumaciam, & collusionem attendi potissimum ad defensionem ipsis legatariorum, ut illis res inter alios acta sic noceat d. l. non perlusorio, & l. à sententia, l. qui repudiantis, §. ult. & ff. de collusi. deteg. l. 1. & l. penult. deinde quia Jas. sat est dubius an opinio Bart. probetur in d. l. si superatus, hac in controversia ipse censerem non omnino admittendam fore Bartoli sententiam, neque item eam, quæ eidem contraria est. Idcirco existimo, quoties hæres scriptus fuerit in culpa: quia non provocaverit à sententia iniqua, & per injuriam lata, cum appellate potuisse, sententiam latam contra hæredem scriptum Legatariis nocere, ne possint agere contra victorem, si ab ea intra tempus legitimum à die scientiae computandum non appellaverint: quod si legitimè appellaverint Legatarij causam ipsam prosequi, vim & valorem testamenti probatur ut sententia lata per judicem appellationis revocetur. Hanc opinionem tenent Accurs. in d. s. 1. in verb. non nocebit, in primo intellectu, & ibi Cum. in 1. electione, probaturq; isthæc interpretatio communis omnium consensu: ut testatur eam secutus Alex. in dict. l. sapè ff. de re jud. n. 38. unde constat qua ratione defendi possit quod paulò antè post Alex. respondimus, asseverantes, posse tertium appellare à sententia quæ eidem ex natura causæ, etiam ignorantis, nocet, intra decem dies à tempore propriæ scientiae.

¶ Hinc colligitur, posse quandoque ab hac sententia appellare eum, qui causa cognita condemnatus est, non tamen tertium, cui ex natura causæ ipsa sententia nocet. Nam ubi tertius sciverit, hanc sententiam latam fuisse prius quam ipse principalis per eam condemnatus, contingere poterit, prius excludi ab auxilio appellationis lapsum temporis ipsum tertium, quam cum, qui per sententiam damnatus fuerit: tamen si appellante postea principali reo possit tertius appellationem ipsam prosequi alio invito, & non prosequente: sicuti mihi probat etiam in hac specie Jurisconsultus in l. à sententia, vers. idem rescripti.

¶ Secundò ex his constat intellectus ad l. si perlusorio, & ad l. à sentent. ff. de appell. qui convenit regia l. 4. & 7. tit. 23. par. 3. dum in his responsis permittitur legatariis appellare à sententia lata contra hæredem scriptum super viribus testamenti. Hæc etenim explicuimus, quo tempore sit hæc appellatio proponenda: & modò adjicimus, non aliter his legatariis permisam esse appellationem, quam ipsimet hæredi scripto permisso sit: + & ideo si hæres tribus sit damnatus sententiis, aut ea quæ non patitur appellationem, profectò legatarij non poterunt in ea specie appellare. Et licet quibusdam placuerit, tertium ignorantem posse tertio provocare, quod statim tractabitur, illud verum est, ubi sententia non nocet tertio ignorantis, sed scienti, juxta distinctionem leg. sapè, ff. de re jud. at ubi sententia inter alios lata, aliis etiam ignorantibus nocet ex natura causæ, tunc, ni fallor, non poterit tertius, cui sententia nocet tertio provocare: nec item ab ea sententia, quæ provocationem excludit. Hujus opinionis ratio est, quia sententia in praesenti quæstione jure ordinario ex natura sua nocet,

cet, etiam ignorantibus non ratione scientiae ipsius litis: & ideo licet quoad tempus appellandi consideranda sit scientia sententiae, ut diximus, non tam quoad hoc, ut propter ignorantiam appellationem patiatur, & admittat, quam ipsem reus principalis proponere intra ullum diem nec potuit, nec potest. Ignorantia siquidem, vel scientia non inducit in hoc casu tertio præjudicium, & ea ratione patrum ad rem istam urget, quod tertius ignoraverit, aut sciverit litem hanc tractari inter hæredem scriptum, & legitimum. Idem persuaderi poterit ex eo, quod hæres legitimus, qui causam contra testamentum cum hærede scripto eodemque legitimo contradictore tractaverit, quique ad hujus causæ examen non tenebatur vocare ad judicium legatarios, sententiam obtinens ultimam, exceptionem habeat rei judicatæ adversus ipsos etiam legatarios ignorantibus, *l. si superatus, ff. de pign.* cuius in c. 13. meminimus latius. Ergo apparet, non esse admittendam horum legatariorum appellationem obstante rei judicatæ exceptione, cum ab ea sententia, quæ in rem transierit judicatam appellatio minime jure sit permissa, *l. i. ff. de re judic.* ubi Jaf. 1. & 2. col. c. quoad consultationem, *de re jud.* *l. eleganter, §. innovata,* *de appellat.* in 6. ex quibus deducitur, rem judicatam perpenso effectu dici, quoties à sententia nequit appellari. Quod tradidere etiam Abb. & alij in rubr. *de re jud.* Roman. conf. 334. Bart. & Paul. Castr. in *l. litigatoriis, C. de appellat.* & ibi gloss. hoc ipsum & alia ratione comprobatur. Regulariter etenim sententia lata contra hæredem scriptum nocet legatariis, etiam ignorantibus, tribus exceptis casibus nempe cum sententia lata fuit per collusionem, aut contra contumacem, vel per injuriam, non appellante hærede cum posset appellare, *dict. l. si servus plurimum, §. 1. ff. de leg. 1.* sed in hac quæstione sententia lata est contra hæredem præsentem, non colludentem, nec appellare omittentem, data facultate appellandi, ut constat, ergo legatariis omnino nocet exceptio rei judicatæ propter juris regulam.

*¶* Tertio deducitur vera interpretatio Jurisconsulti in *l. ab executore.* *§. alio. ff. de appell.* *l. si parentes, C. de evicti l. 4. tit. 23. par. 3.* quibus in locis statutum est posse venditorem propter damnum, quod sibi ex evictione imminet, appellare à sententia lata contra emptorem eo non appellante. Hoc equidem ita est accipendum, ut vendor appellare possit, si ab illa sententia, à qua emptor appellare potuit: *†* non autem ab illa, quæ etiam emptore appellante transiret in rem judicatam, quia nullam admittit appellationem. Ergo ubi emptor tertia est condemnatus sententia, à qua non licet provocare, profectò nec ipse vendor poterit appellare: quod satis probatur his rationibus, quas modò explicuimus. Nec in hoc casu vendor minor poterit beneficio restitutionis in integrum ad appellandum admitti ex eo, quod emptore appellatione à prima, & item à secunda, nulla laesio ex omissione appellationis venditori contigit: & ideo cessat restitutionis in integrum auxilium: nec erit admittenda opinio gloss. in *dict. l. si parentes*, cuius mentionem fecimus in *cap. proximo n. 3.* fortassis & in venditore, qui appellare vult à sententia lata contra emptorem eo non appellante, illud non temere respondebitur, hanc appellationem proponendam esse à venditore priusquam adversus emptorem sententia transferit in rem judicatam: id est intra decem dies ab eo die, quo emptor sciverit, sententiam contra se latam fuisse. Atque pro ista interpretatione observandum erit, sententiam latam contra emptorem venditori, etiam ignorantie nocere, quoad exceptionem rei judicatæ, ut is non possit cum victore iterum examen causæ repetere. Nam etsi possit vendor propter pericu-

lum evictionis emptorem defendere, & liti assistere, atque à sententia lata contra emptorem appellare, verè tamen causæ hujus defensio ad emptorem pertinet, qui ex contractu venditionis rei dominium acquisivit, quod venditor in eum transtulit, & denique possessionem, cuius causa solus ipse ab auctore vendicante rem ad judicium est revocandus, *leg. in rem. ff. de rei vendi.* atque ideo finito judicio cum empto, dubio procul finita est rei vendicationis causa, nec poterit levisitari ad venditoris petitionem: cum is omne jus, quod habuit, in emptorem, & eo non appellante appellare: id tamen obtinet, modò sententia nondum transierit in rem judicatam cum empto. Hoc itidem probatur: quia sententia lata contra emptorem directè quidem, & ex natura, ac propria vi non nocet venditori, nec ei præjudicat: siquidem in ea tractatur de dominio rei peritæ, & de ejus traditione, ac restitutione: res verò perita nec quoad dominium, nec quoad possessionem ad venditorem pertinet: igitur non fit eidem damnum nec præjudicium ex sententia directè, sed indirectè, quia de evictione tenetur. Non obserit quod paulò ante diximus de legatariis, qui dissimilem causam in hac controversia habere videntur. Nam legatarij directè ex natura propria patiuntur damnum ex sententia lata contra hæredem scriptum, cum testamentum, in quo legata relinquuntur, pronuncietur iritum, fallum vel inofficium: quamobrem mirum non est, quod hi appellate possint intra decem dies à tempore propriæ scientiæ, etiam post elapsum ipsi victo tempus appellandi, cum ipse appellare potuisset, & id omiserit: agitur sanè in hac lite de jure, & justitia ipsorum legatariorum, qui contendunt se jus habere causa & titulo testamenti: quod jus in neminem hactenus transtulerunt. Amplius tamen inquiramus hujus dissimilitudinis rationem, ut minimè cogamur argumentationem admittere à legatariis ad venditorem. Legatarij etenim jure tui sunt, non obstante rei judicatæ exceptione, quoties sententia lata fuerit per collisionem: nam poterunt agere contra victorem ex testamenti causa & titulo. Venditor autem in hac non potest agere contra victorem cum tutus sit ab incommmodo evictionis, ut constat. Item non obstante rei judicatæ exceptione poterunt legatarii agere contra victorem ad legata: ubi sententia lata fuit contra contumacem: at vendor non poterit tunc causæ examen repetere: quia de evictione non tenetur. *l. si ideo ff. de evicti. c. ult. de empti.* *scriptimus & nos lib. 3. var. resol. c. 17. n. 9.* quod si & in hoc casu vendor de evictione teneretur, posset profectò uti aduersus ipsam sententiam his auxiliis & remediis quibus, & eodem pacto, ac modo poterat ipse reus principalis uti, quemadmodum sensere gl. & DD. in *d. l. ab executore.* *§. alio. ver. poterit.* Quoties verò hæres scriptus à sententia lata contra ipsum potuit appellare, & appellationem omisit, tunc legatarii poterunt appellare, cum & quibusdam viis fuerit etiam in hoc casu eos servari illæsos ipso jure, sicuti superius commemoravimus. Nec tamen idem admittendum est in venditore, nisi & is appellaverit intra decem dies à tempore quo emptor sciverit latam fuisse sententiam. Dispar equidem ratio est inter venditorem & legatarios, quibus aduersus sententiam subvenitur etiam in his casibus, in quibus, ab ipso hæredem scripto consequi potuisset legata propter collusionem, vel culpam: quemadmodum traditur in *dict. cap. si servus plurimum.* *§. 1. ff. de leg. 1.* venditori verò minimè permitteretur appellatio, nisi ubi ejus interterit propter evictionis periculum. gloss. & Doctor. in *d. §. alio. in verb. poterit.* Denique penitatis rationibus his opinamur, venditorem non esse admittendum ad appellandum, quoties sententia ipsa contra emptorem transierit in *scm*

rem judicatam, etiamsi teneatur de evictione quandoque in hoc casu: quod explicuimus olim in d. c. 17. num. 9. tametsi ubi venditor sit minor, restitu posuit ad appellandum, si emptor appellate potuit, & id agere omiserit, quia venditor ipse in hoc lœsus fuerit, gl. insignis in d. l. si parentes, quæ ita est intelligenda, ut procedat quoties appellatio, quæ vel ab emptore, vel venditore proponi potuit, ab ipsis, vel eorum altero fuit omisæ.

¶ Quattù, si ad amissim omnia quæ hoc in capite tradita fuere, examinentur, maximè convenient expedire rationem & intellectum Pontificii responsi, quod nobis exponitur in cap. super eo de offic. deleg. ex eo siquidem deducitur, † clausulam illam, *appellatione remota*, quæ solet plerumq; delegationibus, ac commissionibus adscribi, tantam vim obtinere inter ipsos litigantes, reum scilicet & auctorem: non autem quoad tertium qui se liti, vel executioni opponit: sicuti adnotarunt Abb. Bart. Barb. Fel. Dec. & alii in d. cap. super eo. Francus in cap. pastoralis. 7. quæst. de appellat. col. pen. Corsetus in singularibus in verb. clausula. & in verb. appellat. in 1. Bart. in l. 1. §. interdum. ff. à quibus appellat. non licet. n. 4. quorum opinio communis est, quam sequuntur Fel. in cap. veniens, in 2. n. 5. de testibus. Curtius Junior. cons. 79. n. 6. Rebuffus super leges regias part. 1. tradit. de literis obligat. art. 1. gl. 10. n. 21. Bald. per illum textum in l. cum filius. ff. de milit. testam. Ias. in l. à divo Pio, §. si super rebus, ff. de re judicata. col. ult. Sebastianus Vantius de nullitatibus tit. quis possit dicere de nullitate n. 15. Decius in c. sua, col. 2. de appell. Felin. in c. qualiter. in 1. n. 3. de accusa. Ant. in cap. ut debitus, n. 14. Sed si rationibus agendum est, idem probatur, quia rescriptum principis non porrigit vim & effectum, nisi in hos, cum quibus datum est & quorum in eo mentio fit l. 1. ff. de constit. princip. Decretalis verò Pontificis responsio hanc conclusionem non omnino in universum probat, cum in ea permittatur appellatio non obstante clausula, *appellatione remota*, illi cui nec ignorantia, nec scienti præjudicat sententia lata per judicem illum delegatum, & denique illi, de cuius jure nec auctum est in eo judicio, nec potuit agi, ex eo, quod delegatus ille judex mandatum non habuit: siquidem jus illud tertij maximè distabat à jure litigantium: quod adēd manifestum fit ex illius capituli lectione, ut nihil sit hac in disputatione evidens. Etenim commissa fuit delegato causa inter duos de jure, & quasi possessione præsentandi contendentes, ut delegatus ipse Ecclesiam ordinaret appellatione remota ad præsentationem ejus quem constituerit jus præsentandi habere: qua quidem delegatione judex nullam habuit potestatem tractandi, nec judicandi de jure institutionis: ut satis probat ille textus, & fatentur palam Innocentius & alij, idem ulterius aperitur: quia sententia illius judicis Episcopo ignorantia non præjudicat, sicuti constat: nec item scienti, nam si ratione scientiæ præjudicare posset, id continget propter distinctionem Jurisconsulti in dict. leg. sapè de re judic. & summi Pontificis, cap. penultim. eod. titul. At illæ decisiones quoad ullum eorum casum minimè convenienti liti & causæ; quæ præsentatione tantum tractabatur inter patronos in dict. cap. super eo. ergo non potuit sententia lata ab illo judice Episcopo etiam scienti præjudicare, sic Innocent. ipse, & Bellamera ibi numero quinto. fateti planè videntur, ea, quæ tractantur, & ita traduntur in c. eum super. de re jud. de scientia, & ignorantia nequaquam aptati nec convenienti posse illi quæstioni, quæ in d. cap. super eo. à summo Pontifice definitur.

¶ Quod si ex adverso dixeris in specie proposita in d. cap. super eo. Institutionem factam à delegato, sciente, & non contradicente Episcopo, ad

quem jure illa pertinebat, validam omnino esse: quemadmodum notant Innoc. Panorm. Imola col. 2. Dec. col. 4. Fel. col. ult. in d. cap. super eo. Cæsar Lambertinus de jure patron. 3. part. 2. lib. qu. 2. art. 2. n. 17. argumento sumpto ex c. si servus. 54. distin. ubi probatur valere ordinationem servi, ut etiam is liber sit & ingenitus, si facta fuerit sciente domino & non reclamante, quasi in favorem divini cultus taciturnitas illa habeti debeat pro consensu. Ad idem tendit elegans Panorm. opinio in disputatione incipienti, Augerio 2. dubio. ubi assertit initiationem factam ab Episcopo, patrono non præsentante tamen, & tacente, validam esse, nec posse rescindi ex eo quod fuerit facta patrono non præsentante: contra c. decernimus. 16. quæst. 7. c. illud. de jure patron. & idem erit ubi Episcopus beneficium contulerit patrono sciente, & non reclamante statim etiamsi absens fuerit tempore collationis & institutionis: quod latè probat Cæsar Lambertinus in d. art. 2. nu. 20. Hoc ipsum non admodum refragatur: etenim etiamsi vera sit præscripta interpretatione Innocentij, & aliorum ad dictum cap. super eo. profectò ea non procedit, ut ipsi fateri videntur, ex scientia litis, vel sententia, que fertur super quæstione controversa de præsentatione, & idem non est cur hic apremus materiam & tractatum illum, an sententia lata inter alios, aliis scientibus noceat: sed obtinet ex eo, quod Episcopus sciens, delegatum institutionis, & ordinationis Ecclesiæ auctum exercuisse, & fecisse, illi non contradixerit: quasi favore ordinationis Ecclesiæ ea taciturnitas censeatur consensus. Nam si judex ille delegatus per sententiam pronunciasset, præsentationem ad auctorem, vel reum pertinere, & jussisset, eam ab eo fieri, ut ipse institueret, quamvis Episcopus notitiam habuisset hujus sententia, nec ab ea intra decem dies appellasset: dubio procul posset postea tempore collationis, & institutionis delegato refragari, & ejus institutioni contradicere: imò fatetur Decius in d. cap. super eo. n. 8. posse appellare Episcopum intra decem dies à tempore ipsius collationis, cui non videtur consentire, licet statim tacet.

¶ Cæterum, Doctor candide, etiamsi responsio hæc sufficiens esset, ut probaremus in d. cap. super eo. sententiam à judice delegato latam minimè præjudicium facere alteri etiam scienti: nihilominus liberè proferam, quæ ipse mecum excoxitavi ad ea maturius intelligenda, quæ Panormitanus, Imola, & alij commenti sunt. Nam eorum sententia tam falsa est, quam à mente, vero sensu, & judicio Innocentij, quem ejus auctorem laudavere, prorsus aliena. Horum ultimum deduxit eleganter Aegidius Bellamera in d. cap. super eo. n. 5. qui existimat, Innocentium non hoc definitivè quod posteriores ex eo adnotarunt, verba Innocentij hæc sunt: *Sed quid, si non appellat ordinarius?* teneret quod fit à delegato, imputet enim sibi, quod sci- verit, & non contradixerit: cum distincta tamen ut notatur de re jud. c. super. Contra supra de rescript. c. ex parte decani, secundum nos non habent locum istæ objectiones. Haec tenus Innocent. qui hoc voluit, quod istæ objectiones de negligentia appellandi ab institutione à delegato facta, & quæ nulla erat, non haberent locum in hac controversia: quia huic delegato nec fuit commissa institutio, nec cognitio ipsius causæ ad institutionem pertinentis, & idem etiamsi Episcopus sciret delegatum fecisse institutionem, nec contradiceret, non ex hoc consensisse videtur institutioni quæ nulla fuerit: nempe ab eo facta, qui nullam habuit potestatem instituendi. Atque ita Joannes Lignianus, Aegid. n. 5. & Card. in dict. c. super eo. expressim tenent in eo casu institutionem factam à judice delegato, nullam esse, nec

nec præjudicare Episcopo, etiam scienti, & non contradicenti, quod minus possit ipse postea contradicere, & petere rescissionem ejusdem, vel ea non obstante instituere: ipse etenim Romanus Pontifex in dict. cap. super eo, fatetur, solùm illi delegato commissam esse causam, & controversiam de jure præsentandi: non autem de jure instituendi nec potest ille delegatus de eo jure tractare, si de institutione, & potestate instituendi esset inter duos orta contentio: cum causa ista non sit illi commissa qua ratione aliquot à Doctoribus in d. c. super eo, etiam ex ipso Innoc. notant. Quæ si exacta diligentia fuerint examinata, non ita certa, & vera censebantur, ut ipsius auctores fure opinati; siquidem Innoc. fatetur per illam commissionem quæ facta fuit inter duos litigantes, Roman. Pontificem nullam gratiam delegato fecisse: sed tantum eidem commisso, ut de jure eam controversiam inter litigantes definiret: unde nullam illi judici dedit potestatem instituendi, nec conferendi beneficium ac sacerdotium illud, de cuius præsentatione tractabatur.

\* Deinde constat in his, quæ sunt gravis præjudicij, scientiam, & taciturnitatem non sufficere ad consensum l. si filius-familias. §. invit. ff. de procur. l. sicut. §. non viderur. ff. quibus mod. pignus hypothec. solva. Etiam si qui tacet sit præsens, ut inibi probatur, & est communis omnium opinio, de qua modo non vacat longius disputare: nam tradidere latissimè gloss. Abb. & Felin. in cap. nonne de præsumpt. Batt. & Jas. n. 68. in l. qua dotis. ff. solut. matr. gloss. in cap. is, qui tacet. de reg. jur. & in l. qui vas. §. vetare ff. de furii. Dec. in c. cum M. n. 23. de const. Bald. Imol. Alexand. & Ripa, col. 1. in l. 2. §. voluntatem. ff. solut. matrim. & plerique alii.

¶ Huic rationi & alia poterit accedere. Hæc enim institutio nulla est, quia fit ut omnes satentur, ab eo, qui non habet potestatem instituendi: ergo non est necessaria appellatio, nec videtur hæc institutioni nulli consentire, qui ex ea patitur præjudicium, quamvis non appellat. l. 1. C. quando provoc. non est necess. ubi gloss. l. 1. C. si à non compet. jud. l. 4. §. condemnatum. ff. de re jud. Clem. pastoralis. & Clem. 1. eod. tit. notatur in l. si expressim. ff. de appellat. & in c. in primis. 2. qu. 1. & in c. 1. de re jud. Quamobrem libenter à Decio ipse quæsierunt, unde deducit in hac quæstione, valere institutionem Episcopo scienti, & non appellante. Nam si ex eo deducitur, quod taciturnitas habeatur pro consensu, nullibi cautum extat, quod decem dies, & sic tempus jure datum ad appellandum, itidem detur ad contradicendum: imò tenetur quis boni viri arbitrio statim post scientiam, cum primùm poterit, contradicere, ne videatur ex scientia, simul & patientia consensum tacitum, & à lege præsumptum præstitisse: sicut quoties quis ob præsentiam, & taciturnitatem præsumitur consensisse actui, non poterit regulariter intra decem dies contradicere ad effectum, quod consensus ille tacitus, & præsumptus irritus maneat, & in dissensum potius accipiat. At si Decius dixerit, ex eo deduci institutionem prædictam validam esse non appellante Episcopo: atque inde adsumi consensum tacitum in sententiam iudicis delegati. c. quoad consultationem, de re judic. tunc urget adversus hanc rationem, hujus sententia defensus: quia nulla est, & ideo ex omissione appellationis non consequitur tacitum consensum illius cui præjudicat.

¶ Quartò, contra Panor. & Imol. & sequaces adducitur jure optimo argumentatio quædam. Nam vel Episcopus post factam à delegato institutionem habuit ejus notitiam, vel paulò antequam ea fieret, aut eo tempore, quo facta est scivit, delegatum vel le instituere, eumque institutionis actum exequi.

Priori casu, satis ostentatum est, etiamsi posset quis actum impetrare non videri consensisse, quamvis tacet & non contradixerit: notant expressim Batt. in l. quo enim. §. 1. rem rat. haber. l. procurator. in fin. ff. eod. tit. Fel. in d. cap. nonne. de præsumptio. n. 12. & sequenti. post Panor. ibi n. 4. ergo Episcopus non videretur consensisse in ipsam institutionem ex taciturnitate. Nec item in posteriori casu: non enim tenetur, qui scit, etiamsi possit actum impetrare, accedere ad agentes, & contradicere, ac impetrare illum: cum possit eam contradictionem in tempus sibi utilius, & oportunius lege non refragante differe, seclusa fraude, quæ ex qualitate actus temporis, loci, ac personarum præsumi arbitrio boni, ac discreti viri poterit, præfertim ubi ea taciturnitas tendit in alterius captionem, quod mihi videatur posse deduci ex traditis à Panorm. in d. cap. nonne. n. 1. & col. 3. Felin. ibi, n. 12. & 13. Decio in d. cap. cum M. de const. n. 23. & juris civilis decisione in l. 2. C. si res aliena pign. data sit. & l. 9. tit. 13. par. 5. constat igitur, non posse rectè consensum Episcopi scientis & tacentis in hæc specie constitui: cum nulla usus fuerit fraude qui contradictionem in aliud tempus optimo forsan consilio differt.

¶ Huic verò conclusioni, quam probavimus secuti Lignianum, Cardin. & Bellameram, non obrerunt in contrarium adducta. Primum etenim parum urget text. in d. cap. si servus. 54. dist. quia duo in ea specie contingunt, & considerantur, quæ minimè nostræ quæstioni convenient: unum equidem est propter libertatis favorem, quæ inducit: ut servus pignoris datus sciente creditore & tacente manumissus, non possit postea per ipsam creditorem jure pignoris peti, cum censeatur ex scientia & patientia jus pignoris remisisse. l. 1. C. de remiss. pign. Alterum à favore religionis constat: ejus enim gratia qui taret, ac sciens non repugnat, consentire videntur. authen. si servus. C. de Episcop. & Cleric. notat utrumque Jas. in dict. leg. que dotis ff. de solut. matrim. n. 84. cui etiam adstipulatur status ille maximæ dignitatis, quem sacris initiatus profitetur, & cui servilis conditio potissimum indecens est & contraria. In hac verò specie nihil est, quod favoti tribui possit: imò potius odio haberi debet hic actus, qui tot canonicibus deferentibus jus instituendi Episcopis adversatur. cap. quamvis, in pr. & ibi Joan. Andr. Dom. & alij de præbend. in 6. gloss. in elem. 2. de off. ordin. Abb. in cap. ultim. de confirm. util. item Ab. in cap. si quis contra clericum. de foro compet. col. 3. glos. item in cap. 1. in verbo, processus, de rescript. lib. 6. Nam ita facile consultum esse poterat ordinationi Ecclesiæ, si præsentatus à patrono institueretur ab Episcopo, sicut ab ipso judice delegato institueretur: & fortassis facilius & dubio procul multo melius.

¶ Quod verò traditur ex Panor. in dicta disputatione, Augerio, licet non omnino placat Felino. in c. cum Berihol. de re jud. n. 12. & multis rationibus dubium: tamen admitti poterit, ut ipse Panorm. scribit, quoties institutio facta est præsente, ac tacente patrono.

Primò, quia patronus, qui facilimè ob præsentiam potuit dissentire, & impetrare actum illum institutionis, videatur consentire, ne aliqui præsumamus tacuisse fraude, & dolo ut illuderet Episcopo instituenti, juxta eam rationem, quæ paulò ante deduximus ex l. 2. Cod. si res alien. pign. data sit.

Secundò hoc probatur ex eo, quod collatio beneficij facta præsente & tacente illo, qui jus habet in beneficio, vel potuit illam impetrare, valet omnino secundum Tancréduum Archid. Præpos. in cap. si servus. 54. dist. Imola, Abbas & Doctores in cap. 3.

capit. ex ore. de his quis quaestunt a majori parte Cap. quorum opinio verior est, & frequentiori auctorum consensu recepta, ut affleverat eam secutus Paul. Paris. in conf. 76. n. 14. lib. 4. qua de re latius tractavere Felin. in diet. cap. cum Barthold. & Lamber. in d. qu. 2. art. 2.

Tertio, quia qui potest actum impedit, si praesens sit, & taceat, consentire videtur. *I. fidejuss. §. pa-*  
*ter. ff. de pignor. not. Bartol. & omnes in d. l. qua do-*  
*tis. præ cæteris Jalon. ibi, numer. 76. Abb. & Fe-*  
*lin. in d. c. nonne. notatur in l. Caius. ff. de*  
*pign. actio. tradit Alex. in conf. 1. lib. 3. n. 7. Quod si*  
*institutio facta sit patrono absente, scientie tamen nec contradicente, non valet ea collatio beneficij,*  
*imò poterit patronus eidem contradicere, ac praesentate ministerium ad Ecclesiæ ministerium intra*  
*quatuor vel sex menses à jure sibi datos: quemadmodum Card. respondet in Clem. primam de supplen.*  
*neglig. pralat. n. II. cujas opinio, quidquid Caesar*  
*Lambertinus scripsit, potius placet, & probatur ex*  
*his, quæ de tacito consensu, ac præsumpto modò*  
*tradidimus ad intellectum cap. super eo. quo factum*  
*est, ut possimus hinc colligere, quod inibi non tra-*  
*ctabitur de sententia, quæ alteri noceat scienti, vel ignoranti: atque idèo conclusio ex eo adnotata*  
*de effectu clausula, appellatione remota, non omnino constat ejus auctoritate, quoad tertium, cui sententia nocet ex natura causæ scienti, vel ignorantis, aut ratione scientiæ juxta distinctionem l. sapè.*  
*de re judic. & tamen fatentur clausulam. appellatione remota, minimè obtinet vim & effectum quoad*  
*tertium, cui sententia inter alios lata non nocet, ratione scientiæ. Item nec quoad illum, cui sen-*  
*tentia nocet etiam scienti secundum distinctionem*  
*leg. sapè. nisi dixerit quispiam, etiam huic nocere*  
*clausulam istam, ubi ipse sciverit, judicem de cau-*  
*sa cognoscentem, appellatione remota judicaturum:*  
*ex his, quæ in ultima hujus capituli parte traden-*  
*tur. Sed nec illis nocebit appellationis pri-*  
*vatio, quibus sententia ex natura cause, & pro-*  
*pria vi nocet etiam ignorantibus: quoties condem-*  
*natus, & vietus per sententiam curavit aut causam*  
*præbuit, quod clausula illa, appellatione remota, com-*  
*missioni, & delegationi causæ adjiceretur. Alioqui*  
*fortassis hæc clausula etiam nocebit his, quibus ex*  
*natura causæ, jure ipso, etiam ignorantibus nocet*  
*sententia. Quod suaderi poterit multis rationibus,*  
*quæ deduci possunt ex his quæ hoc in capite, &*  
*præcedentibus explicuimus. Potissimum id mihi sa-*  
*tis applaudit, nocere clausulam istam venditori, qui*  
*velit appellare à sententia contra emptorem latam,*  
*ut effugiat evictionis periculum. Sic etenim que-*  
*stionem istam definite constituimus æquo animo*  
*laturi, si quisquam certius aliquid jureque proba-*  
*bilius hac in re excogitarit.*

¶ Quinto, admodum huic tractatui convenit examinare, an sententia inter alios lata præjudicet omnino illi, qui post item cœptam, rem emerit, de qua questio erat. Cui controversiæ & altera prætermittitur, sitne res litigiosa, & litigiosa vitio affecta ex eo, quod in judicio fuerit petita. 6 Conveniant enim omnes † rem effici litigiosam per solam citationem, quoties petitur actione reali, agiturque de dominio, aut quasi dominio, directo, vel utili, quod manifestum est, auth. litigiosa. *C. de litigios.* nec in hoc ulla est contentio inter juris utriusque interpres: tametsi olim jure Codicis necessaria fuerit litis contestatio ad vitium litigiosi, l. 2. *C. cod. tit.* denique nunc in variis itum est sententias super eo, an res efficiatur litigiosa, quoties petitur actione personali, & ad rem ipsa actio personalis proponitur? Quibusdam enim placuit, rem nosquam effici litigiosam etiam litis contestatione, si ad eam actum sit actione personali: ut actione

*Didaci Covarr. Tom. II.*

empto, quæ ad rem emptam contra venditorem in judicium adducitur. Hujus opinionis auctores sunt Petrus à Bella Pertica, Jacobus Butrigarius, & Faber. in d. auth. litigiosa. Bartol. in l. 1. Cynus, Albertus. Bald. & Ang. in l. 2. Cod. de litigiosis. Innoc. & Joan. Andr. capit. cum M. de constit. Idem Joan. Andr. Abb. n. 7. & Hentic. optimè col. 3. in cap. eccl. ut lite penden. Ferra. in pract. tit. de forma libelli in actione reali num. 81. Specul. tit. de appellat. §. noviss. in versic. verum generaliter est. Matthæus de Afl. in constit. Neap. rubr. 41. n. 14. vers. & si lite penden. Bald. in l. 1. C. communis divid. n. 6. Vitalis in tract. clausular. tit. de appell. pendent. col. 2. Parisius in cap. dilecta. num. 11. & seq. de exceptionibus. Rom. in conf. 270 qui afferit, hanc opinionem communem esse. Idem Roman. in l. quamquam. §. 2. n. 5. ff. de aqua. plu. arcend. scribit, eamdem in consulendo maximam habere auctoritatem. Cui suffragatur tex. in d. aut. litigiosa, & iu auth. de litigios. in pr. collat. 8. ubi statutum est, tunc dici rem litigiosam, cum de ejus dominio causa tractatur, idèo, si personalis actio proposita fuerit ad rem non erit res litigiosa: siquidem de dominio rei eo judicio minimè di paratur. Haic auctoritati accedit, & alia ex eadem constitutione de litigiosis. §. ad hoc autem inibi etenim respondit Imperator, rem non dici litigiosam, quoties ad eam actum sit actione hypothecaria. Prior tamen ratio tollitur, si observemus diligenter Novellam constitutionem in hoc à veteri jure discessisse, quoad vitium litigiosi in ipsa re constituendum exigat tantum citationem ex actione reali: cum olim esset necessaria contestatio litis. Ergo nova constitutio in actione reali tantum in hoc veterem abrogat, quod citatio sufficiat, veteri lege requirente contestationem litis: atq; idèo in actione personali nihil novi statuit Justinian. Caesar: & ea ratione ab antiquis legib. petenda erit hujuscem quæstionis definitio, posterior vero auctoritas maxima ratione refellitur: quia in actione hypothecaria vitium litigiosi non est necessarium, nec quidquam nocet actori qui pecuniam debitam exigere poterit ab eo, qui lite mota & pendente rem emerit, quæ in eum cum hoc onere ætis alieni transfertur, secundum omnes contrarie opinionis auctores, qui ita respondere conantur novella constitutioni. Sed si possit plurimum interesse ipsi creditori agenti hypothecaria, quod res efficiatur litigiosa propter plures, & maximi momenti effectus: nihilominus voluit Justinianus, non constitui vitium hoc, nec contrahi quoad rem hypothecæ obnoxiam, quia res ipsa transit cum onere in quemcumque possessorum. Nec refert quoad vitium litigiosi, quod sit hypotheca specialis, vel generalis: imò multò magis libera est hypotheca generalis à vitio isto quam specialis, quod ipse Justinian. fateatur in d. §. ad hoc autem. vers. ex quo jam claret. qui ita legendus est, Ex quo jam claret, quod generales hypothecas multo minus litigiosi vocabulo volumus contineri: sic etenim legitur ex codice Græco Novellarum, & Latina Haloandri interpretatione, ut obiter mirer, cur vulgo absque ulla ratione, & contra mentem legislatoris legatur: multò magis litigiosi vocabulo volumus contineri. Est ergo ratio altera quæ vitium istud excludit à re hypothecæ titulo obligata: quia hypothecaria actione non agitur de dominio, nec ad dominium rei obtainendum, sed in effectu actio tendit ad debitam pecuniam consequendam. Unde ubi actio personalis deduceretur in judicium ad dominium rei obtainendum: nempe actione ex empto, profecto per litis contestationem res ipsa litigiosa efficiatur auctitate l. 2. C. de litigios. quæ in hoc nullo modo novella constitutione abrogatur: qua ratione, quoties actione personali petitur dominium rei, vel directum, vel uile, secuta litis contestatione res ipsa efficitur li-

Bbb

litigiosa

tigiosa secundūm gl. in l. quamquam. §. 1. in verb. iudicium, ff. de agn. plu. arcen. & ibi Bart. Cum. Imol. Rom. & Bart. in addit. ad Bart. idem Bart. & Alex. in scholis, in §. ult. ff. de litigios. Angel. in auth. de litigios. col. 2. Imol. Dec. & Ripa super gl. ult. in cap. cum M. de const. Salic. in l. 2. C. de litigios. Ravenna in tit. ut līte penden. nihil innovetur. Petr. Jac. in præctica, tit. de litigios. Optimè igitur tradit & probat Jas. in conf. 43. lib. 1. idem Imol. & Fel. col. ult. in c. dilecta. de exceptio. & rursus ipse Imola in c. Ecclesia. in l. ut lit. pend. 2. col. quorum sententia mihi potius applaudit, quippe quæ & verior sit, utiliorq; ac conduciblōr praxi, & judiciorum auctoritatē propter effugandas, ac vitandas litigantium calumnias. Sed & ipse Jason. in d. conf. 43. col. ult. scribit, temerarium esse, ab hac ultima opinione in judiciis discedere.

¶ His utcumque præmissis est adnotandum t̄ sententiam latam inter alios, nocere omnino, & exquendam esse adversus illum qui rem litigiosam, eoque vitio affectam emerit. quod probatur ex ratione l. ult. C. de litig. Bart. in l. 1. §. ult. ff. de litig. idem Bart. & Salic. in d. l. ult. Paul. Castr. in d. l. quamquam. §. 1. Bald. in l. 1. C. Commun. dividundo. expressim Bart. in l. 3. C. de pign. n. 23. Rodericus Zuares in repet. l. post rem. ff. de re judic. post oclavam ampliationem legis Regiae, col. 5. Matth. de Affl. in conf. Neap. lib. 2. rubr. 41. n. 10. quorum sententiam veram esse censet Angel. in d. auth. de litigios. col. 2. ubi emptor scivit tempore venditionis rem illam litigiosam esse, vel super ea tractari litem in judicio. Alioqui ubi is bona fide ignorans emisset rem, non est contra ipsum sententia exequenda. Ego sanè non probo hanc Angeli opinionem, quoties verè res litigiosa est: cùm hæc transeat, ac transmittatur cum litigiosi vitio in quocumque tertium possessorem, etiam ignorantem: tametsi propter ignorantiā is non sit aliqua pena multandus. l. ult. C. de litigios. qua probatur, rem litigiosam quoad pœnam vendentis, vel transferentis, & quoad ipsum vitium ipsiusmet rei transmitti, etiam in ignorantem. Igitur si propter vitium litigiosæ rei sententia mandari potest executioni contra tertium possessorem, nihil refert an fuerit is ignorans tempore emptionis. Hoc ipsum probatur, quia ubi res efficitur litigiosa, non potest ejus status mutari in præjudicium agentis quoad judicij ordinem, & examinationem causæ, nec potest litiis cursus impediiri, duriorve fieri actoris conditio. l. ult. ff. de litigios. l. 2. C. cod. tit. text. optimus in d. l. quamquam. §. 1.

¶ Sed & generaliter, etiam ubi res litigiosa non efficitur per citationem, nec per contestationem, si tamen ea per rem alienetur līte pendente, poterit executioni mandari sententia lata cum alienante contra ipsum in quem translata fuerit, si ipse scivit tempore translationis litem ea super re pendere, vel si per ære alieno exigendo, ac solvendo ex bonis alienantibus.

Quasi ea alienatio propter moram, litem, & scientiam ipsiusmet emptoris omnino præsumatur facta in fraudem sententiæ, & ejus executionis, nec sic necessaria tunc actio revocatoria ex tit. de his qui in fraudem creditorum. Probat hanc conclusionem tex. in l. chirographis; §. ult. ff. de administ. tutor. cuius auctoritate veram esse contendunt Bald. in l. ob maritorum. C. ne uxor pro marito. idem Bald. in l. certa forma. C. ut in poss. lege. & idem rursus in l. executorem. C. de executio: rei jud. nu. 26. Paul. de Castr. Vincent. Hercalan. n. 43. Jas. n. 10. Zazius col. 3. in l. à divo Pio. §. super reb. ff. de re jud. & licet Bar. in l. 3. C. de pign. nu. 23. omnino huic opinioni adversetur, et tamen maximam auctorita-

tem habet, ut tandem admittienda sit propter utriusque vendentis, & cements dolum in præjudicium judicialis auctoritatis commissum.

¶ Imò ex hac opinione non incongruè constat, & traditur veta conciliatio inter utriusque juris auctores, & interpres, dum ex his quidam censem, sententiam latam contra debitorem posse mandari executioni adversus illum, in quem dolo, & fraude res aliqua ipsius debitoris translatā fuerit etiam absque revocatoria cognitione, & sententia. Quod tenet Cynus in l. 1. q. 9. C. de alienat. jud. mut. caus. fact. quemadmodum Bart. & omnes existimatunt. Sed contrarium placuit Bart. in d. §. super rebus, ad fi. & ibi Alex. idem tenet Bart. in d. l. 3. C. de pign. n. 23. idem in l. si quis missum, §. judex, q. pen. ff. de damni infect. & profectò hæc est sententia, quæ magis jure probatur, & frequentiori Doctorum suffragio recipitur, ut tandem prius oporteat agi revocatoria ex tit. de his, qui in fraudem creditorum & revocata ipsa alienatione, tunc fieri executio in care quæ per fraudem fuit alienata, §. item si quis in fraudem. Institut. de actionib. leg. 1. §. necessario. ubi Bart. ff. si ventris nom. mulier. in poss. Quibus in locis probatur, necessariò esse prius præmitendum, ac tractandam ipsam alienationis revocationem. Hoc etenim verum est, ut alienatio fuit facta nondum mota lite, & sic in fraudem creditorum: quod si ea facta fuerit pendente lite, & sic in fraudem judicialis auctoritatis, poterit tunc admitti opinio, quæ Cyno ab omnibus tribuitur: nec erit necessaria revocatio alienationis, ut possit fieri executio contra tertium possessorem, qui rem ipsam emit pendente lite, & sciens, litem pendere: quemadmodum Bald. paulò ante citatus non semel definivit. Est igitur satis in hac specie, quod petatur executio probata rei alienatione & scientia ipsius emptoris: & tamen quidquid Paulus ac Vincentius Hercul. senserint, ad hunc effectum, ut recta via fiat executio contra tertium possessorem, ipse opinor forte necessarium, quoties actione personali agitur ad solutionem æris alieni, quod probetur scientia litiis pendentis, & inopiae debitoris: id est, quod emptor sciverit, debitorem non habere aliud in bonis, unde possit creditori satisfacere, si fuerit condemnatus: nam ex hoc, quod alienatio sit à debitore pendente lite, non potest colligi fraus contra executionem futuram, cùm ea fieri possit in aliis rebus quas ipse possidet. Nec item sufficeret scientia inopiae debitoris, si emptor ignoret litem pendere: cùm ex hoc tantum deducatur fraus contra creditorem, non tamen contra judicem, nec in præjudicium auctoritatis judicialis, aut executionis, quod verum esse opinor, etiamsi Paul. Castr. & Vincentius nu. 46. senserint, satis esse probari scientiam quod debitor aliam rem in bonis non haberet, unde posset creditori satisfacere, quamvis non probetur scientia litiis pendentis.

¶ Sed si actione personali actuū sit ad rem aliquam petendam, & ejus traditionem, quamvis juxta receptionem sententiam non efficiatur res ipsa litigiosa quod modò disputabamus, nihilominus alienatione absque novo judicio executionem fieri contra ipsum tertium possessorem, ex his, quæ modò tradidimus secuti Bald. in dict. leg. ob maritorum.

¶ Hinc etenim deducitur congrua, ni fallor, interpretatio ad textum in auth. de litigios. §. ad hoc autem. Nam si creditor adversus debitorem agat, non impeditur debitor lite etiam rem speciali obnoxiam hypothecæ alienare, ut inibi decimum extat, nec adeat huic rei vitium litigiosi, quamvis actuū fuerit hypothecaria ad eamdem rem, & tamen

tamen si debitor non habens alias res, unde creditori satisficiat, rem istam alienaverit lite mota in eum, qui sciverit, litem ea de re tractari, & inopiam debitoris: profecto sententia lata contra debitorem mandabitur executioni contra tertium possessorem: quia hac alienatio facta est in fraudem creditoris, simul & judicis, atque ideo Baldi opinio in hac specie admittenda est, cum probetur omnino inopiam debitoris, nec obseruit text. in d. §. ad hoc autem quia in eo casu non sit alienatio in fraudem: praesertim ubi ex pretio rei alienatae solvit ut alienum, ut inquit ibi Justinianus, qui non facta solutione ista respondet salvam superesse creditori actionem hypothecariam. Qued si non posset fieri executio contra tertium possessorem, in quem per fraudem fuit translata res ipsa hypothecæ obnoxia, oportet iterum creditorem agere novo judicio & actione hypothecaria, ac praemittente debitoris executionem: ex quo deterior fieret ejus conditio per alienationem lite pendente factam: cum re non alienata, fieret directo executio in ipsa re perita, vel possessa tempore alienationis ab ipso debitore. Igitur fraus sit in hoc, & ideo congruum est ita Justiniani responsum interpretari, ut nulla calumnia sit in perniciem litigantium boni fide admittenda.

¶ Major, ac iniquior fraus sit, ubi pendente lite super actione hypothecaria contra tertium possessorem, ipse reus inops nec habens rem aliam in bonis, quæ possit sufficere ad judicatæ rei executionem, si ut possessor, qui dolo desit possidere condemnatus fuerit, rem ipsam transstulerit in eum, qui fecit litem motam esse, & inopiam ipsius rei conveniti. Etenim si non potest directo fieri executio contra istum nunc possidentem absque novo libello, & absque novo litis examine, dubio procul ex fraude communi tam alienantis quam ejus, in quem sit alienatio, deficit rei judicatæ auctoritas, quæ in hoc potissimum fallitur, quod inanis est: & ideo iterum sunt omnia repetenda contra istum tertium possessorem, qua ratione æquissimum est, posse sententiam executioni mandari adversus tertium possessorem directe: cum & in hac specie maximè obtineat ratio Baldi in dicta leg. ob maritorum. & aliorum, qui cum fecuti fuerit.

¶ Illud vero libenter addiderim, posse tertium possessorem, in quem translata est res litigiosa, vel pendente lite, appellare à sententia illa, quæ directe præjudicat eidem quoad executionem, modò appellet intra decem dies, priusquam sententia translat in rem judicatam adversus illum, qui fuit condemnatus. Non enim vitium litigiosi, nec fraus litis pendentis causa deducta, ac præsumpta privat tertium possessorem jure appellandi à sententia: intra tamen illud tempus, quo potuisset ipse condemnatus appellare, & quo nondum sententia in rem judicatam transierit contra condemnatum ipsum; quemadmodum & de venditore diximus.

¶ Hactenus ergo sententia inter alios lata quæ aliis nocet ex propria vi, & natura causæ, vel ex vitio, aut fraude propter litem pendentem, aut ratione cuiusdam præjudicii evictiæ causa imminens. Nunc vero agendum erit † de sententia inter alios lata quæ nocet aliis ratione scientiæ juxta distinctionem Jurisconsulti in dicta l. sapè. Etenim ubi condemnatus appellare potuit, & appellare omisit, tertius jure appellare poterit intra decem dies à tempore, quo sciverit sententiam latam. Quod probatur ex his, quæ statim dicemus, & quæ diximus in hoc capite de his quibus sententia inter alios lata nocet ex natura causæ, sensere Angelus Perusinus, & Ang. Aret. in l. ab executore. §. ult. col. ultim. ff. de appellatio. Quid autem, ubi condemnatus

Didaci Covarr. Tom. II.

appellare non potest, quia tertio appellare non licet: an possit tunc tertius, cui ratione scientiæ nocet sententia, appellare? & sanè si tertius hic in prima instantia, vel in secunda, vel in ultima, prius tamen quā sit in causa conclusum. sciverit litem cum alio tractari, non poterit appellare ab illa sententia, quæ jure transierit in rem judicatam ex eo, quod tertia non potest admitti appellatio: aliqui si tertius ignoraverit litem tractari usque ad causæ conclusionem in ultima instantia, cum eo tempore non potuerit ius proprium ad defensionem in judicium adducere poterit appellare, quamvis condemnatus non potuerit tertio appellare. Sic denique ex Innocent. ibidem adnotatunt Panorm. n. 26. Felin. post alios, n. 10. in c. cum super. de judic. Bart. Imol. & Ang. Aret. in l. à sententi. col. ult. ff. de appellat. atque ita erit accipendum quod communis consensu receptum est, nempe regulam illam, qua non licet tertio provocare, procedere, ac obtinere quoad condemnatum, non tamen quoad tertium, qui condemnatus non est: secundum eosdem, & Dec. in c. sua. col. 2. de appellat. ipse vero Innocent. Panorm. Dec. Fel. Bart. & Imol. illud tantum exigunt, ut tertius appellare non possit à tercia sententia, quod sciverit is causam tractari ante illam ultimam sententiam. Angel. Aretin. addit. esse necessariam scientiam istam ante conclusionem causæ. Scribit tamen Bart. in dict. l. sapè. 5. & 8. quæst. damnum illud, & præjudicium, quod ratione scientiæ sententia inter alios lata infert aliis, omnino tolli, & vitari, si quis accederit ad judicium, & fuerit protestatus, se minimè consentire in illius causa examinationem & quod nullum sibi patetur præjudicium. Eamdem opinionem probant Angel. Cuma. Imola, & Alex. ibi n. 109. Anton. col. ult. Abbi. in c. penultim. de re judicat. n. 8. ubi Imola, & Felinus n. 25. idem tenuerunt. Imò sufficit protestatio extrajudicialis, sicut responderunt Angel. Imola, & Alexand. in d. l. sapè & idem Imol. Fel. in dict. ca. pen. assertit tamen Imola, quem Alexand. & Felin. sequuntur, hanc protestationem debere notam fieri judici, vel parti adversæ, quoties his constat scientia protestantis. His non temere præmissis mihi jure certius videtur, in hac quæstione, quam tractamus, satis esse, quod ante sententiam ultimam & tempore, quo potuit tertius hac protestatione sibi præcavere, & consulere, sciverit causam tractari cum alio, & hactenus tractatam fuisse, etiamsi sic jam conclusum, quod videntur Innocent. Bart. & alii apertissimè sentire. ¶ Hinc apertissimè deducitur interpretatio vera clementinæ constitutionis prima de re judic. qua dictum extat † tres sententias conformes tradendas fore omnino executioni, non obstante nullitatis exceptione in contrarium objecta, quæ facta executione nihilominus examinatur. Et etenim ea dictio admittenda quoad condemnatum, non tamen quoad tertium, qui ratione proprij judicij, adversus ipsam sententiam ultimam, nullitatem allegat, vel se opponit excutioni ad eam impediendam, sic sane visum est Joan. Andre. in gloss. in verbo. contra se. quem sequuntur Cardin. qu. 4. Bonifac. col. 7. & alii ibidem Felin. in cap. veniens. in 2. de test. n. 11. Alex & Jas. col. ult. in l. à divo Pio. §. super rebus ff. de re jud. idem Fel. in cap. cum super de rejud. num. 8. Rom. in sing. 287. Rot. in antiquis 441. & Dec. in c. sua n. 10. de appell. quorum opinio communis est, ut facetur eam secutus Felin. in cap. qualiter. in primo de accusat. num. 31. & constat ex traditis per Sebastianum Vantum de nullitatibus, tit. quis possit dicere de nullitate tametsi contrarium sententiam veriore esse censeant Gulielmus, & Barba in dict. Clem. 1. ubi Zenzelinus & Imol. hanc opinionem ultimam sequuntur, ubi tertius certior fuit de omnibus tribus sententiis: primam vero, ubi nullam

Bbb 2 cognitio.

cognitionem, nec scientiam habuit duarum sententiārum, quae ante tertiam latē fuerunt.

¶ Ego verò absque ulla distinctione opinor veram esse communem opinionem, quoties sententiae nec ex natura causæ, nec ratione scientiæ tertio nocent, etiam scienti. Etenim tunc nec est necessaria ab his sententiis appellatio, nec nullitatis exceptio: sed tantum oportet quod tertius utatur regula juris ex qua res, inter alios acta, aliis non nocet. Nec potest hoc esse alicui controversum. At si tercia sententia ita nocet tertio, quod ab ea nequit appellare, quia tercia est, nec licet ei tertio provocare: profectò non poterit impediri ab ipso tertio hujus sententiae executio propter nullitatis objectionem. Hæc etenim conclusio palam probatur ex ratione ipsius Clementinæ constitutionis, quæ ex hoc constat, quod tercia sententia non possit quoad executionis effectum impediri ratione nullitatis ab eo proposita, cui sententia ipsa ut tercia nocet, & cui ea ex causa appellatio jure interdicitur. Igitur qui juxta proximè traditam resolutionem non poterit ut tertius, tertio provocare. nec poterit executionem sententiae impedire nullitatis causa. Verum si tertius appellare potuerit à sententia, quæ illi nocet, & id facere prætermiserit, aut neglexerit, dubio procul impedit executionem sententiae nullitatis exceptione. Ex quibus constat, opinionem Imolæ, & Zenzelini non satis jure probari, nisi secundum ea, quæ in proxima quæstione tradidimus: sic denique appetet, quonam pacto communis opinio defendi possit: & tandem hæc sunt observanda quoad intellectum Regiarum quarundam legum, quæ de sententiārum executionib⁹ eamdem ferè rationem habere videntur, quam Romanus Pontifex in dict. Clement. non admodum obscurè insinuavit, de quibus alias longius tractabimus.

## C A P U T XVI.

De tertio, qui vult executionem sententiae inter alios latē impedire.

## S U M M A R I A.

- 1 Tertius, qui executionem sententia impedire vult, docere debet intra breve tempus ius contradicendi.
- 2 Non est admittenda contradictione illius, quise opponit executioni ad eam impediendam, quoties calumnia presumitur ipsius oppositio.
- 3 Intellexus l. is, à quo ff. de rei vindicat.
- 4 Intellexus l. à divo Pio. §. si super rebus ff. de re judic. & eorum quæ Bart. ibi scripsit.
- 5 Tertius seipsum opponens executioni, an sit admittendus à judge, qui ad requisitionem, vel jussum alterius sententiam exequitur.

**A**gitur sèpissimè de sententiis judicialibus ex quendis, cùm in rem transierint judicatam adversus eos, qui expressim fuere condemnati: cui tamen executioni frequenter tertius aliquis obviā ire conatur, eam impedit volens, & asseverans, seipsum condemnatum non fuisse, nec victum, & præjudicium grave pati ex ipsius sententiae executione. Idcirco par est, ut & rem istam summariam explicemus, illud præmittentes, quod ubi sententia nocet tertio, quoad plenum præjudicium ex natura causæ, vel ratione scientiæ, aut alio quovis pacto, nec possit tertius appellare: non est cur tractetur, an ipse possit executionem impedire: cùm minimè sit ad hoc admittendus: ex his, quæ latius scripta fure in c. proxim. & notatur in l. sèp. ff. de re judic. in cap. cum super cod. tit. Jam enim sententia, etiam

quoad tertium, translata in rem judicatam: atque idèo ejus executio impediti non debet. Tota igitur versatur controversia in ea specie in qua sententia lata inter alios, aliis non præjudicat, nec jure nocet. Nam ubi præjudicat, vel nocet, tunc vel potest tertius appellare, & eo casu executio suspenditur: aut non potest appellare, & executio suspendi non debet. Quamobrem contingere poterit, quod tertius velit impedire executionem sententiae, quæ rei judicatæ auctoritatem habet contra condemnatum, duobus casibus: primò inquam ubi sententia à huic tertio nullo pacto jure nocet: secundò, quoties ea nocere jure potest, & nocet, potuit tamen tertius appellare, & appellavit, licet victim appellare non potuerit, aut non appellaverit. In his tandem casibus utcumque sit, qui velit impedit sententiae executionem, docere deber summatim, & intra breve tempus, quod sibi damnum fiat ex illius sententiae executione: alioqui non est admittendus: quemadmodum probat tex. elegans in cap. veniens. in 2. de testib. & ibi Panorm. & Fel. idem Fel. in cap. præterea col. penult. de testib. cogen. probatur idem in l. à D. Pio. §. si super reb. ff. de rejud. & est communis opinio, ita tamen intelligenda, ut sufficiat semiplena probatio, nec sit necessaria probatio integra, secundum Innoc. & omnes in d. c. veniens. ubi Fel. nu. 13. hoc ex omnium traditione deducit. Idem Felin. in dict. c. cùm super. n. 16. de re jud. quo fit, ut quoties tertius à sententia inter alios lata velit appellare, & executionem impedit, non sit illi satis justam appellandi causam exponere expressim in appellatione: sed oportet illam probare statim intra breve tempus, saltem summaria, & semiplena probatione: quod si tantum appetet, nec impedit conetur executionem, satis erit, causam in ipso appellationis libello proponere, quæ appellationem ipsam justificet.

¶ Verum quoties præsumi possit calumnia tertii appellantis, & se opponentis executioni, tunc non est admittenda ejus appellatio, nec oppositio, sicuti constat ex cap. suscitata. de in integr. restit. gloss. Abb. Fel. & Dec. in cap. super eo. de offic. deleg. in verb. tenebit. Fel. in cap. ultim. col. ult. de calumniatore. Card. & Felin. n. 10. in cap. veniens. in 2. n. 10. de testibus. Card. in Clement. 1. quæst. 4. de re judic. Abb. & alij in dict. cap. suscitata. quorum communis opinio; scribit tamen Panormit. in dict. o. super eo. hanc calumnia præsumptionem tolli, si tertius offerat proprij, ac gravis præjudicij probationem statim, & ut aiunt, in incontinenti: tunc etenim probatio ista recipienda est, & interim ad breve illud tempus differenda executio: quia calumnia præsumptio cessat. Hæc Panormitan. sententia probatur in cap. interposita. in princip. de appellat. idem repetit Panormit. in d. cap. suscitata. nu. 7. textus optimus in cap. litteras de restit. spoliat. vers. præterea l. si is à quo in prin. ff. ut in possess. legat. Innoc. in cap. post electionem. de concess. præben. idem Abb. & Dec. 2. col. in dict. cap. interposita. Non me latet, quibusdam vi- sum fuisse, quod præsumptio calumnia non tollatur per oblationem probationis præsentis, & statim faciendæ: auctoritate glo. in dicto e. suscitata. in verb. sententie. ubi Imol. col. 3. Anton. Corset. in si g. in verb. exceptio. tamen gloss. prædicta non omnino probat hoc, imò potius idem, quod Panormit. ex ea deduxit, ut constat in priori ejus parte: à qua quidem opinione, & si tentaverit post recedere, non tamen expeditè, ac deliberatè discessit. Sic denique licet opinio Panormit. dubia sit, dum is scribit, exceptionem quamlibet, quæ legitima sit, admittendam esse, si offeratur ejus probatio statim, etiamsi lege, vel statuto nulla sit: alioqui exceptio admittenda. Nam Alexand. hanc sententiam probat conf. 94. li. 4. pro

pro Panormitan. respondet Dec. in cap. ex parte in 2. col. 4. de officio delegat. nihilominus, ubi plena probatio, & integra offertur statim, & incontinenti, ipse opinor, tolli ex hoc calumniæ suspicionem, quæ profectò sèpissimè tolli non poterit ex probatione semiplena: quod eleganter admonet Felin in dict. cap. veniens in 2. n. 10. de testibus. qua in re multum erit tribendum boni viri, ac discreti judicis arbitrio, non tantum circa probationis qualitatem: sed & circa tempus ipsum, inter quod fieri debet; quemadmodum Panormitan. in dict. c. veniens. docet n. 11. & post eum alij, præsertim Felin. n. 15.

¶ Sed etiā tertius docere velit, adhuc probatione integræ, grave præjudicium sibi imminere, si sententia executioni tradatur, & ea ex causa eam impeditre, admittendus non est quoties is ante sententiam sciverit, causam, & litem tractari inter victorem & victimum: sic etenim censem rem istam intelligendam fore Antonius Abb. & Felin. n. 10. in dict. cap. veniens. in 2. de testibus. Nicolaus Boërius dec. 79. col. 1. qui alios auctores citat. Horum autem sententia non est ita indistinctè intelligenda: fortassis etenim male plerunque intelligitur. Nam vel sententia illa, de cuius executione agitur, & adversus victimum auctoritatem habet rei judicatæ, alteri præjudicat ratione scientiæ: & in hoc casu, ut superius adnotavimus, tertius appellatio proposita, si eidem permittitur, impedit executionem in præjudicium ejusdem tertij, non obstante scientia: vel nocet alteri sententia ex natura causæ: & non est tractandum de impedienda ejus executione: cum etiam adversus tertium ignorantem transierit in rem judicatam. Quod si sententia tertio non nocet jure, nec præjudicat, parum refert, quod is sciverit, causam, & litem tractari, quia etiam scienti non infert jure sententia præjudicium aliquod, & idē quoties in executione huic præjudicium immineat, aut aliqua læsio contingere possit, est admittendus ipse tertius ad impediendam executionem non obstante scientia litis, & causæ. Igitur opinio Antonii, Abb. Felin. & aliorum tunc erit admittenda, cum tertio præjudicat sententia ratione scientiæ, & ex eadem causa non est eidem appellatio permissa. Ita equidem auctoritates utriusque juris ab his auctoribus adductæ planè sunt intelligendæ, quandoquidem in hac specie constitutæ sunt.

¶ His tandem prænotatis, utar hac in quæstionis communi fere omnium distinctione, quam tantisper apertam juxta præmixtum, que mihi ex usu forensi visa sit expeditior. Est etenim species quedam, & casus admodum frequens, cum adversus alicujus rei possessorem pronunciatur sententia de eadem re auctori restituenda, & tamen qui pendente ea lite, eamdem rem ab eodem possessore perierat, ac nondum obtinuerit, impeditre vult prioris sententiæ & rei jam judicatae executionem. Hoc sane casu non impeditur executio, nec impediti debet: licet cautio danda sit ipsi possessori, cum ab eo res afferetur: quod si secundus petitor fundum aut rem evicisset, eam præstabat, aut indemnum ipsum reum constitueret, + texus celebris in l. is à quo. ff. de rei vendicat. & leg. sequent. Quæ Jurisconsultorum responsa sic intellexere Innocent. Abb. Anton. Card. Felin. n. 8. Aretin. & alij in dict. cap. veniens. in 2. de testibus. Bart. Alex. & Jason. col. penult. & final. in l. à divo Pio. §. super rebus ff. de judic. Felin. post alios ibidem in d. cap. cum super. colum. 4. Quo fit, ut si post sententiam, que transierit in rem judicatam, cœperit tertius agere contra victimum, aut se opponat executioni, executio differenda non sit, nec item cautio præstanda: imd sine ulla cautione fieri executio contra possessorem in re petita: & ager tertius contra victorem rei vindicatione, alia-

ve actione sibi competenti: quod probatur in dict. l. is à quo. Et tenent Innocent. Imola, Antonius & Fel. in dict. cap. cum super col. 4. idem Fel. in d. cap. veniens. n. 8. ubi Aret. num. 3. scribit, hanc opinionem communem esse: quam omnes sequuntur ibi ut facetur Felin. n. 9. eamdem probarunt Imola. & Angel. Aretin. l. à sententia, ff. de appellat. Alex. & Jat. col. ultim. in d. s. si super rebus. sensit gloss. in dict. cum super. in verbo, interpositam, in fine. Quod si tertius hic executionem velit impeditre asseverans, ejus maximè interest illius rei petitæ possessionem non transferri in duriorem adversarium, sibi imputet, qui prius non egreditur ad illam rem obtinendam contra priorem possessorem, à quo justè, juris ordine servato, & absque ulla fraude auferetur. Sed & si subesset aliqua suspicio fraudis futurae circa illius rei possessionem, ut denique hic novus auctor, etiam obtenta victoria, frustraretur, posse tunc cogi qui rem obtinuit ex sententia cautionem arbitrio judicis præstate: ex qua salvum sit jus illius, qui modò agere vult, & agit: quamvis Jurisconsultus in l. is à quo. hanc posteriorem dubitationem minimè tractaverit. Nam Panormit. in dict. cap. veniens. n. 6. expressim scribit, ac sensit Bald. ibi, colum. 2. etiam in casu, quo duobus eamdem rem petentibus, qui prius vicerit, regulariter obtinere debeat rem istam in executionis judicio, posse tertium impeditre executionem, propter duriorem causam ex mutatione possessoris contingentem. argum. cap. Pisanis de restit. spoliat. nisi & huic timori fuerit satis cauzione succursum, hæc Panormitanus, à quo Felin. dissentit. n. 9. existimans, satis esse cautionem præstari: siquidem ipse tutam efficit futuri judicii executionem. Ego vero perpensa Jurisconsulti mente, atque ejus ratione ad amissim examinata existimo, non omnino improbandam esse Panormit. sententiam; quam judex prudenti usus arbitrio poterit admittere, si viderit juxta probationem summariam periculi; & juris, quod in ea habere contendit secundus auctor, non esse satis tutam, aut æquam executionem sententiæ, quæ lata fuit adversus possessorem. Idem perpendendum erit ad hoc, ut cautio detur ad tutelam ejus, qui post sententiam latam, quæ in rem transierit judicatam, impeditre vult executionem paratus agere statim, aut tandem agens ad eamdem rem sibi tradecadam: quod cautè debet examinari, & post examen decerni. Sed si tertius post latam sententiam ante executionem agat contra victimum possessorem, postea tempore executionis cautio præstabitur à victore, quod respondit Chassanæus in consuetudinibus Burgundæ, Rub. 5. §. 3. col. 7. atque ita obtinebit etiam in hoc casu Jurisconsulti responsio in dict. leg. is à quo.

¶ Secundus casus tunc constituitur, cum res ipsa, quæ à duobus petitur, vacat, nec in alicujus potestate quoad possessionem: in hoc etenim casu admittendus est qui velit impeditre executionem & docere, quod, ejus intersit, illius rei possessionem victori non tradi, quia facilius eam obtinebit vacantem, quam si alicui tradita fuerit. text. optimus in d. c. veniens. ubi Innocent. & omnes hoc expressim tenuerunt. Est & argumentum text. in luti. C. de editio divi Adria. tollend. notant Battol. Alex. & Jat. in d. s. si super reb. Felin. post alios in d. c. cum super. n. 11. Batt. in l. penult. ff. de petit. hered. quorum opinio communis est.

¶ Tertia solet tradi species, quando tertius qui contendit impeditre executionem sententiæ, asseverat, rem petitam esse penes ipsum, & se possessionem ejus habere. Etenim in hoc casu dubio procul non est sententia executioni tradenda: cum hic tertius rei petitæ possessio nondum fuerit victimus ab eo, qui petit executionem. Alioqui non fieret executio contia-

victum, sed contra ipsum tertium, qui nusquam litigaverit, nec vicius fuerit, probatur, hoc *in dict. c. eum super. de re judica.* & *in l. à divo Pio. d. §. si super reb.* idem constat ex regula juris: *Res inter alios acta alii non nocet.* *l. sepe,* & *cap. penult. de re judicata.*

**¶** Quartus casus s̄epissimè contingit, quoties lis fuerit tractata super actione personali, sententiaque executioni tradatur in rebus, quæ vicit assertit esse ipsius vicii, & condemnati. Etenim in hac specie facilis executio impeditur ab eo, qui allegat & statim probare vult, se dominum esse aliarum rerum ut constat *f. in dict. l. à divo Pio. §. super rebus.* ubi *gl. in verbo. fiat.* Bartol. & omnes Innocent. & alij in dict. cap. veniens. *Reg. l. 3. tit. 27. part. 3.* probatio autem dominij huic tertio incumbit, quoties ipse non possidet, eo autem possidente, præsumitur dominum apud ipsum manere: & ideo incumbit probatio in contrarium ipsi petenti executionem. *gl. in l. ob maritorum. C. ne uxor pro marito.* Bar. Paul. Imol. Alex. Jaf. & omnes in dict. §. si super reb. idem Batt. *in l. is cui. §. bonorum ff. ut in possess. log.* Joan. Faber. *in l. 1. C. de privileg. fisci.* Hæc vero præsumptio possidentem, & contradictem defecit, si simul allegaverit, se possessorem & dominum esse quasi necessaria sit dominij allegatio: ex Batt. *in l. si rem alienam 2. col. ff. de pignor. atlio.* Salyc. *in l. certi juris. C. locat.* eod. Batt. *in l. cum quid. ff. si cert. pet. col. ultim.* Alex. n. 13. & Jason. n. 8. in dict. §. si super rebus. Bald. *in l. etiam. col. 3. C. de execut. rei judic.* argumento deducto à Jurisconsulto *in l. si adulterium cum incestu.* §. idem Pollioni. ff. de adulter.

**¶** Sed huic distinctioni, ac resolutioni illud objicitur, quod secundum eam poterit fieri executio sententiae latæ contra debitorem in bonis, & rebus ab alio possessis, mox vicit probare velit, res illas verè esse debitoris vicii, & illum dominum earum habere: & tamen gl. *in d. §. si super rebus in verbo, fiat.* expressim tñet, contradictem, qui se opponit executioni, eam impedit jure tantum possessionis, quam ipse obtinet, etiam si non dixerit se dominum, & vicit probare debitorem victum dominum esse: quam opinionem *ex leg. ult.* C. si per vim. & alio modo, sequuntur Batt. & Doct. communis omnium consensu, ut fatetur Jaf. n. 9. & Zafius *in d. §. si super col. 2. not.* Faber *in d. l. 1. C. de privil. fisci.* Innocent. Abb. col. ult. *in cap. 6. cum super.* est etenim maximè iniquum, quod quis in judicio summario privetur possessione aliquius rei: & ideo in hoc judicio executionis sententia inter alios latæ, satis est ad impediendam executionem, quod tertius contradictor, qui se opponit executioni, alleget, & probet se possidere, ut possessione minimè sit privandus ex summaria probatione dominij, donec ordinatio judicio convincatur, qua ratione aliquot hic exponam, ex quibus constabit hujus questionis non incongrua definitio.

**¶** Primum, ubi contradictor possidet, & allegat se dominum illius rei habere, probatio incumbit viciti petenti executionem, quod vicit dominus est illius rei secundum communem.

**¶** Secundum, si contradictor possessionem tantum allegaverit, & verè possideat, vicit probare poterit dominum illius rei esse penes ipsum debitorem victum. Quod Barthol. & omnes fatentur, & ea probatio necessaria est, quoties contradictor asseverat, rem illam nec jure dominij, nec jure possessionis ad victum pertinere. Siquidem ipso vicit non possidente, nulla est juris, nec facti præsumptio pro dominio ipsius, etiam si possessor non dixerit, se dominum esse.

\* **¶** Tertium his aptati debet, quod ubi contradic-

tor possidet, & nec allegat proprium dominium, nec fatetur, nec negat victum dominum esse, imd tantum asseverat, le tem illam possidere: necessaria est probatio saltem summaria, qualis convenit judicio executionis, de dominio vicii debitoris: cum hoc non præsumatur altero possidente, secundum communem.

**¶** Quartum tribus his conclusionibus accedit omnino; etenim in his probato summarie dominio vicii debitoris executio fieri debet in hunc modum, ut vicit munitatur in possessionem, vel quasi possessionem ipsius dominij, & actionis in tem quæ potest, & poterat victo competere, ut ea actione judicio ordinario adversus possessorem agat, & ita fit hæc missio absque prejudicio ipsius possessoris, & contradictoris, quemadmodum eleganter docet Bal. *in l. etiam. in col. 3. C. de execut. rei jud.* hæc enim missio fieri potest, licet contradictor, qui possidet, non fateatur dominum vicii debitoris, ut contra Batt. *in d. l. ob maritorum. 2. col. Paul. Castr. Alex. n. 12. Vincent. Hercul. col. ult. & Jaf. n. 12. in d. §. si super.* post Cuman, ibi text. optimus *in l. si finita §. si de vicitibus. ff. de dam. infest.*

**¶** Quintum sicut deducitur eisdem rationibus. Nam ubi contradictor, qui possidet, & se opponit executioni, fatetur debitorem victum rei petitæ quoad executionem dominum esse, & tamen probat, se possidere, & allegat justam possessionis causam: erit facienda executio eodem modo absque prejudicio possessionis: licet non probet justam possiden- di causam: cum ea præsumenda sit, si allegetur. Quod sentit Batt. *in d. §. si super. in fin. & Alex. ibidem n. 12.*

**¶** Sextum majorem dubitationem habet, scilicet cum contradictor fatetur, victum debitorem dominum esse rei illius, & tamen allegat se possidere, & verè possidet, nullam exponens causam, nec titulum justæ possessionis: videtur sane præsumendam fore possessionem iniquam ex ratione text. *in cap. cum dilectus. de causa possess.* & ideo executio fieri debet: etiam quoad possessionem, ita quidem, ut huic tertio res auferatur, non obstante contradictione, quod sensit Bald. *in d. l. ob mariterum.* & probari quodam modo potest *in d. l. divo Pio. §. penult.* tametsi Alex. *in d. n. 12.* visus sit huius opinioni sensim refragari.

**¶** Septimum ex his constat, plurimum interesse, quod possidat rem ipse contradictor, an ipsem debitor vicius. Etenim ex præmissis conclusionibus patet manifestè discrimen hoc quod Batt. & omnes post cum tradidere *in dict. §. si super rebus.*

**¶** Octavò hic colligitur, contradictorem qui se opponit executioni, afferentem, se possidere, & rem in depositum, aut locationem debitori dedit, teneri ad hujus possessionis probationem: quia res in potestate debitoris vicii reperitur.

**¶** Nond ipse opinor, patrum referre, quod contradictor tertius asseverans possidere, alleget item, se dominum esse, ut dominus præsumatur, quoad impediendam executionem efficacem, & rem ipsam defendendam. Nam sive dominus præsumatur, sive non, sed tantum justus possessor, necessaria est saltem summaria probatio dominij apud ipsum debitorem: ut possit fieri missio in quasi possessionem actionis realis debitori competentis. Et fortassis hoc erit observandum, quod necessaria sit major probatio, ubi contradictor præsumitur dominus, quam ubi de dominio nulla est præsumptio. Atque ita intellige, quam paulo ante adnotavimus ex Bald. *in dict. l. etiam. Alexan.* & aliis *in d. §. si super.* auctoritate Jurisconsulti. *in §. item Pollioni.*

**¶** Decimò ex his constat, an sit verum quod Joannes Faber scribit *in l. 1. C. de privil. fisci ad fin.* quo in loco probat, non esse admittendum contra-

dictorem ad impediendam executionem in re, qua à debitore victo possidetur, licet ipse contendat se habere jus ad possessionem evincendam, & in ipsa possessione, quia nec possidet, nec allegat se possidere. Etenim vera est opinio Fabri ea ratione, quod non sit impedienda executio, nisi contradictor probare velit dominium, aut possessionem, & summatum probaverit: in hac vero specie nec dominium aut possessio probatur. Et ideo hic tertius ager interdictis possessoris opportuno loco, & tempore, nec impedit sola intercessione possessionis, quod non habet executionis judicium. Sic sane & opinionem Fabri sequitur Imbertus Rupellanus lib. I. forens. institut. c. 55.

<sup>5</sup> Illud tamen hac in questione libentissime quæsierim, tñ num tertius contradicitor possit se opponere executioni coram ipso judge requisito, aut coram mero executori: vel teneatur accedere ad judicem requirentem, vel illum cuius mandato executio fit, ut apud eum intercedat, ex causa justa, nec fiat executio in ejus grave præjudicium? quidam enim existimant, hanc intercessionem, & oppositionem, proponendam esse coram judge requirente, & illo, qui executori mero commisit executionem: cum merus executor non possit exceptions admittere, nec de eis judicare, juxta ea quæ traduntur per Bartol. & Doctor. in d. l. à divo Pio. in princ. & in cap. pastora. §. quia vero de offic. deleg. quo in loco glost. Panormitan. & alij hanc controvrsiam tractavere, quæ modò non est à nobis latius disputanda; siquidem id tantum agimus, quod frequentissimo omnium consensu traditum extat, nempe coram executori, non esse proponendas exceptions, quæ impedian executionem, sed apud illum judicem, qui de causa cognovit, & ipsam sententiam præmissa cognitione, auctore & reo vocatis ac præsentibus tulerit, atque ita video quibusdam placuisse, à quibus ipse discedo libenter, quippe qui existimem, iniquum esse, quod contradicitor qui summarie probare vult jus, quod in re habet, & quod impedit executionem, teneatur ad judicem requirentem accedere: cum forsitan longè absit à loco executionis. Nec enim hic tertius contradicitor eidem judici se submisit, nec ab eo condemnatus est, nec jure sententia ei nocet. Qua ratione satis illi erit, si coram ipso executori contradixerit, & allegaverit res, & bona in quibus sit executio propria esse, nec debere fieri in his executionem. Hoc probari videatur in dicto §. si super rebus. ubi Jurisconsultus hanc summariam cognitionem defert ipsi executori, ut tandem is cognoscat, quibus in rebus sit facienda executio, ille vero executor dubio protocol est, qui à judge pronunciant sententiam, & qui de causa cognovet, ad executionem requiritur, ut constat ex §. sententiam Roma. Nec enim negare quisquam poterit: de ipsomet executori tractare Jurisconsultum in d. §. si super rebus. de quo & tractaverit in dicto §. sententiam Roma. Huic rationi accedit & alia quam Bart. communiter receptus explicat in d. l. à divo Pio. in pr. n. 6. scribens executorum sententiae ab alio latæ, & cui executio tantum commissa est, posse cognoscere de questione ista: quibus in rebus sit facienda executio. Alioqui facilissime injuriam posset facere executor cuilibet tertio contradicitori, qui non ita facile potest ad judicem requirentem accedere.

¶ Illud est postremo admonendum, nullam injuriam fieri huic summariae cognitioni, si contradictionis, & oppositionis, quæ à tertio fit, copia detur adversario, eique fiat editio, ut eo respondentem intra breve tempus probatio fiat ejus juris, quod contradicitor allegat ad impediendam executionem, ut super se debeat in eadem, quod deducitur ex cap. veriens. in 2. de testib. Nec enim sit ex hoc judicium

plenarium: sicuti probat text. in Clem. sapè de verb. signif.

¶ Hæc denique obtinent & in oppositionibus, quæ per tertium sunt in his regnis executioni instrumentorum publicorum, nam quoties non habent contra tertium instrumenta publica parata executionem, potest profecto tertius quilibet contradicere, ac se opponere, quemadmodum & executioni sententiae & rei judicatae. Quod probatur ex his, quæ superius adduximus. Sed an instrumenta publica habeant paratam executionem contra tertium singularem successorem, tradit optimè Roderic. Zuar. in repet. l. post rem. ff. de re jud. i. limit. ad leg. Regiam.

## C A P U T XVII.

De illo interdicto, quod practici apud Hispanos, Interim, appellant.

## S U M M A R I A.

- 1 Interdictum, quo practici utuntur, unde originem duxerit, & in quo differat ab interdicto, Ut possidetis.
- 2 Sententia lata super hoc interdicto, verè ac propriè interlocutoria est.
- 3 Hoc interdictum omnino requirit possessionem, & que possessio requiratur? n. 5. ac n. 6.
- 4 Summaria tantum cognitio est ad hujus interdicti pronunciationem necessaria.
- 5 Possessio civilis an sufficiat ad obtainendum in hoc interdicto?
- 6 Interdictum hoc an sit concedendum possessori cui res sit juris communis presumptio?

Foresis usus hactenus, optime Lector, obtinuit: ut pendente lite, & exposito principali libello, judicique oblatu, petatur ab eodem judge, quod dum ipsa causa & controversia diffinitur, & interim pendet, auctor vel reus defendantur, minimè que turbetur in ea possessione, quam tempore mortæ litis obtinebat: atque ita frequenter pronunciati constat, præsertim apud supraem Castellanæ Republicæ tribunalia. Hæc vero interlocutio, licet similis videri possit interdicto, uti possidetis: maximè tamen ab eo distat. Cujus rei ratio consideratur ex hoc tñ quod interdictum, Ut possidetis, quandoque lite pendente super proprietate in judicium deducitur, ac verè possessionem respicit, de eaque, & super ea pronunciandum est. Ita quidem Jurisconsultus scribit in l. i. §. hoc interdictum ff. uti possidetis. Hoc interdictum de solo possessori scriptum est quem potiorem prætor in soli possessione habet: & est prohibitorum ad retinendam possessionem. Subdit deinde: Inter litigatores ergo quoties est proprietatis controversia aut convenit, uter possessor sit, uter petitor, aut non convenit. Si convenit, absolutum est, & ille possessoris commodo, quem convenit possidere: iste petitoris onere fungitur. Sed si inter ipsos contendatur uter possideat, quia alteruter se magis possidere affirmat: tunc si res soli sit cuius possessione contenditur, ad hoc interdictum remittetur. Hæc Ulpianus, ex quo in §. hujus autem, & in §. est igitur. appetet, hoc interdictum retinendæ possessionis, etiam nulla lite pendente posse decerni, ne quis turbetur in possessione. Not. gloss. in verb. de proprietate. & ibi Doct. retinenda institut. de interdict. hoc autem nostrum interdictum non eò tendit, ut sententia super possessione feratur nec in eo agitur, ut diffinitive pronuncietur quis possessor: nec est necessarium, item super proprietate pendere, ut peti possit, sed hoc tantum agitur, ut lite pendente qui ve-

re sit in possessione, minime in ea turbetar, absque praedictio*ris* litigantium tam possessione, quam in proprietate, ne contingent inter litigantes offense, rixa, vel injuria. Quamobrem pronuntiatur interlocutio quædam, quæ jubet pendente lite ab que praedictio possessionis & proprietatis, actorem, vel reum, in ea possessione defendi, quam tempore motæ litis obtinebat, ac prohibetur adversarius ei vim super ea possessione inferte, eumque turbare: exponiturque expressum ipsius possessionis qualitas, nec incertum sit hoc interdictum. Cujus equidem praxis origo deduci solet à Jutif-consulti ielponso in *L. aequissimum. ff. de usufruct.* quo decisum extat, judicis officio incumbere ita rem componere inter litigantes, ut ad arma & conventionem privatam minime accedant: ejusque responsi ratione tradidere multa post alios Curtius Senior in *conf. 60.* Paul. Patis. *conf. 160. lib. 4. Gratius conf. 10. nn. 9.* his accedit text. in *L. liberis. §. alt. ff. liber. caus.* qui probat oportere summatum tractari de possessione libertatis, vel servitutis, ut constet quis actor sit, quisve reus, & quid sit lita pendente agendum. Est & elegans hac de re Jacobi Buttigarij sententia in *L. incerti. Cod. de interdict.* qui proxim istam in specie docuisse videtur Bal. item in *L. ult. n. 10. Cod. de edit. divi Adria. tollen. vers. tertio præmitte.* Lanfr. in *rubr. de caus. possess.* & proprie. col. 9. vers. prima concl. Sed & eius interdicti, quo modo utimur, & quod usu jam diu probatum est, meminere Paulus Castr. in *conf. 3. in ip. in causa, qua vertitur coram domino vicario potestatis Pergami. lib. 2.* Capicus in *Neap. dec. 13. & 55. ac iterum dec. 289. & 209.* idem apud Gallos passim pronuntiatur: ut tradidere Austrer. in *stile parlamenti. tit. de causa novitatis.* & Massuerus vir maxima apud Francos auctoritatis in *prædicta tit. de possessorio.* Ita enim is scribit; partibus auditis consueverunt partes petere Recredentiam, pendente lita, & interdum & potissimum in materia pascuorum, in qua agitur de magno commodo, consuevit curia ordinata, quod testes examinentur sub certo & brevi numero, quorum attestations recipientur, ut valeant tam super recreditia quam super priacipali. Earumdem tamen attestacionum non fier publicatio, quousq; inquæsta fuerit facta super principali negotio. Hec Massuerus, quæ etiam colliguntur ex Austrerio in *d. tit. causa novit.* est profecto pulchra & insignis Pontificia decretalis responso, quæ forensem istum usum aequissimum ac justissimum facit in *cap. cum venissent, de instit.* quo in loco exrat interlocutoria sententia ad hoc ut lita pendente ille defendatur in possessione, penes quem est ista possessio. Atque ibi Innoc. Abb. col. pen. Card. Imol. & alij hoc ipsum adnotarunt. Quod si propriam vim hujus interlocutionis quis spectet, aptissimum eam interdictum dicere poterit, vel ex eo, quod prohibet turbari lita pendente possessionem illius, qui tempore motæ litis possidebat: Nam interdicere significat prohibere, ac vetare: quemadmodum ex quibusdam testatur Justinian. in *§. summa. vers. sunt tamen. ut. de interdict.* & nos idem probavimus in *cap. Alma mater. 2. relect. part. §. 1.* At si ejusdem Justiniani auctoritas recipiatur, dum asterit; interdicta etiam propriè dici restitutoria, ut tandem omnia prohibitoria, & restitutoria interdicta appellantur; quasi inter duos dicta, ut in *cod. §. summa. versic. ultim.* constat, poterit hæc practica interlocutio interdictum dici: quasi inter duos dictum, tametsi hæc sit potius allusio vocabuli, seu vocis similitudo, quam vera dictionis etymologia: quod & de testamento idem Justinianus explicit in *prin. institut. de testam.* Est hac in re quod non immerito sit observandum ad praesentis tractatus expeditiorem intellectum. Nam interdictum propriè dicitur, quo prator aliquid jubet, vel vetat non per-

petuo, sed ad tempus donec pleniori iudicio de jure petitorij queratur, quasi interim dictum quemadmodum ex Julio Paulo *lib. 5. sentent. tit. de interdictis.* adnotavit Andreas Alciat. *lib. 3. parerg. c. 15.* idque & testimonio Ciceronis probat ad *Hennium lib. 2. c. 2.* inquit enim is; *Verum horum pueriles opiniones rectissimis rationibus, cum voles refellimus: in praesentia hec interdicere non alienum fuit.* Hæc Cicero, apud quem interdicere, Alciatus interpretatur interim dicere; non tamen est prætermittendum, locum istum aliter legi: nempe hoc modo: hæc interserere: & à quibusdam, hæc interim dicere; Sic enim ex Petri Veterij castigatissimis codicibus legitur. Id vero quod Alciatus adnotavit ex *lib. 5. Sententiæ Julii Pauli,* potius ex interpretationibus Anniani viri spectabilis, qui Alarici Gotthorum Regis iussu codicem Theodosianum, Institutiones Caij, & Pauli sententias in epitomen deduxit. Hinc denique vulgus appellat hanc interlocutionem *Interim aut entre tanto.* Ad cujus ampliorem cognitionem plurima sunt explicanda, ex quibus facilis quivis percipiet vim & utilitatem hujus forensis usus, qui aptissimum conductus ad sedandas plurium litigantium molestas contentiones.

¶ Primum ex his appetet, sententiam hac de re latam propriè ac verè interlocutoriam esse: cum ea pronuncietur, ut effectum habeat lita pendente, donec super proprietate, vel possessione lis ipsa principalis fuerit definita. Quod expressim notat Paul. Castr. in *d. conf. 3. col. 2.* idem probatur in *d. c. cum venissent.* ac fatentur omnes, qui hujus forensis usus meminere. Præsetim hoc appetet, quia hæc interlocutio ab ea ratione procedit, quod lita pendente nihil sit innovandum. Atque ita in formula hujus interdicti Hispani his utuntur verbis, *Entre tanto, que este pleyo se vee, y determina diffiniuivamente: sin per juzzo del derecho de las partes en possession, y en propiedad.* quibus item verbis utuntur Neapolitani, teste Capicio in *d. dec. 55. ult. col. & 189. n. 11.*

¶ Quo sit ut hoc interdictum, hoc enim nomine appellabo quod vulgo *Interim, o entre tanto,* dicimus, habeat locum, & obtineat in causa & lita possessorii, in qua de possessione agitur. Est etenim ratio manifesta, quia hæc interlocutio tantum habet effectum, donec feratur sententia diffinitiva, lita pendente, absque praedictio possessionis, & juris actoris, vel reo pro ea competentis, deducitur hoc remedium, vel auxilium esse itidem admittendum in lita, & controversia possessorii iudicis: cum per id nullum praedictum sententia ferenda in eodem iudicio definitivè fiat, nec ei quidquam obstat. Quod palam ostendit Paul. Castr. in *d. conf. 3. col. 1.* idemque præmittunt omnes practici, quorum modò meminimus ad hoc interdictum jure probandum.

¶ Secundò, cavere debet omnino qui petit ut hoc interdictum, ne asseveret, se expoliatum possessione fuisse ante litem motam, aut possessionem eo tempore penes adversarium esse. Nam hoc interdictum quatenus est simile interdicto, *Uti possidetis:* possessionem requirit, & non datur nisi possidenti *L. I. §. hujus interdicti.* ff. *uti poss.* maxime quia rationem habet ab eo jure quo prohibetur quid lita pendente novati: & idem tenetur probare agens hoc remedio, se possidere nunc, aut saltē possedit, tempore motæ litis, & ab alio turbari eam possessionem. Siquidem hoc sufficeret, tametsi in proprio ac vero interdicto, *Uti possidetis,* probanda sit praesens possessio, & turbatio. Hæc sane admonitio fit, & colligitur ex Austrerio in dicto stilo, *tit. de causa novitatis.* Joan. Fab. in *§. retinenda. n. 17. institut. de interdicto.* Pet. Rabuff. 3. *tertia fugit.*

super leges Regias tit. de materia possess. art. 1. in pr. & art. 2. gl. 3. vers. tamen debet impetrans causam novitatis. Quoad interdictum autem, uti possidetis, quod diximus, traditur à Bart. in l. 1. §. ult. possidet, gl. & DD. in c. licet causam probat gl. in l. extat ff. quod metus caus. latè Alex. in cons. 88. lib. 5. col. 1. qui tradit necessariam ad interdictum, Ut possidetis, possessionem tempore litis contestatae, ex Bart. & aliis probat tex. in §. quorum, insit. de interd. quod si rationem nostri interdicti consideremus, profecto necessaria est, & sufficit probatio possessionis tempore motæ litis, ut qui eo tempore possidebat lite pendente defendatur in possessione. Idem ipse censco quoad interdictum, Ut possidetis, nam satis erit, quod eo agens possideat tempore litis motæ, vel turbationis in possessione: presumitur enim & tempore litis contestationis possidente, ut tandem obtinete possit. Atque ita intellico quæ Alex. adducit, & adnotavit in dict. cons. 88. & suffragatur text. in d. c. licet causam. & in d. §. retinenda. & d. l. 1. ff. uti possid. quod & inferius tantisper repetam ver. 12.

**4** Tertio ex hoc in tractatu observandum, quoad pronunciandum hoc interdictum praemittenda est summatia cause cognitionis, cum alioqui, si de principali interdicto, Ut possidetis, ageretur, esset adhibenda plenaria cause cognitionis, est ad hoc elegans text. in dict. cap. cum venissent, de insit. cui accedit l. liberis §. ult. ff. de libe. caus. not. Bart. in l. nam & postea, §. si minor. ff. de jurejur. In specie fatentur hoc ipsum Paulus Castr. in dict. cons. 3. & alii practici juniores, quorum paulò ante mentionem fecimus. Nam & Massuerus in dict. tit. de possess. nu. 24. testatur semper hoc caveri, & decerni, ut in hoc interdicto summatim procedatur brevi numero testimonia & intra breve tempus. Nos eadem utimur cautela: quippe qui mandamus examinari quinque testes producendos à reo, & quinque ab auctore: ac deinde alios quinque ex officio ea de re, & causa interrogari à commissario tabellione, quos ipse elegerit, & cognoverit testimonium plenius, ac verius super controversa questione dicturos.

Quartum ex praemissis deducitur, probationem istam summariam, si reproducatur, aut presentetur, quoad principale jus litis, finem facere, atque eidam esse auctoritatem, etiam sine nova examinatione & ratificatione testimonia: quia licet summaria sit, fuit tamen probatio ista facta parte praesente, vel citata: non autem ea absente. Quod eleganter Paul. Castr. admonet & notat in d. cons. 3. 2. lib. col. 2. maximè n. 7. quoties considero quantum momenti tribuat usus, & quasi possesso in acquisitionibus jurium, & rerum: & hanc probationem fieri pendente judicio principaliter, esseque admodum conexam eidem, mihi maximè persuadeo, hujus probationis testes, etiam aliquaque expressa reproductione: cum sit satis tacita ipsa representatione, sufficiens: plurimum conducere ad juris principalis, de quo ligatur, probationem.

Quintum est praetera advertendum quod probationes factæ ad hoc interdictum non sunt quo ad solemnitatem, vel plenariæ judicandæ, nec censendæ: non enim sunt servanda ea, quæ jure in plenariis requiruntur. Unde non fit publicatio eorum probationum, nec testimonia: sicut satis est usu forensi obtentum.

Sextum ad hæc accedit, quod in hoc summario judicio non est concedenda in integrum restitutio minori vel similibus personis ad probandum si intra diem, & terminum eis praefinitum nihil probaverint, nullamve probationem fecerint, aut quæ necessaria sunt ad obtinendum hoc interdictum minime probatione justa & sufficienti ostenderint, & in judicium deduxerint. Hoc sane multis

adductis similibus disputat in specie Anton. Capic. in Neapolit. dec. 13. ubi testatur in Regio Neapolitano pratorio bis fuisse hoc in casu negatam restitucionem, quam nec peri, nec concedi usquam ipse vidi hoc in Granatensti Auditorio, tametsi minor laesus in judicio possessorio, quod principaliter tractatur, sit restituendus, gloss. in l. 1. C. si de moment. possess. not. Doct. presentim Bald. in l. 3. C. qui perso legit. standi in judicio habeant. Quibus adde Tholosa. decision. q. 106. & Mauritium restituzione c. 273. qui & Austrer. in d. q. 106. idem tenuerunt, & ex antiquioribus optimè Bart. Bald col. ult. & Saly. in d. l. unica. C. si de momen. poss. Jason in l. 1. num. 10. ff. de jurisd. omn. jud. idem Jason in Aut. sacramenta puberum, nu. 57. ut intermixt miret, car idem Mauritius c. 114. dubitaverit, & c. 247. contrarium probaverit, alleverans, id passim determinari.

¶ Septimò est in eadem questione observandum, non esse hoc in judicio summario admittendos defectus adversus testes productos: saltem ut fiat eorumdem defectum, & objectionum probatio, quemadmodum deducitur ex cap. veniens in 2. de testib. cuius auctoritate adnotarunt ibi Joan. Andr. Abb. Imol. col. 3. Fel. n. 13. post Anton. & alios, quod in causa summaria cognitionis, maximè ubi agitur de præjudicio, quod possit per sententiam diffinitivam tolli, non admittitur reprobatio testimonia, nec est admittendus quis ad probandum defectus contra testes ab eodem objectos. Idem probant Roman. in singul. 283. Lanfranc Orianus in c. quoniam contra, de Probat. in verb. testimoniis n. 83. simili ferè ratione quo ad legem Toleti (hodie l. 2. tit. 21. lib. 5 Recopil.) latram de restituzione agrorum communium alicuius civitatis, statuit idem Regia l. 4. tit. 3. lib. 7. ord. (hodie l. 3. tit. 7. Recop.) cuius meminit ad hoc Petrus Avendanius in tract. de exequendis mandatis, c. 4. nu. 14. in specie autem hujus nostri interdicti, non tractatur, quis debeat possidere adhuc lite pendente, sed quis debeat esse in possessione lite pendente. Aliud verò est possidere, aliud in possessione esse l. si quis ante ff. de acquir. possess. præsentim quia per diffinitivam sententiam reparatur hoc præjudicium. Sic denique in materia nostri interdicti respondit juxta praemissam opinionem Anton. Capic. in Neap. dec. 55. scribens, ita fuisse in supremo illius regni tribunal pronuntiatum. Ex quo ipse libenter infero, quod ubi summatim tractatur de præstandis alimentis & expensis litis alicui lite pendente, erit circa testimonia reprobationem, & similia servandum, quod modò de hoc interdicto explicavimus. Nam & hæc causa incidens est ac summarie tractari solet, & ideo si testes ad summatiam cognitionem fuerint producti, non sunt admittendi adversus eos ulli defectus, ut saltem probatio adjectionum minimè fiat.

¶ Octavò ad hujus rei faciliorem definitionem, & ut quietè & tranquillè litigantes jus suum prosequantur, praxis obtinuit in hoc Regio ac supremo tribunali, quod si ab interlocutione hujus interdicti causa pronunciata, fuerit supplicatum, nulla derit in hoc supplicationis judicio ad probandum dilatio. Satis enim est ad summariam cognitionem semel datum fuisse dilationem ad probandum, alioqui esset hujus cause examen omnino plenarium, & ordinariæ cognitioni simile.

¶ Nonò ubi ad hujus interdicti pronunciationem producerentur in judicio instrumenta, & scriptura aliquot, non est admittenda contradicatio, nec accusatio falsitatis ad impediendam interlocutionem istam, quæ summatim pronunciati debet hoc interdicto: quemadmodum expressim tradit Massuerus in pract. tit. de possess. n. 25. nisi secundum eum esset aliqua

aliqua evidens suspicio, quæ faciliter posset examinari.

¶ Quid si ageretur in judicio de possessorio interdicto verè ac principaliter, tunc admittendi forent defectus, & objections contra testes, atque earum probatio. Nam et si causa possessoria sit summam expedienda nihilominus admittuntur objections contra testes, & earum probatio, auctore Bart. in extravag. ad reprimendum, in verbo, summarie. Aretin. in d. c. veniens, 7. & 8. col. de testibus, text. opt. in cap. præsentium, de testib. in 6. vers. testes.

5 ¶ Decimò est optimè inquirendum, † an ad esse etum obtinendi in hoc interdicto lice pendeat sufficiat possessio illa civilis, quæ traditur in l. elam possidere, §. qui ad nundinas, ff. de acquir. poss. & profecto, hanc possessionem non sufficere, quo ad istum effectum tenent Guid. Pap. q. 552. Rebuffus super leges Regias 3. tomo, tit. de possessoriis materia, art. 2. gloss. 2. & gloss. 3. & tamen hi auctores loquuntur quoad consuetudinem regni Franciæ: ubi non potest agere quis ad possessionem, ut ipsi dicunt, ex causa novitatis, quæ est similis nostro interdicto, contra eum, qui per annum & diem possederit, etiam naturaliter, ac de facto. Quod & Joan. Faber notat in d. §. retinende. Sed & Massuerus in præl. tit. de possessorio, n. 43. vers. item pro sola. tradit non sufficere ad causam novitatis detentio nem: imò requiri possessionem ex supradictis, ut ipse intelligo, civilem, & naturalem.

¶ Ego verò animadverto, hoc idē procedere, quia alter contra quem agitur, est in possessione naturali, quæ ab eo non est revocanda lice pendente: sed erit agendum contra illum interdictis ordinariis, & possessoriis: nempe, unde vi, aut, uti possidetis. Hoc enim dicit ratio, quæ ex litis pendentis prærogatio deducitur. At si quis habeat civilem possessionem tantum, nondum nactus naturalem, poterit hoc interdictum petere pendente lice adversus eum qui non est in rerum corporalium possessione. Exemplum traditur in possessione, quæ ex lege Galilæ & usu transfertur in heredem absque apprehensione: atque ita rem istam intellexere idem Guid. Pap. q. 552. col. 2. Paul. Par. conf. 41. lib. 1. col. 4. verb. nec audiendi sunt. quem sequitur Anton. Tiraq. in tract. le mort saisi le vif, part. 6. decla. 9. quod erit ibidem observandum ad l. 45. Tauri. (hodie l. 8. tit. 7. lib. 5. Recop. cuius ipse memini, aliquot ejus interpretationes exponens lib. 3. variar. resolut. c. 5.

¶ Sic sanè quidquid Massuerus scribat, ipse etiam detinente tantum aliquam rem defendere hoc interdicto pendente lice: potissimum ex ratione Juriscons. in l. Attilius. & ibi Paul. Castr. ff. de don. & l. officium. ff. de rei vend. quia hoc interdictum non tam respicit propriam & veram possessionem, quam statum illum rei, qui erat tempore motæ litis, aut paulò ante. Quod perpendere diligentissime debet, quicumque hac in controversia interlocuturus sit; & propriam publica auctoritate dicturus sententiam. Solet enim varia hac in re contingere quæstionum disputatio.

¶ Undecimò est animadverendum † hoc interdictum, quo in praxi utimur; obtinere vim, ut lice pendente utatur quis possessione, quam habet, nec in ea turbetur, etiam si contra eum pro parte adversa sit præsumptio juris communis. Ita equidem in jure pascendi, & ejus quasi possessione in alieno prædio quod liberum præsumitur ab hac servitute, notat eleganter Anton. Capic. decis. Neap. 189. asleverans, sic in illo Regio prætorio pronunciatum fuisse. Cui sententia suffragatur quod optimè notat Panorm. in c. 1. ut lice pend. col. 1. ubi scribit, non esse quem turbandum lice pendente in possessione,

quam habet, etiam ei resistat juris communis præsumptio, citat Panorm. ad hoc Innoc. ibi, & afferit DD. cum eo communiter transire. Hec enim sunt ejus verba n. 8. hoc ipsum probari videtur ex text. in d. c. 1. & rursus auctoritate Innoc. in c. cum venissent, col. 3, de restitus. in integr. qui sensit sufficie posse possessionem absque bona fide, ubi agitur interdicto, unde vi, aut interdicto, uti possidetis. Verum opinioni, quam tradit Anton. Capic. obstat text. in c. cum persone, de privileg. in 6. qui probat, non esse quem defendantum in possessione quam habet, refutante præsumptione juris communis, donec præscriptionem sufficientem probet & legitimam: nisi ostenderit, & exhibuerit titulum saltem idoneum ad præscribendum. Ergo qui juris communis præsumptionem in sui favorem habet, eo jure uti poterit, etiam adversus possessorem, nisi titulus idoneus ad præscribendum fuerit exhibitus. Cui auctoritati respondet Capiciorum eam intelligendam fore, ubi tantum agitur absque summaria probatione possessionis: quod si probetur summariam possessionem, tunc, inquit, non erit locus decisionis text. in d. c. cum persone. Imò poterit ex hac summaria cognitione decerni hoc interdictum. Hanc interpretationem sic idem auctor confirmat ut tandem afferat text. illum procedere pendente judicio ordinatio, nondum præmissa cognitione summariae possessionis. Quæ quidem interpretatio mihi non omnino placat. Nam id in d. c. cum person. §. pen. & ult. satis præmittitur: non sufficere possessionem absque probatione tituli, utcumque ad præscriptionem idonei, quoties præsumptio juris communis obstat possidenti. Idcirco tria vel quatuor hac in dubitatione exponam, ut tandem possit vera resolutio deduci.

¶ Primum ubi de iuribus ad principem jure communis pertinentibus agitur, & quoties pro principi præsumptio juris: tunc sanè non est locus huic interdicto ex summaria possessionis probatione, nisi probetur titulus aliquis, qui valeat elidere saltem ad effectum hujus interlocutionis, præsumptionem juris communis. Etenim Rex nusquam litigat sine possessione in his, quæ sibi ut Regi, summo jure conceduntur; ut scribit Petrus Rebuffus in d. tract. de materia poss. art. 2. gl. 2. n. 26. & sequent cui accedit quod nos tradidimus lib. 1. variar. resolut. c. 16. n. 1.

¶ Secundò oportet animadvertere, quod & si præsumptio juris communis sit contra possidentem, & agentem hoc interdicto, & requiratur titulus ad justificandam possessionem juxta respositionem Pontificis in d. c. cum persona. erit satis sufficiens titulus aliquis præsumptus, qui robur addat ipsi possessioni, text. opt. in dict. cap. cum venissent, de institut. ex quo id notat Panormit. 2. colum. & Franc. in d. c. cum person. §. ult. col. 1.

¶ Tertiò, quoties contra possidentem est præsumptio juris communis simplex quidem: ut in jure pascendi, de quo tractat Neapolitana decisio, opinor non esse negandum hoc interdictum, quod vetat lice pendente mutari possessionem. Hoc aperi tius fiet, si quis observaverit ea, quæ ipsi adnotavimus lib. 1. variar. resolut. c. 17. n. 7. non enim censi debet sufficiens ad perturbandum quasi possessionem alterius lice pendente, præsumptio illa juris communis, quæ cuiusque rei private libertatem fovet, & defendit à reali, vel personali servitute.

¶ Quartò non sic respondendum erit, ubi possidenti resistit valde vehemens juris communis præsumptio, quæ publicæ auctoritati favere ac patrocinari videtur, sicuti constat in exemplis traditis à Summo Pontifice in c. 1. de prescrip. in 6. & in d. c. cum persona. sed fortassis quispam ita constanter conabi-

conabitur defendere hanc undecimam conclusionem ut planè asseveret locum esse huic interim interdicto etiam in hoc casu: quasi Pontificia decisio in d. c. cum persona non obtineat lite pendente, quoad istam interlocutionem: qua ratione admonendum censco etiam si hæc admittatur opinio, perpendendam esse possessionem ejusque antiquitatem, & administrula, ut non temerè pronuncietur adversus juris communis præsumptionem.

¶ Duodecimò meritò in hac controversia queritur, quid sit agendum ubi uterque litigator probaverit se possidere tempore motæ litis, & postedisse? Oritur enim dubium, cui probationi sit standum: & sanè regulariter ille præferendus erit, qui antiquiorem possessionem probaverit. cap. licet causam, de probationib. tradidere Bart. in l. si duo. in pr. colum. 2. ff. uti possi. idem in l. colum. penult. C. eod. tit. Bald. in l. ordinarii, colum. 4. Cod. de rei vendic. Paul. Castr. in d. conf. 3. col. 3. Multaque sunt in hac quæstione consideranda, ut judex percipiat quæ probatio sit potior ad hoc interdictum, explicarunt eleganter Dec. n. 9. & Augustinus Boët. nu. 45. in d. c. licet causam. & an sufficiat probari olim quem posse disse, ut præsumatur tempore litis motæ possidere ad effectum hujus interlocutionis, ipse scripsi in reg. possessor. de reg. jur. in 2. part. §. 1. n. 4. Nam in corporalibus sat est probare possessionem certi temporis, & proximi ante litem motam: ut censem Joan. Faber in §. retinenda, nu. 23. instit. de interdictis, & in rebus corporalibus etiam sufficiet possessionis probatio, quæ tempore turbationis obtinebatur, ut hinc præsumatur possessio tempore litis, & contestationis, quod in Regio Neapolitano prætorio receptum esse asseverat Matthæus de Afflict. dec. 394. nisi alter probaverit, se medio tempore posse disse.

## C A P U T XVIII.

De testibus hoc in loco traduntur aliquot, quæ præ oculis habere debent judices.

### S U M M A R I A.

- 1 Testis an sit repellendus à testimonio ob utilem ejus opinionem, & infamiam facti?
- 2 Qui Clericus esse non potest, an sit admittendus in testem contra Clericum in criminalibus?
- 3 Inimicus vel amicus an à testimonio repellatur: & quoniam modo hac conclusio sit intelligenda?
- 4 In causa, & lite Universitatis, an sit admittendus in testem, qui est ejusdem Universitatis.
- 5 Objectiones contra testes admitti poterunt etiam in causa appellantoris, etiam contra testes ante sententiam productos.
- 6 Testes an sint admittendi super eisdem articulis, & direcio contrariis in causa appellantoris, & quid ubi agitur de nobilitate, quam bidualguiam dicimus?
- 7 Testis, an possit interrogari de his quæ ad elendam testimonii fidem adversus ipsum objiciuntur?
- 8 Traditur late intellect. l. nullum, (i. de testibus, an possit judex, etiam delegatus testem, etiam exceptum, etiam Clericum, punire propter crimen, quod in ferendo testimonio commiserit?)

**I**N omnibus equidem contentionibus, quæ judicium sententiis sunt omnino definiendæ, adeò testimoniū fides urget, & instituit jūdicantis animum, ut opportunè Jurisconsultus admonuerit in l. 3. ff. de testib. porissimum advertendum esse quibus testibus sit adhibenda fides: atque ideo in eo responso commemorat multa, quæ solent, & debent explorati dili-

gentissimè. Idem admonet Regia l. 203. tit. 16. par. 3. tradit Bald. in l. testib. col. 3. & 4. C. de testib. Certum autem quæ considerare debet judex in testibus & eorum fide, breviter tradit Joan. Bassianus in consuetud. Avernæ c. 8. art. 7. multa etiam ad hæc congerit Augustinus Boët. in c. licet causam, n. 32. de probat. potissimum integer Testis esse debet immunis ab infamia, à macula, & suspicione, text. opt. in c. 1. de except. c. testimonium de testib. Regia l. 8. tit. 16. part. 3. quamobrem non gravabor quædam hic adnotare, quæ solent frequenter in discrimen adduci: ut liberè quid sentiam, quidve in judicio probarem, aperissimè exponam.

¶ Primum video à plerisque adversus † testem objici vilenū ejus opinionem, & estimationem, quæ tamen non procedit ab infamia juris, sed potius ab infamia facti, quæ dicitur ex eo, quod homines gravitate, & moribus insignes opinionem quandam improbitatis de aliquo conceperunt ob aliquod ejus crimen, vel quia fecerit ea quæ fieri non solent ab his, qui integris moribus operam dede- runt.

¶ Hæc enim est facti infamia, quæ dubio procul detrahit auctoritati, & fidei cuiusque hominis. Qua ratione testimonium ejus qui ea est affectus aliquantulum minuitur, text. celebris in c. licet, verific. quedam verò de probat. quem ibi commendarunt Panor. Bald. Fel. & Dec. col. 5. idem adnotarunt Abb. col. 4. & Felin. n. 12. in c. testimonium de testib. ex hoc adinonentes, non esse dandam fidem in causis gravibus & maximi momenti, ac præjudicii, his testibus qui etiam si non repellantur à testimonio propter infamiam juris, laborant tamen infamia facti, & hæc quamvis non repellat quem à testimonio in causis civilibus ferendo, gl. in l. 3. §. dua causa, ff. ad Carbo. & in c. testimonium, ver. in hoc casu. paulò antè citato: tamen propter dubiam ejus fidem efficit ut in criminalibus & conugalibus controversiis & his similibus non sit quis testis idoneus, idemque respondendum erit etiam in aliquot causis civilibus, qui de re gravi, & maximo præjudicio tractatur: quod latius examinavimus in epitome ad 4. lib. Decretalium 2. part. c. §§ 12. n. 8.

¶ Secundò, illad etiam judicibus Ecclesiasticis † exponimus, quod fortassis perpensa frequentissima juris Pontificij interpretum sententia, in errorem labi quæcumque permittit. Scripsit etenim Fabianus Papa epist. 2. ad Episcopos Orientales, non esse testem idoneum in criminali causa contra sacerdotem, eum qui Clericus non sit, nec Clericus esse possit, ex quo Panormit. & alij communiter in d. c. de except. & Doctor. in c. si Apostoli. ubi à Gratiano Fabiani decretum adducitur 3. q. 8. collegerunt in criminalibus adversus Clericum non esse admittendum in testem, eum, qui tale patitur corporis vitium, quod à promotione, & sacerdotio repellat. quam opinionem sequitur Hippolyt. in practica causar. crimin. §. nunc videndum, num. 52. eamque communem esse fatentur Fel. & Dec. in d. cap. ac defendit ipse Dec. tametsi Felin. satis dubitet, nec ausus sit omnino eam improbare. Sed si verum sensum canonicum, & legum mentem repetamus, ipsamque rationem cujusque ambiguitatis moderatricem & interpretrem, planè fatebimur hanc opinionem communem non omnino veram esse, vel non ita intelligendam, ut ex aliquo corporis vitio absque ulla animi labore contingent, fidem cuiquam detrahamus, constat etenim in testibus illad potissimum esse considerandum, quod integræ sit fidei. d. let. 3. & leg. 1. ff. de testibus. Fides autem nullam patitur lesionem ex corporis maculis, ægritudinibus, & vitiis, sed ex animi labore, ejusque detrimentis;

mentis : atque adēd non ex hoc minus integer quis testis erit, quod vitium corporis habeat, impediens ordinis Ecclesiastici statum. Igitur Fabianus Papa constituens non esse admittendos laicos in testimonium criminis contra Clericum, scripsit : nec item eos, qui Clerici esse non possint ; cūm satis esset priorem regulam constitūere : siquidem is qui Clericus non est sive Clericus esse possit, sive non possit eo insigniri ordine, admitti non debet contra Clericum in criminalibus ad testimonium cūm criminaliter agitur, secundūm communem in c. tam litteris de testi. Si verò Clericus non sit, & nihilominus patiatur corporis vitium quod ab initio impediret eum ordinem : profectō non video cur hic sit à testimonio repellendus in causa criminali, quæ contra Clericum criminaliter agitur, nisi vitium id corporis ex aliquo crimine, aut aliqua equidem animi labie contraxerit. Sic etenim est interpretanda Fabiani Papæ responsio, quam non ita exactè glossa & Doctores ibi intellexisse videntur.

¶ Tertiō, iudex diligenter expendere debet ipsius testis affectum, ut ex amore vel odio ejus fides dubia sit omnino. Præsertim sit observandum, † an testis inimicus illius qui ejus testimonio convincendus est, quod Jurisconsultus admonet in l. 3. in pr. ff. de testib. l. 1. §. questionis, ff. de quæst. Authen. de testibus, §. se vero quis dicat. Quæ quidem suspicio minimè tollitur per Reconciliationem, quoties ea nuper contigerit : non enim statim post reconciliationem erit idoneus iudex aut testis, qui modò erat inimicus: cūm adhuc sit dubium, an remanserint quædam reliquæ odij: quamobrem expectandum est, ut amicitia longo tempore sic confirmata & sint obliterata, & oblivioni tradita omnia inimicitatum vestigia, text. est celebris in cap. accusatores in 2. & ibi gloss. 3. quæst. 5. gloss. in cap. per tuas, in 1. ver. inimicitia. ubi Anania col. 3. & Felin. colum. ult. de simonia. Innocent. in c. cūm oporteat. colum. ult. & ibi Panor. col. 2. Anania col. 3. Fel. n. 4. de accusat. Roman. in singul. 315. Ias. in l. apertissimi, C. de judic. col. 2. Hippol. in l. 1. §. præterea ff. de quæst. nu. 4. Anania & Bologninus conf. 17. Aymon. conf. 9. col. 2. lib. 1. & plerique alij quorum meminit Ant. Tiraq. in lib. de caus. cessante, 2. part. limit. 16. nn. 7. ex quibus appetit hanc esse communem opinionem, cui obsecitur text. in l. Athlete. §. dat remissionem, ff. de accus. tuto. ubi nuper reconciliatus inimicus non excusat à tutela. Hujus sanè loci auctoritate coacti fuere Anania, & Felinus in c. cūm oporteat. fateri, non omnino certam esse communem opinionem: imò text. in d. c. accusatores. intelligendum forte de eo inimico, qui nondum est reconciliatus: est tamen inimicitia nuper contracta, quod nec mihi placet, nec poterit iure satis probari. Idcirco existimo inimicitiam à tutelæ munere omnino excusare, nisi tutor sit testamento datus, tunc enim non excusat quis à tutela, etiam propter capitales inimicitias, quia qui tutorem Titum filii dat, quamvis Titus fuerit inimicus, visus est omne in prorsus inimicitiae labem, ac radicem à se quidem abjecere: eaque reconciliatio præsumenda est vera, atque immunis ab omni suspitione, vel ex eo tantum, quod proprios filios & eorum patrimonium ei commendarit. Quamobrem quoad ipsum testatorem reconciliatio amicitiae integra est, & ab omni libera suspitione, idèque non est, cur tutor aliquam excusationem justè pretendere possit ob capitales inimicitias, quas ratione perpensa, existimat ipse mortuo inimico nuper tamen reconciliato, non posse à tutela filiorum ejus excusari quem ob inimicitias, quæ reconciliatione simul & morte oblitteratae omnino videntur. Nec est in hac specie ratio illa admittenda propter quam inimicus olim, nuper tamen reconciliatus, repellitur à testimonio; etenim

cessat, ut opinor, quia fides detrahitur testimonio, ob veteris & pristinæ inimicitias radicem. Sic denique Justiniani locus in §. inimicitiae, insit. de excusat. tutor. dum ex eo probatur, non excusari quem à tutela propter inimicitias capitales, ubi reconciliatio contigerit: est intelligendus etiam si reconciliatio paulò antè facta fuerit: quod si post scriptum testamentum capitalis inimicitia orta, aut prior est testamento, sed ea causa is tutor testamento datus esse videatur, ex eo onere, & negotiis vexetur: aliud erit dicendum. Nam excusabitur is à tutela propter capitales inimicitias, quod probat text. in d. l. Athlete, §. dat remissionem, ff. de excus. tutor. quem titulum eleganter è Græco in Latinum transstulit Antonius Augustinus, vir omnium consensu insignis eruditio & diligentiae.

¶ Quartò judges admonendi sunt ab eadem affectionis ratione procedere distinctionem illam, qua passim utuntur advocati, asseverantes, non esse admittendos in testes, ubi de pascuis publicis & communibus agitur, incolas, cives, & oppidanos illius urbis, villa, aut oppidi, † cuius nomine universitatis de jure pascendi contendit, quasi securus sit, ubi de ejusdem urbis jurisdictione, & territorio ad eam exercendam controvertitur, nam in hac posteriori specie cives, & oppidani legitimi testes sunt. Prior hujus distinctionis pars probatur auctoritate Guidonis Papæ, q. 573. & specul. tit. de testibus, cuius meminit eum secutus Joan. Bessianus in consuetudinibus Averniæ c. 28. art. 4. quibus suffragatur quod communi omnium consensu definitum est in l. parentes. & in l. omnibus, C. de testibus, in causa universitatis non esse testem idoneum eum qui sit de ipsa universitate: ubi tractatur in ea lite de jure universitatis, quod unicuique privatim commodum, vel damnum infert. Idem notant Bald. c. 443. & c. 445. lib. 5. Bart. in l. in tantum, §. universit. ff. de rerum divis. quorum opinio communis est, ut factentur Dec. in c. insuper de testibus, & Bald. in d. cons. 445. num. 9. Francus Curtius in tract. de testibus in c. quando testes repellantur ratione affectionis col. pen. Alberic. in tract. de testibus, eod. cap. & ead. col. optima gloss. in ejusratione. in l. sicut in verbo, non debetur, ff. quod eiusque univers. nomin. tradunt omnes in d. c. insuper, & in c. cum nunciis de test. Gerardus à Petra sancta in sing. 24. Crot. in tract. de testibus num. 13. 1. atque in hac specie, ubi agitur de pascuis & nemoribus, expressim hanc opinionem probant Bald. in d. l. parentes, colum. ult. Felin. latè in d. c. insuper, n. 6. & ibi Dec. colum. 2. Curt. & Alber. in d. col. penult. Stephanus Aufter. in tractatu de reprobat. testium, num. 91. Alex. conf. 68. lib. 2. n. 14. Barthol. Cæpolla de servitutibus, c. de servitute juris pascendi, n. 18. quorum opinio dubio procul communis est, & eadem probet posteriorum distinctionis partem: nam ubi de territorio, & jurisdictione tractatur in judicio, admittendi sunt cives, & oppidani: quia in universitatem commodum ipsum defertur, non in singulis ipsius universitatis: quod & idem Guido Papæ notat q. 193. Bald. in d. cons. 445. n. 9. & omnes paulò antè citati post gloss. in d. §. universitatis, & in l. idonei, ff. de testibus. text. optimus in l. sed si hac, §. qui manumittitur, ff. de injus vocando. Qua ratione quoties de pascuis ageretur ab universitate in hunc sanè modum, ut universitas contendet de pratis quibusdam non ad usum publicum singulorum, sed ad locationem pascuorum pro annuo pretio in publicum ærarium conferendo, esset civis & oppidanus in ea causa testis legitimus & idoneus, quod Bald. respondit in c. tertio loco, n. 4. de probat. & sensit optimè Cæpolla in d. n. 18. Hinc denique constat vera interpretatio ad l. regiam 18. tit. 16. part. 2. quia probatur in causa universitatis admittendum esse in testim

testem quælibet ex civibus & oppidanis; est etenim intelligenda ea constitutio secundum distinctionem modo propositam. Quia & ipse admonendum esse censeo, etiam in hujus distinctionis posteriori membro, fidem testimonij non omnino integramente. Judex etenim æquissime arbitrabitur in hoc: quia negari non potest, non carere testem affectione, ubi pro jure & honore patriæ aut oppidi ejus, cuius est vicinus, testificatur: atque ita admonuerunt Archid. in c. 1. 14. qu. 2. Felin. & alij in d. c. insuper. & ferè omnes quorum modò mentionem fecimus. Ant. Butrius in c. cum nuncius de testib. Dec. in d. c. insuper, n. 7. Alex. in conf. 43. n. 22. lib. 4. tradit eleganter idem Alex. in d. conf. 68. lib. 2. n. 15. Nec refert quidquam, quod utilitas illius juris, aut rei, de qua in judicio agitur, non sit singulorum, sed ipsius universitatis: siquidem affectio ex hoc non cessat penitus: imò adeo proprius publicum & communem ipsius reipublicæ, cuius testis membrum, & pars est, evidentem utilitatem.

¶ Quintò non erit ab hoc tractatu omnino alienum, quod plerumque controvertitur de tempore, quo admittendæ sunt aduersus testes objectiones in appellationis examine, aut in secunda, tertiave instantia, cum in prima, aut secunda fuerint omissæ. Etenim jure communi aduersus + testes sunt objections, & vitia proponenda ante sententiam: c. 1. de except. id est, ante conclusionem in causa, c. cum dilectus, de fide instr. c. auditis, de procurator. idem adnotarunt Abb. & omnes d. c. 1. de except. Imò & haec objections fieri debent ante publicationem regulariter, non post, juxta distinctionem traditam à Romano Pontifice in c. presentium, de testib. Regia verò lex omni equidem casu permittit posse aduersus testes opponi crimina, vitia & defectus, statim post testium publicationem intra sex dies sicuti definitum extat lege 16. (hodie l. 1. tit. 8. lib. 4. Recop.) ex legibus, quæ de judiciali ordine apud Madritium statuta fuere. Hoc ipsum fere olim & Regia lex definierat lib. 1. col. 3. tit. 4. lib. 3. ord. (hodie l. 2. tit. 8. Recopil.) ex quibus apparet qualiter in his regis sit intelligendum, quod jura Pontificia hac de re statuerint. Quid si aduersus testes, quorum publicatio facta sit, non fuerint oppositæ exceptions, aut objections aliquot, ac lata fuerit sententia, solet dubitari, possitne in examine cause appellationis contra eosdem testes, aut in secunda instantia vitia aliive defectus objici ad eorum elendum testimonium, fidemque repellendam; & sanè Andreas Ilernia in constit. Neapolitan. lib. 2. constit. ult. nu. 6. & Guido Papæ decision. Delphinatus 500. tenuerunt, non esse admittendas in appellationis causa reprobationes testium, qui dixerint testimonium in prima instantia, & ante sententiam. Horum rationes facillimè poterunt expendi: sed ea maximè urgere videtur, quod ante sententiam data fuerit tacitè, vel expressè dilatio ad reprobationem testium, ut constat in d. c. presentium: & in constitutionibus Regis: & ideo qui intra eam dilationem non objicit aduersus testes exceptions, quas sibi competere existimabat, non est postea admittendus, cum fuerit finita dilatione exclusus. Hoc ipsum amplius, ac fortius urget, si consideremus dilationem ante sententiam dari ad reprobandum testes, qui tunc producti fuerint: atque item in appellationis cognitione alias denuò dati, ac repeti, ad opponendum exceptionem contra testes, qui tunc post appellationem testimonium dixerint: quia ratione constat opinionem istam jure veriorem videri, tamque receptionem fuisse in Neapolitano prætorio asseverat Matthæus de Afflict. decis. 266. nihilominus contrariam sententiam probare conantur gloss. in d. c. 1. de except. verb. per sententiam. & ini. bi Panor. Felin. col. 2. & alij, idem Panorm. in c. su-

Didaci Covar. Tom. II.

per eo de testib. Matth. de Afflict. in d. const. ult. n. 13. quam opinionem tertavi in regno Franciæ testatur Guido in d. q. 500. ex eo quidem quod appellatio restituat, ac reponat causam in eum statum, quo erat tempore litis contestationis. l. per hanc, C. de temp. appell. c. cum Joannes. de fide instr. notatur in l. ita demum, C. de procuratoribus. quæ quidem ratio non admodum juvat, cum ad reprobationem testium ante sententiam productorum, non sit quis admittendus post eam diem quæ tacitè vel expressè à lege vel judge datur ad id agendum; nec quidquam referat, appellatum esse: siquidem appellatio vim habet quantum ad probationem juris principalis, de quo in ea lite agitur, non autem quoad ea, quæ circa testes, aliave accessoria, in prima instantia fuerint tractata, & discussa: ex ratione text. in clem. ult. de appell. tandem Felin. in d. cap. 1. de except. col. 2. ex gl. inibi adnotavit, posse post sententiam in causa appellationis opponi aduersus testes exceptions etiam eas, quæ ante sententiam fuerint objectæ, nec tamen fuit probatio inducta, sed potius omissa.

¶ Ego verò illud esse constitutissimum opinor, quod post sententiam in appellationis cognitione non poterit objici defectus, aut vitia contra testes ante sententiam productos: si velit quis id agere post testium publicationem intra diem illum, qui datur ad reprobando, ac notando testes. Nam ea dilatio datur ad impugnandum testes productos in ipsa secunda instantia, quorum tunc publicatio sit, non autem ad eos reprobando, qui ante sententiam fuerant producti, quorumque testimonia eo tempore sunt juxta ordinem publicata.

¶ Deinde scio receptum esse apud hoc Granatense tribunal, posse in secunda instantia, post appellationem vel supplicationem proponi aduersus testes productos, & examinatos ante sententiam exceptions & objections: in ipso tamen libello, quo gravamina sententiæ explicantur, & exponuntur, ut tandem probatio fiat harum exceptionum intra dilationem datum ad ipsa gravamina probanda. Atque ita praxis admisit opinionem gloss. Abb. & aliorum, quæ sic intellecta maximam æquitatem habet.

¶ Sextò, præ ceteris observare debent Practici, in hac Castellani regni républica, lege receptam esse + canonistarum sententiam & opinionem, qua definitum est non esse in causa appellationis testes admittendos super eisdem interrogationibus & articulis, qui dati fuere ad testium examinationem in prima instantia ante sententiam, nec super eisdem directè contrariis; extat etenim de hoc regia l. 4. tit. 11. lib. 3. ord. (hodie l. 5. tit. 6. lib. 4. Recopilat.) & §. 26. in legibus de Madr. jure Pontificio hoc aperiissimè constitutum est in clem. 2. de testibus, quo in loco gloss. commemorat contentionem veterem inter canonistas & juris civilis interpres, qui contrarium probare conati sunt non satis urgentibus auctoritatibus. Nam & canonistarum partem optimè tutatur auctoritas Justiniani, dum rationem quandam præmittit in auth. de testam. §. si vero deducens. siquidem inibi prohibet testes recipi super eisdem articulis, & directè contrariis post publicationem, quemadmodum responsum est in d. clem. 2. in priori ejus parte. & in cap. fraternitatis, de testibus, ubi Anton. Imol. & Felin. col. 2. existimant adeò veram esse canonistarum opinionem, ut eadem in utroque foro admittenda sit. Idem fatetur Lanf. in c. quoniam contra de probat. verb. testium, n. 60. quia in te illud est cavendum, non ex hoc censi prohibitam productionem testium super his, quæ fuerint in prima instantia allegata: & tamen testes non fuerint super his allegationibus examinati. Nam poterit quispiam in appellationis causa testes produ-

cere ad probationem eorum, quæ ante sententiam allegaverit, & quæ sunt contraria his allegationibus directò, quas ejus adversarius in judicium deduxerit, modo non fuerint testes de his interrogati secundum Card. Innoc. & Fel. n. 34. in c. cum Joannes de fide instr. per text. ibi. & id sat est juri consonum.

¶ Illud verò solet à quibusdam in discrimen adduci, hinc regia lex servanda, & opinio item canonistarum in his causis & judiciis, in quibus de Nobilitate agitur, quam Hispanidicimus *bidalguiam*: etenim consultus hac de re Cæsar invictissimus Carolus Quintus, primus hujus nominis Hispaniarum R. x. in totius Regni conuentu apud Madritum anno 1537. l. 124. (hodie l. 17. tit. II. lib. 2. Recop.) respondit simpliciter servandam fore veterem legem regiarum ordinationum, ex quo quidem responso quibusdam visum est, totam controversiam definitam fuisse, ut tandem, etiam in his causis omnino sit vetus lex ad unguem servanda: quibusdam verò placuit, adhac controversiam istam sub judice quidem esse, nec responso Madritio definitam fuisse, cum illud tantum fuerit responsum à Rege quod vetus constitutio servetur, quæ nihil de causis nobilitatis statuit; & sane si mentem, & proprium intellectum legis Madritæ velimus expendere, constabit id ea sanctione institutum esse, ut etiam in hisce nobilitatis causis vetus constitutio servetur, nec in his admittantur testes in secunda instantia super his interrogationibus & articulis, super quibus testes fuere ante sententiam examinati, nec super directò contrariis, tametsi in hoc Regio Granatensi prætorio contrarium passim admissum sit. Recipiuntur enim testes post sententiam primam, & examinantur super eisdem articulis & directò contrariis, etiam si quidam ex Regiis auditoribus opinentur non omnino integrum fidem adhibendam esse hisce testimoniosis propriei suspicionem, quæ vel corruptione, vel aliunde post publicationem testium jure presumi potest, & nihilominus potuit usus forensis hinc originem ducere, quod causæ ac controversiae super his nobilitatibus ad statum hominum pertinere videantur ob libertatem illam, quæ à munib[us] personalibus & inditorum ac superinditorum collatione nobilibus legi Hispana verè competit: causæ autem status liberratis, inquam, & ingenuitatis, pares ferè continentur causis matrimonialibus, l. non distinguemus, §. idem Julianus, ubi gloss. ff. de arbitr. in causa verò matrimoniali testes admittuntur post publicationem super eisdem articulis & directò contrariis, text. & ibi Panorm. in c. sicut ex litteris de sponsalibus, ubi gloss. ult. communiter recepta. text. opt. & ibi post alios Felin. in c. series de test. idem Felin. in c. fraternitatis, eo tit. n. 9. post Socin. ibi n. 64. Bald. in Auth. nunc si hares col. I. C. de litig. etiam si agatur de probando impedimento ad matrimonium impediendum, quod nondum contractum est. gloss. & communis in cap. I. de consang. & affin. notant Abb. & alij in c. juravit, col. 2. de probat. idem erit & in causa monachatus. gl. in c. præsens, 20. q. 3. in verbo, patrem, cuius meminit Felin. in d. c. fraternitatis, n. 9. atque item in causa criminali secundum Soc. in eod. cap fraternis, num. 80. sensit Bart. in l. 1. ult. n. 3. ff. de quæst. quibus equidem & multis similibus fortan persuaderi potuit ob causæ gravitatem, & maximum ejus discrimen, posse recipi, & admitti testes super eisdem articulis, & directò contrariis post publicationem, & in appellationis examine: quod si foret in his regnis recepta opinio illa, quam securi sunt juris civilis interpretes, parvum urget hujus rei difficultas. Nam & Bal. in c. I. n. 12. si de insit. inter domi. & vas. lis oriatur. existimans sententiam Canonistarum errorem quendam esse: nihilominus restatur in curia Romana pronunciari sententiam absque testium publicatione, ne impeditur receptio, & examinatio testium post sen-

tentiam, & in causa appellationis super eisdem articulis, & directò contrariis.

¶ Septimo sese nobis offert non inutilis questio: siquidem receptum est usu forensi, non esse cogendos t[estes] respondere de his, quæ adversus eos obiectiuntur ad eorum testimonium eludendum: & tamen verum est; non posse testem interrogari, nec ipsum teneti ad respondendum super his interrogationibus, per quas turpitud[er] ipsius testis detegitur, ex ratione text. in c. quis aliquando, §. non tibi dico, de paenit. dist. I. de his verò ex quibus nulla constat ipsius testis turpitud[er] interrogari potest, & respondere tenetur: sicuti constat ex gloss. in c. querendum, 2. q. I. gloss. recte intellecta in c. cum causam, in primo, verbo, de causis, de testibus. quam Panorm. & alij frequentissimo consensu sequuntur, ut asseverant Felin. ibi n. 10. & Alex. in l. si duo patroni. §. idem Julianus, ff. de iurejur. col. ult. Quamobrem ex officio judicis passim interrogatur testis, an sit consanguineus, & cujus a[et]atis sit poteritque interrogari, an sit inimicus litigantis, quia inimicitia potest contingere absque culpa, & turpitudine ipsius testis, secundum Joan. Andr. Henric. Felin. & communem in c. inquisitionis, §. tercia de accusat. ubi gloss. hoc sensit. Hinc igitur rationem habet quod præ extat obseruatissimum: & deinde aperitur sensus gl. ejusque veritas in c. I. de excep. in ver. confess. quæ non satis constanter scribit testem posse interrogari an crimen commiserit, quod objicitur ad eventu[m] ejus testimonij fidem: & addit, nusquam vidisse hoc fieri: mitum etenim non est, id non fieri: cum esset iniqua, & injusta ea interrogatio, etiam si crimen sit publicum, vel sit ipse testis ejus causa publica nota insignis, quem vulgo dicimus infamatum: quod ex Innoc. in c. 2. de conf. quidam adnotarunt, præser tim Imol. & Felin. n. 10. in d. c. cum causam. quod si nihilominus fuerit interrogatus & responderit, erit repellendus à testimonio. Bald. in d. §. idem Julianus in fin. Henric. Aretin. col. 2. & aliis in d. §. tercia. Hæc verò hujusque questionis resolutio deducitur ab ea conclusione, quam passim Theolog. & juris pontificij professores fatentur, & præmittunt, afferentes, teneri quem jure divino, & humano. etiam & proprio crimine respondere, quoties jure fuerit interrogatus: alioqui posse responsionem subterfugere, & recusare: sic sane visum est Innoc. in d. c. 2. de confess. & ibi DD. D. Thom. I. 2. q. 66. art. I. & q. 76. art. I. Dom. à Soro in relect. de Secreto, membr. 2. q. 7. Martin. Azpilc. in c. inter verb. II. q. 3. coro 64. quam opinionem & nos probavimus lib. I. variar. resol. c. 3. n. 2.

¶ Octavo ex eo, quod diximus judicem constanti, & cauto judicio debere observare, quenam sit testibus fides adhibenda; oritur & illa dubitatio, num possit judex punire testem qui in ejus testimonio ferendo aliquod crimen commiserit: nempe perjurium, falsitatem, aliudve simile? Nam in eo judece qui habet in testem ipsum alioqui jurisdictionem ordinariam, satis est manifestum, posse ab eo puniri testem, qui vacillat, varius est, aut falsum dixit in testimonio; is autem judece, qui nullam in testem jurisdictionem alioqui habet, adhuc poterit eadem uti punitione, text. est celebris t[estis] in l. nullum, C. de testib[us]. pertinet ad idem lib. 2. & ibi Bald. C. de sportulis. l. si quis forte, §. si quorū, ff. de paenit. Regia l. ultim. tit. 16. part. 3. etiam si sit judece delegatus, quod probatur secundum Bart. & alios in d. leg. nullum, & in c. super his, de paenit. notant. gloss. in Clem. I. de offic. deleg. in gloss. I. item in l. quæstum, ff. de testib[us]. Bald. Abb. & Dec. in c. præsencia, de off. deleg. Spec. tit. de teste. §. I. vers. quid de delegato quibus objicitur tex. in l. divus Pius. ff. de falsis. & ibi Bar. Ex quo

Juris

Jurisconsulti loco probatur quibusdam, hæc incidentia crima in judicio non posse puniri ab eo, qui jurisdictionem alioqui non habet ordinariam. Quamobrem qui censeant priorem sententiam veram esse in delegato principis. Posteriorem vero in delegato inferioris à principe, qua distinctione usi fuere Pan. & Anania in e. i. de criminis falsi. col. pen. Fel. in e. præterea, de off. deleg. Jas. in l. i. §. qui mandatum, ff. de off. ejus cui est mandat. Juris. col. pen. & etiæ hæc distinctione frequentiori suffragio juris utriusque interpretum recepta, ejusque primus auctor fuit Joan. Andr. in additionib. ad Spec. in d. §. 1. vers. quid de delegato. qui eam in hunc sensum accepit, ut delegatus inferioris à principe nullo modo valeat testem in hac specie punire, sed teneatur cum puniendum alegare, & mittere ad judicem ordinarium. Non me latet, Jas. in d. §. qui mandatum non satis expressè hanc distinctionem tradidisse: imò apparet, maximè dubium esse in hujus questionis definitione, sicuti & post eum Jacob. de N'g's ibidem anxiè dubitat, & tamen quia Jason fere ultimo loco Joan. Andr. opinionem retulerit: eum hujuscemodi distinctionis auctorem retuli. Quo sit, ut delegatus principis puniri possit hoc crimen non judicio, nec pena ordinaria, sed extraordinaria tantum, quippe qui obiter, & incidenter valeat hanc punitionem exercere. Sunt tamen qui & in quocumque delegato, etiam inferioris à principe, opinantur, posse admitti, quoad penam extraordinariam, priorem sententiam, cujus opinionis auctores libenter ipse fecerim, & adduxerim eos, qui priorem partem secuti sunt. & Salyc. in d. l. nullum. Fulg. & Cur. Juniores n. 14. in d. §. qui mandatum, quorum sententiam veram esse censerem in eo delegato, qui non haberet jurisdictionem ita restrictam, ut ei sit interdicta punatio criminalis. Nam ubi delegatus sic datus sit ut nullam habeat puniendi crimen potestatem, profectò non poterit is punire testem hujus criminis reum. Atque ita forsitan est accipiendus locus Jurisconsulti in d. l. divus Pius. quemadmodum volueret Angel. in l. quoties. C. dejud. & Hipp. in l. i. §. præterea. n. 34. ff. de scariis. Igitur delegatus à principe poterit quoad penam extraordinariam uti hac punitione, quæ conceditur, & permittitur ab Imperatore in d. l. nullum. & idem erit, ut quidam opinantur in delegato inferioris à principe, modò non sit ei interdicta criminalis punatio. Sed & locus erit huic opinioni, etiam si testis sit speciali privilegio exemptus à jurisdictione illius judicis, coram quo testificatur, quod Felin. scribit in e. verum, col. 3. de foro compet. ex ratione text. in e. i. de privileg. in 6. modò testis non sit Clericus, & Ecclesiastice jurisdictioni, ratione ordinis subditus: hic etenim non poterit à seculari judice puniri, etiam si coram eo in ferendo testimonio crimen commiserit. Sic sane auctoritate illius generalis constitutionis, quæ traditur in e. si diligenti de foro comp. & in e. i. de Cler. conjug. in 6. tenuerunt Innoc. Holtiens. Joan. Andr. Anton. Panoim. n. 18. Felin. in col. 3. post alios in d. e. verum. Paul. Castr. in d. l. nullum. Joan. Bernardus præct. crimin. e. 87. Jas. in d. §. qui mandatum, col. pen. & DD. in e. dilectus de penis. & in 2. de crimin. falsi. Quorum opinio communis est, ut facetur eam secutus Matth. de Afflict. decis. 230. col. 1. eandem sequitur Bart. in l. divus Pius. ff. de falsis; etiam si gloss. Cyn. Bald. & Sali. in d. l. nullum. Freder. conf. 93. contrariam opinionem fuerint professi, eamque servati & passim admitti apud Gallos alleveret Guliel. Benedict. in e. Raynarius, de testim. in verb. & uxorem nomine Adelasiam n. 434. Scribit tamen Frederic. penam, quæ tunc sit Clerico inferenda, si de corporis distinctione tractetur, non posse per laicum judicem executioni tradi, & idem eandem executionem Episcopo delegandam.

Didaci Covarr. Tom. II.

Sed & hoc in re Matth. de Afflict. in Neapolit. decis. 119. tradit in Regio illius regni prætorio definitum fuisse, cum apud Ecclesiasticum judicem laicus quidam faltum testimonium dixisset in causa matrimoniali, locum esse præventioni, ac potuisse judicem sacerdotalem hujus criminis punitionem exequi, si in cognitione deliti judex laicus prævenit Ecclesiasticum, qui non poterit in hac specie inhibere laicum hujus criminis cognitione, & punitione; cujus decisionis auctorem citat Bald. in d. l. nullum, col. 2. & in d. l. i. col. ult. C. quomodo & quando judex. qui satis abest ab hujus controversiae definitione. Nam in d. l. nullum. tractat de duabus judicibus diversi fori, quorum unus ex commissione alterius testem examinaverat: & nihilominus ipse opinor veram esse præcitatam decisionem in hunc sane sensum, ut judex Ecclesiasticus non posset inhibere laicum judicem jam prævenientem hujus criminis punitione, licet etiam ipse valeat quoad pœnam extraordinariam procedere contra ipsum testem. quod ipse Matth. de Afflict. fatetur in d. decis. 119. quasi viri illi doctissimi, qui illius decisionis auctores fuere, palam tenerint, posse judicem Ecclesiasticum inhibere laicum hac cognitione, quoties ipse Ecclesiasticus præoccupaverit hujus incidentis criminis examinationem.

Illud vero existimo non esse dubitatione dignum, quod potest contingere, ubi testis Clericus falsum apud judicem sacerdotalem dixerit, nullo modo debere admitti inhibitionem judicis Ecclesiastici quoad examinationem & cognitionem, ac definitiōnem causæ principalis, quæ apud judicem sacerdotalem tractatur. Hæc etenim erit definienda à judice laico: nec ejus examen suspendi debet propter causam, quæ ab Ecclesiastico judice super punitione falsi testimonij adversus Clericum testem expeditur & examinatur quod Bald. notat in l. i. col. ult. C. quomodo & quando judex. & eleganter Fred. conf. 93. incip. Factum, quod proponitur. quin & ipse judex laicus ad effectum pronunciandi sententiam justam in ipsa principali causa, & lite, poterit planè cognoscere, an Clericus falsum dixerit testimonium: quod omnes fatentur.

## C A P U T X I X.

De instrumentorum fide traduntur multa, quæ cum practicis, tum theoreticis erunt fortasse conducibilia.

## S U M M A R I A.

- 1 Originale & Authenticum, quæ in significatione, haec in parte accipiuntur.
- 2 Protocollum quid sit, & unde originem habuerit, & inibi de matricibus, ac matricula?
- 3 Instrumenti publici fides, an periclitetur ex eo quod Protocollum non inveniatur?
- 4 Exemplum, & exemplar, quonam modo differant?
- 5 Tabellionis officium, an suile, & an infamis possit illud obtinere?
- 6 Spurius poterit esse Tabellio & Decurio.
- 7 Nobilis hidalgus in tabellionis officio constitutus & fungens, non cogitur cum plebeis contribuere in regalibus subsidiis.
- 8 Clerici & Monachi, an possint esse tabelliones?
- 9 Prima, ac potissima auctoritas instrumenti ex eo deducitur, quod ejus auctor fuerit à principe Tabellio constitutus.

Hoc, qui judicialibus controversiis instruendis & definiendis operam date conantur, frequenter

CCC 2 tissimum

tissimè obvium est, quænam fides jure scripturis & instrumentis data sit, & quanam forma eisdem uti debeant ad auctoritatem, & fidem conciliandam, ut judicibus persuaderi possit vera esse, quæ hisce passim enunciantur. Idcirco non gravabor, imò factum me ope & pretium existimo, si quædam hac de re paucis tradidero, quæ possint esse compendio ad hujus tractatus praxim & examen, de quibusdam dictionibus usu maximè receptis aliquot præmittens. Passim etenim mentio fit instrumenti originalis, præsertim à gloss. in l. 2. de fid. instr. Dicitur & autem originale instrumentum ipsa prima scriptura, quasi origo sit ipsius actus, & omnium exemplarum, quæ inde deduci, ac traduci possunt, quod probatur in c. 1. de fid. instr. & aliis multis in locis, maximè in d. l. 2. cod. tit. l. 4. & l. Pomp. ff. famil. herciso. 1. jejunium, 76. dist. tametsi nullibet mentio hujus dictionis fiat, quam in hac significazione communis recepit usus, Tertul. equidem lib. de carne Christi, originalia instrumenta appellat ea testimonia, quæ probant Christi, quoad humanam & veram carnem, originem, ita enim inquit: *His, opinor, consiliis tot originalia instrumenta Christi delere Marcion ausus est, ne caro ejus probaretur.* Hæc Tertul. Sed & originale instrumentum dicitur scriptura authentica, in d. c. 1. & in d. l. 2. de fid. instr. atque in his locis, quæ modò adduximus: ea profecto ratione, quod Authenticum dicatur id, quod ipsiusmet auctoris sit, & ab eomet auctoritatem habeat, non aliunde: sicuti explicat optimè Guliel. Bud. in commentariis lingua Greca, fol. 683. Qua ratione Authenticum significat quod certum auctorem habet, & idcirco instrumenta authentica dicuntur illa, quæ certam ac justam auctoritatem ac fidem habent, nempe ipsiusmet certi auctoris. Sic Cicero epist. ad Attic. 187. lib. 9. & rursus lib. 10. epist. 200. usus est adverbio *ἀὐθεντικός* quasi ex cerra fide certoque auctore. Nam authentes, Græcè *ἀὐθένθης* idem quod Latine Auctor significat; tametsi Theod. Gaza asseveret in lib. de mensib. veteres Latinos non fuissent usos hac dictione secundum hanc significationem, quæ quidem hujus dictionis propria est, ut ea significetur is, qui proptia manu aliquid patraverit ac fecerit, & tamen ipse Budæ. & Alciat. lib. 2. parerg. c. 46. probare conantur ex Cicero. & aliis maximè Juriscons. etiam apud veteres eam significationem receptionem fuisse, ut authenticum dicatur, quod certam fidem & auctorem habet, idcirco dicimus Justiniani novellas authenticas, quod certam fidem habent, & sint ex ipsomet Græco originali ad litteram traductæ. Igitur authenticum instrumentum ex prima, & propriori interpretatione dicitur ipsum originale, quod sit ipsiusmet primi auctoris, ab eoque, ac non aliunde fidem habens. Deinde dicitur etiam authenticum instrumentum omne illud, quod certam, & indubitatam habet fidem.

¶ Hinc denique deducitur verà interpretatio text. in d. l. 2. & in c. 1. de fid. instr. Nam licet multoties exempla fidem faciant & indubitatam habeant auctoritatem, distinguuntur tamen ab authenticis scripturis secundum priorem significationem: quia hæc originalia, & ipsius auctoris sunt, illa vero aliunde consequuntur auctoritatem & fidem, juxta ea quæ traduntur in c. cum P. tabelli, & in c. ult. de fid. instr. Aut tandem scriptura authentica dicitur ipsum originale, quia frequentius ipsius fides certa est, & indubitata: primi auctoris signum, subscriptionem, & litteram: etiam quandoque aliunde conquisita, & conciliata fide exempla, quia legitimam habent auctoritatem, non regulariter, nec frequentius, sed certis quibusdam casibus. Authenticum dicuntur à jure & ejus interpretibus. Sic & in c. 2. de fid. instrum. authentica scriptura dicitur illa quæ

est originalis & ipsiusmet auctoris, licet ob aliquot causas non habeat justam nec legitimam auctoritatem.

¶ Fit item in hoc tractatu à nostris mentio de Protocollis tabellionum: & à Justi. in auth. de tabellionib. §. illud quoque collat. 4. ubi gloss. & Bart. in l. Gallus, §. idem credendum. ff. de lib. & posthu. olim si quidem † Protocollum significavit quandam in chartæ capite notam, signumque quo videlicet artifice quoque tempore ea confecta fuerit, cum comitis sacrarum largitionum nomine, ut constat in d. §. illud quoque. Nunc verò hec dictio tradicta est ad indicem, memorialemque tabellionis scripturam, qua in codice aliquo gesti actus substantia breviter adnotari consuevit, ut extendi deinde, atque absolví possit, quemadmodum tradit Viglius in §. nibil. Instit. de test. Quidam sanè hanc dictionem interpretantur, ut protocollo duplici l. dicatur, prima rei gestæ configratio, à νόμῳ Græca dictione, quæ dicitur Latinè gluten. Aliis placuit, protocollo simplici l. dici, quasi primam membranam, aut primum orationis seu scripturæ membrum: quia νόμος membrum significat: atque ita Hermolaus in Plin. lib. 1. cap. 12. interpretari videtur protocollo, quasi primam membranam, aut primam chartam: ut mactocolum longam chartam ex Plin. in d. c. 12. & Cic. lib. 13. epist. ad Attic. vulgo protocollo etiam regestum dicimus, quod Latinè quandoque aliud nomen habet. Nam & Matrices dicuntur protocola, id est, prima scriptura, matrix appellari potest, quia inde traducuntur aliae, & ab ea originem, atque auctoritatem habent, sicuti apud Suet. in Augusto, c. 94. Palma matrix dicitur, à qua, velut à matre palmites alij procedunt, apud Columellam ubi de columbis tractat; ita legitur lib. 8. c. 8. Nam & octies anno pullos educat, si est bona matrix: rursus eodem c. nec minus, in agros emitant matres, quæ ovis, vel pullis incubant. Idem Columella eodem lib. 7. cap. 2. & 3. & Marcus Varro lib. 2. de re rustica, c. 4. matrices gallinas appellat eas, quæ ad progenerandum aptæ sunt. Sic & Tertul. lib. 4. adversus Marcionem, appellat Hierosolymam matricem religionis. Et Cyprianus lib. de unitate Eccles. pulchra usus translatione matricem appellat Catholicam Ecclesiam. Eadem sanè ratione matrix dicitur urbs, quæ est provinciæ & aliarum urbium caput, & Ecclesia matrix, quæ aliarum princeps est. c. sacrorum, 63. distinctio. c. ex transmissa, de prescript. Clem. 1. de sentent. excom. c. 1. de prescript. Clem. 1. §. 1. de privilegiis & in aliis plenissimis locis adnotarunt Budæ. in l. observare. ff. de off. Procons. Andri. Alciat. lib. 2. distinctio. c. 23. idem in annotationibus in tres libros Codicis, qui in specie tradidere, urbem matricem dictam fuisse à Græcis metropolim: quia mater sit aliarum urbium, caput provinciæ, prima civitas, atque item illa, unde coloniæ deducuntur. Idcirco metropolis hæc civitas dicitur, quæ mater est aliarum. c. de his. 12. distinctio. l. 1. C. de metropoli, Berito, lib. 11. fit & Metropolis mentio à Juri contulto in d. l. 1. observare. Hinc & Cato de originib. scribit, Metropolis fuit Anxur, nunc Tarracina, Ægesip lib. 32. de excidio Hierosolymitanorum, de Antiochia inquit, Urbs ea Syriæ sine tetradestatione prima, ideoque metropolis habetur. Sic etenim se habet metropolis ad coloniam ut mater ad filiam quod ex Thucydide, & Suida Budæus eleganter explicat. Qua ratione Plutarchus in Timoleonte, Corinthum Sicularum urbium metropolim appellat. Et Philon Judeus de legatione ad Cajum, Hierosolymam metropolim esse dicit non unius regionis, sed & multarum, propter colonias inde olim deductas. Æschylus item in Persis, Salaminem Atticam, metropolim facit Salaminos quæ in insula Cypro à Teucio condita fuit.

Metro-

*Metropolis autem dictio Græca est à Mητρός καὶ ἀδέσποτος, id est, à matre, & civitate concinnata, ut obiter error Isidori manifestus sit, qui li. 7. etymol. c. 12. c. Clericos, 21. dist. opinatur metropolitanos dictos esse à mensura. Matrices etiam apud Tertul. in l. de fuga in persecutione, dicuntur libelli, in quibus Cæsareo fisco penitente descripti continebantur, quos libellos beneficiarij, id est, imperiales ad exigenda tributa ministri obtinebant: quod Rhenanus ibidem exponit. Hinc Matricula per diminutionem apud Cassiodorum variarum lib. II. eadem significatio paulò deflexa pro libello, in quo series, & ordo quorundam hominum continebatur, idem probatur in l. matricula, C. de agenti, in rebus lib. 12. Alber. aliorum locorum meminit ex codice Justiniani in dictionario, in verb. matricula. Utitur & hac dictione Urgetius lib. I. de re militar. inde matriculati & immatriculati, quibus dictionibus & Hispani passim utimur: tametsi Padrones appellen-  
tur libelli, in quibus penitentes tributa describun-  
t. Atque hæc de matricibus sive satis. Modò  
veluti per transennam expendamus locum apud Cæ-  
saream constitutionem in l. eos qui. C. de aqua du-  
ctu. lib. II. cuius hæc sunt verba; Eos qui aqua  
copiam vel olim, vel nunc per nostra indulta merue-  
rint: ejus usum aut ex castellis, aut ex ipsis formis  
jubemus elicere: nec earum fistularum, quas matrices  
vocant, cursum, aut soliditatem attentare. Haec tenus  
Imperatores Valentinianus, Theodosius, & Arcadius in l. 4. tit. 2. lib. 15. codicis Theodosiani, quem  
nupet Jo. Tilius Engolimensis, typis tradit. Dicun-  
t etenim Fistulae matrices, quæ cæteris majores  
sunt in ipsis aquæ ductibus, & ex quibus in mi-  
nores fistulas distribuitur, ac derivatur aqua, ita  
etiam Hispani cloacas immundiciarum, quæ majo-  
res sunt, & quæ minorum immundicias recipiunt,  
ut eas in flumen deferant, Matres appellamus. Qua-  
mobrem fallitur And. Alc. dum existimat in d. l.  
eos, non matrices legendum, sed mastos, non enim  
satis hujus dictionis vim expendit, quippe qui al-  
severet, non convenire fistulis dictionem istam, nec  
quod matrices appelleantur: atque ideo suspicatus est,  
codicem vulgarem corruptum esse, cum & in ipso  
codice Theodosiano, à quo Justinianus dictam con-  
stitutionem deduxit, eadem sit littera, quæ & in  
vulgatis codicibus passim legitur.*

¶ De his autem protocollis & originalibus fit  
mentio in c. quoniam contra, de probatio. ubi Pa-  
norn. & alijs text. item est de hoc in c. pen. de fide  
instr. ubi Abb. & Fel. est & Regia. l. 9. tit. 19. part.  
3. quæ appellat hæc protocolla registros: & statuit  
hoc ipsum, ut tandem scriptura illa quæ primum est  
à tabellione confecta & scripta, & quæ penes ipsum  
manere debet, protocollum ap. eleetur, quod etiam  
adnotarunt Bald. in l. nostram, col. 2. C. de testa.  
Bart. in l. Sempronius, ff. de leg. 2. latè Fel. in d. c.  
quoniam contra nota 7. Paul. Patis. consil. 28. lib. 2. n.  
21. Unde tenetur tabellio protocollum hoc, seu  
Registrum penes seipsum servare, ac retinete,  
quemadmodum constat in dist. cap. quoniam con-  
tra, & in auth. de tabel. §. illud. & in d. l. 9. &  
ideo si tabellio non conficerit protocollum, nec ser-  
vaverit, punitur arbitrio judicis secundum Bart. in  
rubr. C. de fide instr. n. 28. imò iure Regio debet  
non tantum subscrivere tabellio huic protocollo, sed  
& quolibet anno signum proprium adjicere his, que  
eodem anno in protocollo scripta fuerint, l. 31. an.  
1525. (hodie l. 12. tit. 25. lib. 4. Recop.) & l. 86. an-  
no 534. (hodie l. 13. tit. 25. lib. 4. Recop.) quarum  
posteriori quod de quolibet anno diximus in specie  
cautum extat, priori vero generaliter statutum est sub  
certa pena quod tabellio signum proprium adjicet  
protocollis. Quod si aliqua scriptura producatur in  
judicium, cujus protocollum confectum non sit, aut  
Didaci Covarr. Tom. II.

semel factum non reperiatur, non debet haberi fi-  
des + instrumento, quod not. Bald. in rubr. C. desi-  
de instr. n. 20. qui hoc intelligit verum esse, ubi  
contractus factus fuerit in scriptis, idem tenuerunt  
Rom. conf. 174. col. 4. Dec. in d. c. quoniam contra,  
n. 51. qui sequuntur Bald. opinionem, quam ipse  
falsam esse censeo, quippe qui existimem, fidem  
habendam instrumento, cui aliqui iure fides ha-  
benda est quamvis non appareat protocollo seu  
archetypum, nec probet qui instrumentum producit,  
illud esse casu aliquo perditum, etiam si in scriptis  
fuerit contractus gestus. Hanc sententiam opinor in  
praxi admittendam fore, & hactenus receptam esse.  
Nam ea scriptura, quæ conscripta est ab ipsomet  
tabellione protocolli auctore, coram quo res acta  
est, & ab eodem tradita proprio signo signata ori-  
ginalis est dubio procul, non exemplum, l. unum, &  
ibi gl. f. testa. Bart. Alex. Jas. in l. si quis §. prætor ait  
ff. de edend. Bart. Bald. Sal. Alexand. & Dec. in  
auth. si quis in aliquo documento, C. de edendo, atque  
inibi Purpurac. & Curt. Jun. Ant. col. ult. in c. I.  
de fide instr. Fel. in c. ult. eo. tit. 2. fallent. Abb.  
Cardi. Fel. col. 2. in c. Alberic. de testib. Bart. in l.  
Sempronius, ff. de legat. 2. optimè Carol. Molin. in  
consuet. Parisien. tit. I. §. 5. nu. 42. & ideo tabellio,  
qui semel dedit instrumentum proprio signo signa-  
tum alicui, non tenetur nec debet regulariter idem  
iterum ei dare, cum potest ex repetita editione im-  
minere præjudicium ut instrumento crediti, nisi ju-  
dicis auctoritate, & parte citata: quemadmodum  
idem Carolus explicat ex Bart. Alber. Alex. & Jas.  
in d. §. Prætor ait. Idem traditur in arte notariatus,  
2. tomo. c. de refectione not. post alios Dec. in c. I. de  
proba. n. 54. Quibus satis profecto constat, huic in-  
strumento, quod esse originale probavimus, fidem  
dandam omnino esse, licet non appareat proto-  
collum, cum hoc sit originale, non exemplar. Hu-  
ius opinionis auctor est Nicolaus de Matarellis, cu-  
jus menit Bald. in d. rubr. Cod. de fide instr. quem  
ipse simpliciter sequor. Nec quidquam in contra-  
rium urget text. in auth. de tabellionib. §. illud. quia  
specialis est constitutio quoad urbem Constantino-  
politanam: ut ipse Nicolaus scribit, vel ex eo, quia  
licet ibidem tractetur de forma, & solemnitate pro-  
tocolli, ut absque ea nihil probet: non tamen res-  
ponsum est nec statuitur, non esse habendam fi-  
dem instrumento semel solemniter dato à tabellio-  
ne, ex causa, quod protocollo non appareat.  
Idcirco licet Baldi opinionem secuti etiam sunt Alex.  
in conf. 175. lib. 7. nu. 4. Paul. Castr. in conf. 125.  
col. ult. lib. 2. & scripturam Roman. in conf. 174. col.  
ult. hanc opinionem ita receptam esse, ut non ha-  
beat contradictem, ut ejus verbis utar: ipse nihil  
ominus duo vel tria in hac ipsa quæstione liben-  
ter respondere.

¶ Primum, ubi non est actum de contractu in  
scriptis celebrando, nec in scriptis factus fuerit jux-  
ta ea, quæ in l. contractus, C. de fid. instr. traduntur,  
omnino fidem facere, instrumentum ab ipsomet au-  
toore notario traditum, ac signatum ejus sigillo,  
etiamsi protocollum non reperiatur, nec probetur  
perditum fuisse. Potuit enim multis casibus proto-  
collum peri: & ita præsumi potius debet, quam  
quod derrahatur fidei jus instrumenti, quod est ori-  
ginale, & solemniter confectum. Hanc opinionem  
Bald. ipse, quicque cum secuti sunt, fatentur veram  
esse, & ideo communis erit censenda. Idem repe-  
tit Bald. in conf. 464. lib. 4.

¶ Secundum, etiam ubi actus in scriptis præces-  
serit, juxta tradita d. l. contractus, fides habenda  
est huic instrumento quod ab ipsomet notario tra-  
ditum fuerit, etiamsi protocollum non appareat,  
nec probetur à producente instrumentum ejus amissio.  
Hanc opinionem nos adversus Bald. & commu-

nem probamus secuti Paul. Castr. in *l. contract. col. ult.*

¶ Tertium constat, quod ubi producens instrumentum haberet protocollum, aut presumetur id esse apud ipsum, cogendus erit petente adversatio protocollum exhibere premisso juramento, aut probatione, quod illud habeat: etenim aequissimum est hoc fieri, ubi ille, contra quem instrumentum producitur, allegat illud falsum esse, & ad hoc petit protocollum. Hinc sententiam deduximus ex his, quae notantur in *c. contingit*, & in *c. perpetuus de fide instr. & c. i. d. probat. l. 1. §. edenda. ff. de eden.* Nam cum alter instrumentum producat, & ē contrario ejus fides ex ipsomet instrumento, vel ex ejus protocollo, quod item est, impugnetur, tenetur illud edere qui produxit. Sed & in hac specie adnotavit Carol. Molia. in *Alex. cors. 175. lib. 7.* tametsi contrarium responderit Ferrarensis in *pratica. rub. de forma opponendi contra instrumentum, §. dignoscitur, numer. 6.* De Tabellione autem quod iste retenetur omnino exhibete protocollum, quoties de fide instrumenti controvexitur, nemo negat, nec usquam negavit.

\* ¶ Quartò, erit observandum maximam subesse suspicionem & presumptionem falsitatis contra instrumentum, quod producitur, quoties reperiuntur protocolla ipsiusmet tabellionis, ejusdem anni, & mensis, qui conscripti sunt in instrumento: & tamen nulla in his hujus instrumenti reperitur mentio. Quis enim non videt multum ex hoc instrumentis similibus fidei detrahi: nisi probetur, aut apparet ex ipsis protocollis detractionem fuisse vel fraude, vel casu partem aliquam, in qua potuerit hujus instrumenti mentio contineri?

\* ¶ Quinto, & illud hinc deducitur, ex proxima causa, ac suspicione, vel ex alia presumptione, Tabellionem torquei posse quoties non reperitur protocollum instrumenti produci: nisi ipse probaverit casu vel alias protocollum perditum fuisse. Quod not. Bald. in *rubr. C. de fide instrum. n. 18.* Lanfranc. Orianus in *cap. quoniam contra, in verb. instrumentorum productione, col. 5.* de probationibus.

4 ¶ De † exemplaribus scribi Bart. in *l. Sempronius, ff. de legat. 2.* Exemplar ab Exemplo distingui ex eo, quod exemplar sit scriptura ipsius auctoris, & principalis, à qua transcribitur alia, quae exemplum dicatur. Quod Bartol. adnotavit ex *d. l. Sempronius*, quo in loco tradit *Jurisconsultus*, unius testamenti factas esse duas scripturas exemplarij causa. Nec tamen probatur ibidem, exemplar dici originale, sed quod unius testamenti fiat duplex scriptura exemplarij causa, neque, ut duo instrumenta sint ad facilius probandam testamenti seriem originalis exemplaris. Huic deinde Bartoli opinioni refragatur tex. in *cap. 1. de fide instr.* quo in loco exemplar dicitur ipsa scriptura traducta ex originali. Eadem significatione usus est Plinius *lib. 6. c. 29.* Juba, inquit, qui videtur diligenter prosecutus haec, omisit in hoc tractatu, nisi exemplarium vitium est, Berenicem alteram. Idem docet *Valla lib. Elegantiarum, 6. c. 33.* qui haec duo passim confundi quoad significationem probat. Quod etiam conatur ostendere *Casarci in l. humanitatis, C. de impub.* & aliis, n. 16. Sic & Plinius in *Epistolis*, *Exemplar ejus chirographi misi tibi.* De exemplo autem, quod ea dictio scripturam traductam ex originali significet, plura sunt testimonia praesertim in *l. 2. ff. de fide instrum. l. 1. §. si quis duob. ff. de bonorum poss. secund. tab. l. 2. ff. de edend.* Cicero ad Atticum, *Epistola ad me Casari ostendi eam, cuius exemplum ad te anteā misi.* Idem Cicero ad Atticum *lib. 7. Epist. 141.* *Casaris litterarum exemplum tibi misi*, quibus locis satis appetit, has duas dictiones eamdem significationem habere, nec omnino certum esse quod Bartol. ad distinctionem eamdem tradiderit, ta-

meti alia ratione possit harum vorum significatio considerari.

¶ His tandem prænotatis, oportet rem istam raditus excutere, quandoquidem non levis est, sed potissimum locum nocta sit in forenibus concertationibus, & ideo primum caput auctoritatis, quæ instrumentis adhibenda est, ab ipsomet tabellione constat, nempe à publica persona; quæ Reipublicæ delegatione habeat munus istud publica conscribendi instrumenta. Quod quidem fit, ut maximo conatu Regis, & alij Reipublicæ Rectores sint admonendi non esse quovis homines huic muneri præponendos, eosque potius feligendos, qui ætate, moribus, & fidei integritate sint probatissimi. Qua in re non raro fallimur, sed frequenter preces falsas, aut variis affectibus involutas, quæ magno cum Reipublicæ malo, principibus offeruntur: atque ita saepissime indigi publicis magistris, & officiis præficiuntur culpa eorum, qui hinc falsis suggestionibus, vel incertis operam dedere: non autem ipsorum principum: qui non possunt ipsimet tot hominum sibi subditorum mores pernoscere & inquirere. Olim apud Græcos, auctore Æmilio Probo, in vita Eumenis, honorificientius fuit Scribarum officium, quam apud Romanos: hi enim mercenarios existimant: ac Græci ad id munus neminem admittunt, nisi honestis natalibus, fideque & industria cognitum: quod necesse sit, eos omnium consiliorum esse participes: & quamvis Æmilius non de † tabellionibus; sed de *Scribis principum, ac nobilium, quos Secretarios dicimus, tractaverit, nihilominus ejus auctoritas non admodum est ab hoc instituto aliena: cum & tabelliones publicam habeant auctoritatem, eisque fides omnino sit absque alio testimonio adhibenda.* Scribas autem, quos Amanuensis item Latini dixerunt, maximo in honore fuisse constat apud veteres Latinos, & Hebreos ex *Livio & aliis*, quemadmodum tradit *Titaq. de nobilitate, c. 34. n. 37.* Tametsi Athenis Scriba civitatis, aut publicus, nomen fuerit ignominiosum, quippe non amanuensis, sed qui nihil aliud scriberet, quam actiones publicas, & ideo vile munus erat, auctore Libanio in orationem Demosthenis contra Elchinem, quem eo nomine subinde notat Demosth.

¶ Et sane cum tabellionibus hodie merces non tam pro opera, quam industria, & publico aucto-ramento constituta sit; non videntur tabelliones pro ignobilibus habendi; quod ex Ciceron. definitione *lib. 1. de Officiis* adnotavit Andr. Alciat. in *l. mercis appellatione, de verb. signific.* tametsi in contrarium induxerit text. in *l. universos, (c. de decurionib. lib. 10. Universos,* inquit Imperator, *decuriones volumus à tabellionum officiis temperare.* Hæc Constantinus Augustus, ut inscribitur in Codice Justiniani. Quo in loco Accursius, & alii notant ejus constitutionis eam esse rationem, quia vile officium sit tabellinatorius, & procuratoris officium, quod eadem ratio-ne interdictum est decurionibus, *l. si quis procurationem, c. eodem tit. de decurio. lib. 10.* à quibus ipse planè dissentio: nec enim existimo his auctoritatibus probari tabellionis officium esse vile. Extat etenim in codice Thodosiano *lib. 12. tit. 1. lib. 3.* Constitutio Constantini Augusti ad Mechilium Hilarianum Correctorem Lucaniæ, & Butricorum, hinc verbis conscripta: *Universos decuriones volumus à tabellionum officiis temperare.* Nemo autem ad decurionatum vocatus excusare se poserit, eo quod fuerit tabellio: cum & hujusmodi homines sint idonei, vocari ad decurionatum oporteat. Lex enim, quæ decuriones à tabellionum officiis volumus submovere, ad natum tabelliones vocari non prohibet. Haec tenus Cæsarea constitutio, ex qua palam est, tabelliones viles non esse: alioqui non permetteret lex, ejusmodi

modi homines in decuriones eligi & adsumi. Elegitur ergo tabellio in decurionem, nec poterit utrumque munere uti, nec decurionis officio fungens, tabellionis munus poterit exercere. Hæc siquidem est Cæsarum mens, quæ etiam jussit, decuriones à tabellionis officio abstinere ex causa, quod tabellionis officium non sit dignum viris decurionibus, non ex eo sequitur, tabelliones viles esse simpliciter, sed respectu, & collatione facta in dignitatem decurionatus, quamvis ex d. l. universos, contrarium deduxerint Bald. in c. post cessionem, col. 2. de probat. Oldrad. conf. 75. Ang. conf. 284. Ant. Tiraq. de nobilit. c. 30. n. 6. qui tamen optimè tollit rationem illam, qua plures utuntur afferentes, Tabelliones servos esse publicos, ex l. non aliter, ff. de adoptionib. l. 2. C. eod. tit. l. 2. ff. rempub. salvam fore, §. cum autem, Instit. de adopt. Sunt etenim servi reipublicæ, non autem servi, qui libertate, & ingenuitate carent, sed qui proprio munere serviant reipublicæ: aut sanc, quod Tiraq. probat, in dictis locis non sit mentio de tabellione, ut falso interpretatur Accursius, sed de servis ipsius reipublicæ, qui servi publici dicuntur, in quibus dominium servitutis habet respublica: ut in l. 1. C. de servo rempub. manumis. juncta ejusdem tituli Rubric. Quod vero decilum extat in d. l. si quis procurationem, C. eod. tit. de decurionibus, ad hoc pertinet, ut decuriones procurationem patrimonij alieni non accipiunt, nec fiant aliorum famuli, ac ferè servi, quorum munus est dominorum patrimonium procurare. Vile etenim est decurioni alterius patrimonium, titulo procuratoris, quem vulgo [Mayordomo] dicimus procurare. Quasi Reipub. sit ignominiosum haec agere ipsius decuriones: tum propter utilitatem officij tantæ dignitati contraria: tum ex eo, quod non liberè publica negotia expediet is, qui alieno est subditus privatim ministerio: quod & in hac Castellana publica satis est decurionibus interdictum, extat tamen d. lex. si quis procurationem, multò fidelius typis tradita in Codice Theodosiano, tit. 1. lib. 12. l. 93. Si quis, inquit, procurationem facultatum suarum curiali crediderit esse mandandam, totius dignitatis exceptione depulsa patrimonium ejus, quod crediderat curiali, præscriptio fiscalis invadat. Ille vero qui immemor libertatis, & generis infamissimam suscipiens utilitatem, existimationem suam servili obsecundatione damnaverit, deportionis incommmodo subjungetur. Hæc in codice Theodosiano: ex quo deducitur, qua pœna sit puniendum qui decurionem procuratorem rerum suarum constituerit, & qua ipsemet decurio suscipiens eam procurationem: tametsi Accursius ex brevi vulgata constitutionis editione scripsit, illum puniendum arbitrio judicis: vulgata verò constitutio, hunc exili pœna puniendum esse definierit. Hinc denique fit ut maturè, ac exacto judicio sit deligidus is qui tabellionis officio est præficiendus, & cui publica decernitur auctoritas ad omnium ferè controversiarum certam definitionem. Idcirco planè demiror, quanam ducti ratione viri doctissimi ausi fuerint in hunc labi manifestarium errorem, ut opinentur, infamem posse tabellionem creari: cuius sententiae auctores censentur Bart. in l. 1. C. de manda. princip. Aymon. in conf. 163. n. 1. lib. 1. Joan. Lupi in c. per vestras, de donatio inter vir. & uxor. notabil. 3. §. 9. n. 8. quibus & hi adjungi solent qui existimant, hoc officium esse vile per text. in d. l. universos, notant Oldrad. in conf. 75. Abb. in c. sicut, col. 3. ne clerici vel monachi. Quod an probetur in d. l. universos, paulò antè tradidimus. Sed & si daremus, hoc officium tabellionum non esse tanti honoris, quanti sunt alia publica officia, profectò negare justè possemus, & libertimè nega-

mus, esse officium vile: deinde opinamur non esse infamem ad tabellionis officium eligendum, nec posse justè nec iure eligi, si sit infamis infamia juris, text. est insignis in lege Regia partitum, quæ secunda est tit. 9. part. 3. hoc ipsum probatur auctoritate gl. in l. 2. §. miles in verb. sacramento, de his qui notantur infamia, quæ assertit, infamiam juris efficere quem ab officio publico alienum, cuius glossæ, præter Doctores, ibi meminere plures, præsertim Panorm. in c. scisciat, de rescript. col. 3. & tamen nemo poterit negare tabellionis officium esse publicum, non privatum, etiamsi dignitas non sit: cùm tabellio auctoritate publica utatur, c. cum dilectus, de fide instr. notatur in cap. cum P. tabellio. eod. tit. ubi hoc fatentur omnes, & probabitur inferius. Sed quo manifestius rem istam exponamus, expressim & in specie aliquot conclusiones subjiciam, quia ex variis interpretum sententiis video no satis quæstionem hanc examinaram fuisse.

¶ Prima conclusio: Infamis non potest esse Ammannis, scriba, seu notarius principis, quem vulgo Secretarium dicimus, text. & ibi Batt. ac Salic. in d. l. 1. C. de mandat. princ. l. laudabile, C. de ad voca diver. jud. & ibi Are. Batt. in l. eadem, §. hac lege, ff. ad leg. Julian, repet. quorum opinio communis est, ut appareat ex his quos modò citavi, & aliis, quos commemorant Andr. Tiraq. intrad. de nobili. c. 31. n. 8. ex quibus probatur, hoc munus esse dignitatem, propterea quod ipsius principis secreta maximo cum honore tractet, quod manifestum sit ex his, que de Scribarum honore paulò antè diximus.

¶ Secunda conclusio: Infamis non potest esse tabellio in ipsa principis curia, nec in ipsius principis summis tribunalibus & prætoriis: non enim licet infamibus curiam principis ingredi, præsertim ad munus aliquod exercendum, Bald. in Rubric. de offic. judic. ante fin. idem in l. reum criminis, in fin. C. de procurat. text. optimus in l. sed & milites, §. sed & ignominia. ff. de excusatio. iuto. notat in specie ista Jo. Lupi. in dict. §. 9. n. 8.

¶ Tertia conclusio: Infamis non potest esse tabellio publicus, id est, publica constitutus auctoritate ad aliquod officium exercendum iure tabellionis. Notat Batt. in d. §. hac lege, quem sequuntur Abb. in c. cum dilectus, n. 7. de fide instr. Fel. in c. fraternitatis, de hered. colum. 1. probat hanc conclusionem, gl. in l. 2. §. miles: cujus modò mentionem fecimus: notat Alex. in conf. 88. lib. 2. n. 2.

¶ Quarta conclusio: Infamis infamia juris; de hac etenim haetenus loquimur, non potest esse tabellio, etiam ex his, qui non sunt à republica constituti, ut hoc officium publicè exerceant. Hos vulgo dicimus Regios tabelliones, qui nec sunt publici, nec de collegio, aut numero publicorum. Hanc verò conclusionem proponimus contra Bart. in d. §. hac lege, quem cæteri quæstionem istam tractantes probare, & sequi videntur, & expressim Cald. in conf. 2. de fide instr. eamque probare conabimur auctoritate regia legis partitarum: & ea profectò ratione, quæ manifestè ostendat, nullam esse discriminis rationem inter hanc & proximam assertionem, quoad ipsius rei substantiam. Huic etenim tabellioni & fides est publica adhibenda ex potestate, & vi tabellionis, aut non. In posteriori casu non est cur de ejus infamia disputemus, si is nullam habet publicam auctoritatem cujus ratione sit ejus testimonium publicè admittendum, ut probatio publica. Priori vero casu non possum non mitari Bartol. judicium alioqui acre, subtile & omnibus numeris limatissimum. Nam fides, quæ tabellioni adhibetur, auctoritatem publicam habet ex eo, quod à principe fuerit creatus tabellio, cujus officium

officium eo solo publicum est etiam si non sit constitutus in collegio tabellionum alicujus urbis aut loci: siquidem Regius est tabellio, & huic propter tabellionis officium fides est ut tabellioni adhibenda, nec hic à privatis cum rogantibus, quod aliquod conficiat instrumentum ad præstandam auctoritatem publicam alicui contractui, nullam consequitur potestatem tabellionis, ut constat: & idem, si qua publica fides huic instrumento danda est, ea profectò non à privatorum consensu, sed à publico tabellionis officio, Regia benevolentia eidem commisso, vim, & robur habet, unde sicut infamis non potest esse tabellio in collegium publicorum tabellionum alicujus civitatis receptus, ita nec poterit esse Regius tabellio. Quo fit, ut liberrimè decernerem, infamem creatum à Rege tabellionem, etiam si nondum sit receptus in numerum alicujus urbis, non esse verum, nec legitimum tabellionem, nec esse adhibendam fidem ejus instrumentis, nisi ex principiis potestate infamiam illam tolleret. Deinde quid obsecro confert ratio Bart. ex eo deducta, quod possint privati rogare, & adire tabellionem infamem, ut conficiat instrumentum alicujus contractus, & sibi proprio consensu præjudicare? Etenim hæc ratio obtineret, ubi ipse privatus, contra quem producit instrumentum, fatetur se rogasse illum tabellionem, ut conficeret illud instrumentum, eo modo, quo conscriptum est, aut convinceretur per testes. Et tunc non est necessaria fides publica instrumenti, nec tabellionis: quod si negaret instrumenti fidem, & diceret, id falsum esse: profectò non probabit contra eum instrumentum factum ab infami infamia juris, quemadmodum contra Bart. admonet Abb. in d. cap. cum dilectus. de fide instrum. n. 7.

¶ Quinta conclusio: Instrumentum confectum à tabellione postquam affectus est infamia juris, et si ea carent tempore creationis, nullam habet fidem publicam. Hanc conclusionem ex eo probamus, quod hic infamis non possit exercere officium istud tabellionatus, quemadmodum probatur ex gloss. in dict. l. 2. §. miles, ff. de his qui not. infamia, in verb. sacramento. Sic sane Bart. in d. leg. eadem, §. hac lege, nu. 4. quique eum secuti sunt: nempe Panorm. in d. c. cum dilectus. Card. & Felin. ubi, col. penult. idem Felin post alios in d. c. fraternitatis. Bald. in l. exercendis, n. 7. C. de fide instrum. hanc conclusionem veram esse censem in tabellione principis, & in eo, qui auctoritate publica constitutus est ad id munus exercendum in aliquo loco, & receptus sit in tabellionum loci numerum, & collegium. Nos vero hac in parte consideramus plurimum referre, quod infamis sit creandus tabellio: hic enim nullam consequi debet à Republica auctoritatem, & procedunt quæ modò adnotavimus, vel quod tabellio verus, quique habuit hanc à Republica auctoritatem: infamis efficiatur ipso jure, & juris infamia. Nam hic interim dum à Republica toleratur, ejusque infamia latet & occulta est, nec officio privat per sententiam, imò eo utitur auctoritate publica propter communem errorem, videtur esse censendus eo jure, ut sit ei adhibenda fides, ejusque instrumentis, l. Barbarius, ff. de offic. prætor. & idem hanc qu'ntam conclusionem ego veram esse opinor, quoties infamia juris est publica, & idcirco publicè constat, ob eam infamiam ipso jure privat tabellionem usu & exercitio officii: quicumque sit ipse tabellio, quod eleganter scribit Bald. in lege prima, Codice de sum. Trin. & fide Cathol. n. 6. quem Felin. sequitur in d. c. fraternitatis, & in d. c. cum dilectus, col. penult. Quibus accedit gloss. in auth. de tabellio. §. penult. in verb. documentis, quæ utitur responso Jurisconsulti in d. l. Barbarius, quoad tabelliones, qui jure sunt eodem munere privati. Cujus

gl. meminete plures per Fel. citati in d. c. fraternitatis, notat idem Cald. conf. 2. de fide instr. Igitur ubi tabellio est infamis infamia juris, & publica cujusq; ratione, officio & munere privatur, ejus instrumentis non est fides adhibenda. Fatentur tamen omnes instrumenta confecta ante infamiam istam, vim & autoritatem habere. Innoc. Ant. & Felin. n. 12. in dict. c. fraternitatis. Batt. in l. ad testam. §. 1. ff. de testam. & est communis opinio, quæ jure omnino probatur, cum eo tempore, quo instrumentum confectum est, & auctoritatem suscepit publicam, nulla fuerit labo notatus ipse tabellio.

¶ Hinc deducitur, fidem esse adhibendam instrumentis illius tabellionis, qui cum infamis esset, creatus fuerit tabellio; ejus tamen infamia occulta est. Nam propter communem ac publicum errorem, & titulum hujus muneric à Republica, vel Principe concessi ejus est scripturis exhibenda fides secundum Spec. & Jo. And. in tit. de instrum. editione. §. restat. vers. quid si is qui non est notarius, qui existimat hoc verum esse in eo, qui verè creatus est tabellio, licet aliquo ex virtute fuerit is titulus nullus: non autem in eo, qui nusquam fuit tabellio. Nam hujus instrumentis non datur fides, etiam si communis hominum opinione censeatur tabellio. Idem tenent Paul. & Imol. in l. ad testam., §. 1. ff. de testam. col. 1. sensit Batt. in l. Herennius, ff. de decurio. optimè Fel. in d. c. fraternitatis, col. 2. de heret. & Calder. in d. conf. 2. de fide instrumentorum, Alex. conf. 80, col. 2. lib. 2.

¶ Sexta conclusio: Licet infamia facti aliqua ex parte detrahatur instrumentis alicujus tabellionis ea laborantis, eorumque fidem publicam minuat: nihilominus infamis infamia facti potest confiscare instrumenta nec officij exercitio privatur, etiam si publica sit. Hanc conclusionem tenent Panorm. & Felin. in d. c. cum dilectus, n. 40. de fid. instr. Quorum opinio multis probari poterit, sed eo maxime, quod infamia facti non privat quem dignitate, nec officio publico: quod omnes fatentur in dict. l. 2. §. miles.

¶ Septima conclusio: Infamis infamia facti, quæ ex criminibus oritur, non debet à Principe nec à Republica tabellio constitui, licet ipsius constitutio ex hoc semel facta, irrita non sit. Posterior conclusionis pars ex eo deducitur, quod infamis infamia facti nullibi censetur à jure indignus officio isto tabellionatus, qui dignitas non est: licet minor tunc detur fides, prior pars probatur, quia multo major est auctoritas tabellionis, cui soli creditur, quam testis, e. cum Joannes, ubi late tractant Abb. & Fel. de fide instr. Testis autem infamis infamia facti non admittitur in his, quæ gavia sunt, & ardua, quemadmodum ipse probavi in epitome ad 4. Decreto 2. part. §. ult. c. 8. n. 8. quo in loco etiam alseveravi, quacumque in causa diminui arbitrio judicis fidem testis infamis infamia facti: qua in recessus sum Panorm. & alios in c. testimonium, de testib. Igitur par est, non esse ad tabellionis officium, quod auctoritatem publicam habet admittendum infamem infamia facti.

¶ Primùm ex his deducitur, quanti facienda sit argumentatio quorumdam, quos sequitur Joan. Lup. in cap. per vestras 3. notab. §. 9. nu. 5. qui censem posse quempiam non obstante nota & infamia esse tabellionem, qui tamen non poterat esse testis. Sic etenim argumentatur, ut dissolvat aliquot, quæ eorum opinionibus objici solet: cum tamen hæc argumentatio, aut differentia satis levis sit, & omnino juris rationibus adversa. Quis enim non videret, eum repellendum esse à tabellionis officio, qui à testimonio propter vitium, vel infamiam repellere poterat?

¶ Secundū constat, t spurious posse tabelliones esse,

6 esse, non quia infamis potest esse tabellio: sed quia spurius non est infamis infamia juris, nec etiam infamia facti, quæ oriatur ab ejus motibus improbatis, at potius ob culpam parentum quadam ad peculiares effectus jure affiliatur nota, quæ dicitur à multis infamia facti. Hanc conclusionem ipse veram esse opinor indistinctè secutus Cald. in cons. 2. de fide instrum. siquidem Ang. in cons. 185. Alexan. cons. 80. lib. 2. col. 2. Tiraquellus de nobilitat. c. 24. n. 26. & cap. 15. n. 15. probare conantur, & tenent, spurium non posse tabellionem esse ad acta judicialia, & publica conscribenda, tametsi fateantur posse esse simplicem tabellionem: ex Bart. opinione in d. §. hoc lege, cuius superius meminimus. Idem nota Jo. Lup. in d. §. 9. n. 7. quorum ea est ratio, quod spurius infamis sit. Quam rationem falsam ipse opinor esse, verè ni fallor, intelligens spurium esse, infamem quadam infamia facti, quæ potius à culpa progenitorum, quam ipsius motibus procedat. Quod tradit multis auctòribus citatis Andr. Tiraq. in d. c. 25. n. 14. hanc verò infamiam jure Canonico, & civili à multis dignitatibus expellere ipsos constat: non tamen alicubi legitur, eos indignos esse tabellionis munere, & his similibus. Qua de re pulcher est Jurisconsulti locus in l. spuri, ff. de decurionib. ubi spuri non censentur indigni decurionatus dignitate: imò permisum est, eos posse ad eamdem admitti. Idem constat in l. generaliter, §. spuri, ff. eod. tit. Nec quidquam urget in contrarium hic posterior locus, dum Jurisconsultus responderet, quod si Spurius habeat competitorē legitimè natum, is sit præterendus spuri. Nam hæc responsio æquissima est, & in hoc tendit ut melior eligatur ad eam dignitatem: ad quam posse spuriū eligi nulla dubitatio est: ut ipse Jurisconsul. fatetur, qui hoc ipsum planè negasset, si spurius infamis foret, eaque dignitate indignus: & esset alius eligendus: omissis competitoribus itidem spuriis, nec essent spuriū admittendi ad petitionem & electionem decurionatus.

7 ¶ Tertiò ex præmissis discent, & examinari potest, quod quidam adnotarunt afferentes, & nobilem, quem vulgo *hidalgum* dicimus, & qui liber est à solutione tributorum, & censuum, quos solvere tenentur plebeii; & populares villani, Reipubl. & principi, cogendum esse cum plebeii contribuere, si tabellio sit, & officium tabellionis exerceat alibi, quam apud ipsum principem, eju'que curiam. Hujus opinionis auctores sunt Guid. Pap. qu. 90. Aymon. cons. 163. lib. 1. Joan. Mauritius in repe. l. unica. C. mulieres quo loco, pag. 243. Tiraq. de nobilitat. c. 31. n. 9. non alia ratione, quam quod tabellionatus sit utile officium & infame. Hæc etenim sententia mihi falsa videtur, nec jure probari poterit, cum hoc officium vile non sit, nec infame: nec ullibi usquam constet, privilegia nobilitatis ex eo perdi, & amitti, quod nobilis tabellio sit. Quamobrem ipse opinor, *hidalgum*, etiamsi tabellio sit, non esse cogendum contribuere cum plebeis ad solutionem tributorum, & superindictionum, quæ principi solvenda sunt à plebeis. Sed & idem respondendum est in procuratoris officio, quod si nobilis, *hidalgus* uratur, non privatur nobilitatis, & *hidalguis* privilegiis, etiam ubi hoc officium exerceat apud ea tribunalia, quæ sunt extra curiam principis, & Regis. Etenim officium hoc etiamsi vile sit, cum exercetur extra principis curiam, non tamen privat quem nobilitatis privilegiis, quoad contributionem & solutionem tributorum: cum hoc privilegium non tam pertinet ad publicum decorum nobilium, quam ad ipsorum immunitatem, exemptionemque ab onere solvendi tributa. Quin & receptum est in Hispania his locis, quibus nobiles hoc utuntur privilegio immunitatis, eaque tri-

butorum exemptione minimè cogi nobiles ad solutionem, etiamsi artem aliquam exerceant mechanicam, & ex his, quæ nobilitati derogant: quarum Tiraquel. latè meminait, in d. tract. de nobilitate, c. 30. & sequentibus, tametsi privilegiis quibusdam, quæ motibus, vel jure nobilibus conceduntur propter publicum decorum ipsius dignitatis, non debent honestari, nec gaudere nobiles, qui vili funguntur officio. Igitur quod de procuratore nobilis modò respondimus, non est ab usu forensi alienum, siquidem non semel vidimus fabros lignarios, ejusmodique artifices probata ipsorum nobilitate, quam *hidalguiam* dicimus, pronunciari à solutione, & contributione subsidiorum regalium immunes: licet Guido Papz quæst. 89. & quæst. 388. & quæst. 399. Chaffanæ. cons. 63. colum. penult. Tiraq. in dict. cap. 30. n. 3. tenuerint, nobiles exercentes extra curiam Regis officium procuratoris esse ad solutionem regalium subsidiorum & privari nobilitatis privilegio. Quod post omnes alios omniumque latissimè tractat Tiraquellus. Sed & idem probare conatur Joan. Mauri. in d. l. unica, pag. 242. nec tamen ex hoc negamus, officium procuratoris extra principis curiam esse vile, cum & infamis esse possit procurator, §. ult. & ibi glos. Inst. de except. notant post alios J. l. in Rub. C. de procurat. num. 6. & Tiraq. in d. c. 30. quem legit.

¶ Quartò ex his perpenditur ratio eorum qui censent & clericis interdictum esse tabellionis officium ex eo quod vile sit, nec decet ordinem Clericorum ob eorum insigne ministerium. Hac etenim ratione plerique nuntr, præsertim Abb. in c. sicut, col. 3. ne cler. vel monach. quæ tamen non est omnino sufficiens: ut constat ex proximè traditis: atque idè ea erit vera ratio, ne Clerici se immisscent negotiis, & maneribus, quod probatur in d. c. sicut. Nam Clericus tabellio poterit esse apud judicem & forum Ecclesiasticum, secundum Hostien. Ant. Abb. in d. c. sicut. & Flor. 3. part. tit. 13. c. 2, §. pen. text. optimus in cap. 1. de postuland. & est communis opinio, sic sanè accipienda, ut obtineat in Clericis nondum sacris ordinibus insignitus. Nam Clericus in sacris ordinibus constitutus, ut ipse teor non poterit extra Romanam curiam in foro, ac tribunal publico tabellionis officium exercere, etiamsi non habeat beneficium Ecclesiasticum, quemadmodum deducitur ex autoritate Card. in d. c. sicut, & Alb. Trotij in tract. de vero, & perfecto Clerico, lib. 2. c. 54. n. 9. dum ipsi afferunt, Clericum in sacris constitutum non tabellionis officium exercere idque verum indistinctè in his, licet in aliis Clericis distinctio quædam fieri possit. Sed gl. Abb. col. 3. Jo. Andr. in d. cap. sic tenuerunt, Clericum in sacris constitutum etiam extra curiam Romanam posse uti hoc officio in foro Ecclesiastico, si non habeat beneficium Ecclesiasticum, unde possit digne sibi alimenta ministrare. Quasi ea sit receptior sententia, & distinctio quod Clerici sive in sacris, sive in minoribus constituti beneficium Ecclesiasticum habentes, non possint hoc officium exercere extra Romanam curiam, etiam in foro Ecclesiastico: qui vero beneficium non habuerint, etiamsi sint sacerdotes, e. uti possint in foro Ecclesiastico. Ego vero hac in controversia, ut modo cœperam exponere quo distinctior sit eius definitio, tres vel quatuor constituant conclusiones.

¶ Prima conclusio: Clericus in sacris constitutus, etiam beneficium Ecclesiasticum habens, poterit apud curia Romanam Ecclesiastica tribunalia tabellionis officium exercere, quod Pan. & alii in d. c. sicut. propter summi Pontificis consensum tacitum, & tantæ curiæ dignitatem concessum esse faentur.

¶ Secunda conclusio: Clericus sacris ordinibus insignitus, etiamsi beneficium non habeat Ecclesiasticum,

cum, non poterit officium tabellionis exercere ad-huc in Ecclesiasticis publicis tribunalibus. Hanc conclusionem probamus ex d. c. sicut, ubi Cardin. eam tener & paulò antè citatus Albertus Trotius. Nec quidquam impedit ejus probationem, quod ini-bi constituantur pena privationis beneficij Ecclesiastici, si quis contrarium fecerit. Nam ea constitutio non omnino præmitit, ejus prohibitionem intelligendam fore in Clericis habentibus beneficium Ecclesiasticum, sed ea utitur pena, quia frequentissimè contingit, sacerdotes habere beneficia Ecclesiastica, & quia vult summus Pontifex, beneficio Ecclesiastico privari eum, qui sacris donatus ordinibus tabellionis officio operam dederit, si illud habeat: quod si illud non habuerit, alia erit nihilominus pena puniendus. Hanc opinionem assertimus veram esse contra Panor. & alios qui voluerent, posse sacerdotem non habentem beneficium Ecclesiasticum, tabellionis officium exercere apud quemque tribunalia Ecclesiastica. Quoram sententia vera erit in curia Romana publicè & extra curiam in negotiis Ecclesiasticis, quæ privatim, & non in foto publico expediuntur. Quod etiam licebit sacerdoti beneficium Ecclesiasticum habenti.

¶ Tertia conclusio, quæ *Communis* est, Clericus etiam in minoribus constitutus, habens Ecclesiasticum beneficium, unde possit congrua sibi alimenta exhibere, non poterit uti tabellionis officio, etiam in Ecclesiasticis publicis tribunalibus. Hoc enim munus propriè laicis convenit, aut Clericis, qui aliunde non possunt sibi alimenta exhibere. Hanc opinionem tenet Host. Ant. & Abb. in dict. c. sicut, col. 3. unde constat, Clericum in minoribus constitutum, qui non habeat beneficium Ecclesiasticum, posse officium tabellionis exercere coram Judice Ecclesiastico, etiam in ejus publico tribunali.

¶ Quarta conclusio: Clericus in minoribus, non habens beneficium Ecclesiasticum, poterit esse tabellio etiam apud secularia tribunalia publicè, nec hoc prohibetur aliquo canone, atque idè admittendum erit nisi lex, vel consuetudo aliud induxit: atque idè lector poterit hoc in loco repetere quæ nos adnotavimus inferius, c. 33. vers. Clerici autem prima consueta. Ex contrario tamen poterit laicus esse tabellio in foro, & tribunalii publico Ecclesiastico. Quod communis omnium consensu receptum est, teste Ripa in c. 2. de judic. n. 20. etiam in causis Ecclesiasticis.

Quod si Sacerdos tabellionis officio utatur, & aliquod instrumentum confecerit, erit ea scriptura publica, & valida, eique fides adhibetur, si alioqui vere tabellio erat: licet malè faciat, huic officio jure sibi interdicto se immiscens: quemadmodum volueret Bartol. in l. universos, C. de decurionibus, lib. 10. Joan. And. & omnes in c. sicut. Dec. in l. in ambiguis, §. non est novum, ff. de reg. jur. idem in d. c. 2. n. 7. idem in conf. 17. quæ quidem Opinio Communis est ut facetur Alex. cum secutus in l. præter. §. his etiam, ff. de edend. quam & Hippolyt. sequitur in Rub. ff. de fidejus. n. 121. scribens ex ea, posse sacerdotem scribere, officio tabellionis usum, testamentum in quo pater ejus instituatur hæres: quod prius notaverat Bart. in conf. 61. & hæc quidem vera sunt ante publicum hujus officij interdictum: siquidem instrumentum à sacerdote tabellione confectum, postquam publicè fuerit interdictum exercitium tabellionatus, nullum est secundum Bart. in d. conf. 61. Anch. & Abb. in d. c. sicut. Jas. in l. 1. §. hujus studij, ff. de just. & jur. colum. penulti. Sed si presbyter tabellio non sit publica creatus auctoritate, scriptura ab eo confecta privata erit, non publica, quod Decius explicat in conf. 120.

¶ Monachus vero adeo prohibetur jure tabellionis officio uti, quod instrumentum ab eo conscriptum absque licentia Abbat. est nullum ipso jure:

sicuti ex c. 1. & c. sed nec, ne Clerici vel monach. notat in specie Decius in d. c. 2. de jud. n. 8. tametsi Monachus possit post professionem completere, & signare instrumentum, quod ante monachatum in ejus protocollo conscriptum fuerat ab eodem, vel ipsius auctoritate, & coram ipso à contrahentibus in conventionem perfectam deductum, gloss. insignis in c. ut officium, §. verum de hereticis, in 6. quæ Singulæris est, secundum Francum ibi Flori. in l. repetita, ff. de fide instrum. quam alij plerique mitis laudibus efferrunt, & sequuntur, præsertim Abbas & Fel. in c. fraternitatis, de hered. col. 2. Jas. in l. 1. §. hujus studij. ff. de just. & jur. col. pen. Decius in d. c. 2. n. 8. de jud. Bald. in l. 2. col. ult. C. de sentent. & interloc. omn. jud. Felin. in c. consuluit de Iuda. idem in c. cum L. & A. de re judic. col. 5. Joan. Bernard. in practic. crim. cap. 53. Chassanæus in consuet. Burgund. Rub. 1. §. 6. n. 22.

¶ Hec sanè latius quam forrassis instituto convenire quibusdam videbitur, ex eo tractavimus † quod prima, ac potissima instrumenti publici auctoritas ex hoc constet, quod sit conscriptum ab eo, qui vere tabellio sit auctoritate publica constitutus, & in id munus electus, cap. cum P. Tabellio. de fide inst. Authent. de tabellionib. in prin. Reg. 1. lex 1. tit. 18. part. 3. (hodie l. 3. tit. 2. l. 7. Recop.) tradidit op̄timè Jas. n. 18. Dec. n. 16. in cap. 1. de fide instrum. Qua ratione forensi usu apud Regia tribunalia receptum est, ut si quando producto in judicium instrumento objectum sit illud non esse publicum, nec authenticum, quia non sit à publico, & vero conscriptum tabellione, qui illud produixerit, tenetur probare, id à vero, & publico, saltē communi estimatione tabellione conscriptum fuisse Regia l. 115. tit. 18. part. 3. cuius meminit eleganter Roder. Zuares in l. post rem. ff. de re jud. in 2. part. legis Regie, fol. 145. & idem iure communi probat Aymon. in tract. de antiqu. tempor. 3. par. cap. vidi-mus, n. 2. not. Innoc. in c. veniens, col. 2. de verb. sign. at ubi contra publicum instrumentum opponitur, illud falsum esse, tunc qui opponit, probate tenetur falsitatem, alioqui præsumitur pro instrumenti publici auctoritate, quod expressim definit Regia itidem l. 116. tit. 18. part. 3. etenim sicut in priori ca-su publica auctoritas non præsumitur: ita nec in posteriori delictum est præsumendum. Prior hujus argumentationis pars latissimè traditur à Jas. in l. Barbarius, n. 45. ff. de offic. prætor. & Alciato de præsumptio. 13. n. 15. qui communem securi opinionem probant adè hoc verum esse, ut etiam communis errore & opinione tabellio ille officium exercuerit, nihilominus instrumentum sit nullum, careatque publica auctoritate, quod ipse intelligo, si adversus hunc communem errorum constet, illum non fuisse creatum tabellionem. alioqui in dubio, dum contrarium non probatur, satis erit probari, ab eo qui producit instrumentum, quod ejus auctor communi opinione censebatur eo tempore tabellio, & publicè eo utebatur officio: quemadmodum Regia lex manifestissimè dectevit: & multis probari poterit, quæ à Jafone, & aliis traduntur. Eiusdem autem argumentationis posterior pars constat quia pro instrumento publico præsumitur, c. ad audientiam, de præscript. l. si quis decurio. C. de fals. l. cum precibus, C. de probat. & idè qui allegat falsum esse instrumentum, illud probare debet.

¶ Auctoritas autem publica tabellioni à Principe dari debet: quod omnes fatentur in d. c. cum P. tabellio. notant Bald. & alij in l. 2. C. de emancip. lib. Jafon, in d. l. Imperium, n. 27. ff. de jurisdictio. omn. judic. Regia l. 3. tit. 19. part. 3. Joan. Lup. in introductione, cap. per vestras. de donat. inter virum & uxor. nu. 20. & an Duces, Comites, Marchiones, & alij inferiores habentes jurisdictionem in civitatibus,

tibus, villis & oppidis possint tabelliones consti-  
tuere, eligeat, ac creare, tradit Ionoc. & alij in d. c.  
cum P. latè Petrus Avendanius in tractat. de exequend.  
mandatis Regis, c. 10. Qua de re tractavere Regiae le-  
ges 3. tit. 10. part. 3. l. 1. tit. 18. lib. 2. ordin. (hodie  
l. 3. tit. 2. lib. 7. Recop.) l. 7. tit. 1. lib. 7. l. 23. tit. 2.  
cod. lib. ord. lib. 6. tit. 13. l. 3. (hodie l. 1. tit. 15. l.  
4. Recopil.) l. 8. & l. 10. tit. 2. lib. 7. ord. (hodie  
l. 1. tit. 3. lib. 7. Recop.)

Sed & de Apostolicis tabellionibus, ac notariis,  
quanam ratione & forma uti debent propriis offi-  
ciis in hisce regnis: & quod in rebus ac negotiis la-  
cularibus, & prophanis minimè conficiant publica  
instrumenta, est Regia l. insignis præter alias in  
pragmat. Regum Catholicorum fol. 196. idque jure  
justissimum esse probare conatur Joan. Faber. in  
l. sciendum, C. de donat. & Joan. Lup. in d. Rub. de  
donat. fol. 3. sed & Rebus suis super leges Regis in  
tractat. l. de litter. oblig. art. 2. gl. 1. num. 34. multa  
hac de re tradit, tametsi contendat, jure probari  
posse contrarium. Quibus adde Rupellanum lib. 1.  
forensium Inst. c. 7.

## C A P U T XX.

Rursus de auctoritate publici Instrumenti,  
qua utit ex his, qua ut solemnia  
eidem accidere debent.

## S U M M A R I A.

- 1 Nomen Domini an sit necessarium inscribendum initio cuiusque instrumenti publici? & de nomine Imperatoris.
- 2 Annorum Domini mentio fieri debet in quolibet instrumento: item diei & mensis in quo confessum fuerit.
- 3 Locus est expressum commemorandus in publicis instrumentis.
- 4 Testes necessarij sunt ad solemnitatem cuiuslibet instrumenti publici.
- 5 Tabellionis subscriptio item necessaria est.
- 6 Publicum instrumentum quo testibus reprobari possit.
- 7 Instrumentum semel in judicium ab uno prolatum, etiam adversario suffragabitur.
- 8 Instrumenta publica quo tempore litis sint profrena?
- 9 Publicum instrumentum quam fidem faciat inter extraneos, à quibus confessum non est?

P Ræter publicam tabellionis auctoritatem sunt  
& plura necessaria, qua instrumenti publici so-  
lemnia censentur, sine quibus minime consequitur  
publicam & authenticam fidem: quorum ea hoc in  
capite prosequar, qua potissima sunt ad Scriptura-  
rum, quas tabelliones conscribere solent, vim & ro-  
bur legitimum, ne ab his, contra quos producuntur  
in judicium, valeant crebris objectionibus impro-  
bati.

- 1 Primum & etenim quibusdam placuit fore ne-  
cessarium, quod in quolibet instrumento publico  
initium adsumatur à Nomine Domini his eisdem  
verbis, In Dei nomine, gl. in auth. ut preponatur no-  
men Imperat. ejus constitutionis auctoritate, qua  
minime hoc probat, cum inibi hoc tantum scriptum  
sit, quod illa solemnitas conficiendi instrumenti sta-  
tim post illam constitutionem servetur prima indi-  
ctione, qua tunc auctore Deo appetit: atque ita non  
esse necessarium invocationem Domini, tenent Bald.  
in l. constitut. Codicis, col. penult. Abb. & alij in c. 1.  
de fide instrum. quorum Opinio Communis est, ut fa-  
tetur Ale, lib. 6. Pater. c. 6.

¶ Secundò, nomen Imperatoris præponendum  
est instrumento publico, quemadmodum probat  
text. in d. authent. ut nomen Impera. & id in locis,  
qua imperio subsunt. Nam in his qua summo Pon-  
tifici quoad temporalia subjiciuntur, nomen ipsius  
Papæ est apponendum, secundum Abb. in procœmio  
Gregoriano col. 5. & in dict. c. 1. quo in loco idem om-  
nes adnotarunt. Idem ipse dicere de nomine Regis  
qui alteri in temporalibus non est subditus: & tamen  
haec solemnitas consuetudine, ac mortibus, & forensi  
usu est antiquata, atque ideò nullum est periculum  
quoad vim instrumenti, quod omittatur: tametsi Panorm. in conf. 53. lib. 2. probare conetur hanc con-  
suetudinem non omnino validam esse, nisi sit imme-  
morialis, aut tacito consensu Principis inducta. Nam  
ipse non tanti facio hanc solemnitatem ut opiner non  
posse tolli consuetudine saltem quadraginta annorum,  
& fortassis ordinaria, imò hanc sufficere libenter af-  
severaverim, quidquid hic de re latè Batt. disputave-  
rit in rep. Rub. de fide instrum. nu. 43.

¶ De Indictione autem, an sit eius mentio neces-  
saria in instrumento, idem respondendum esse arbit-  
tror, quemadmodum ipse tradidi lib. 1. Variar. resol.  
c. 12. n. 7.

¶ Tertiò, illud est necessarium, † quod in instru-  
mentis apponatur annus Domini, gl. in c. inter di-  
lectos, de fide instrum. in ver. indictionis, quod jure  
non requiritur, nec probatur, sed potius consuetu-  
dine, gl. in dict. auth. ut preponatur nomen Imper. quam  
sequuntur Abb. in procœm. Greg. col. 5. Abb. Fel. &  
Dec. col. 2. in d. c. 1. de fide instr. & licet Barb. in Rub.  
eius. tit. in rep. n. 4. securus Spec. teneat, necessarium  
esse mentionem in instrumentis ipsius anni Domini,  
in quo id confessum fuerit, & id jure probari:  
ego duo censeo esse hac in re notanda. Primum,  
satis esse quod consuetudine fuerit haec solemnitas  
inducta, ut ea omissa, instrumentum sit nullum.  
Nec enim poterit controverti, imò constitutissimum  
est, mentionem annorum Domini maximi esse mo-  
menti, ut constet, quo tempore sit confessa scriptu-  
ra: deinde apparet instrumentum esse nullum, si  
omissa fuerit in eo solemnitas consuetudine tantum  
inducta, modo ea sic maximi momenti, non levis,  
quod tradidere Alex. in Rub. ff. de novi oper. nunc.  
col. 6. Dec. in d. c. de fide instrum. col. 2. Soc. conf. 2.  
lib. 3. col. 1. igitur nullum erit instrumentum, quod  
fuerit scriptum omilla mentione annorum Domini,  
sic denique in praxi receptum est, nec vidi unquam  
hic de re ambigi: cum alioqui maxima possit con-  
tingere incertitudo cuiuscumque juris quod esset scri-  
ptura probandum.

¶ Potissimum hoc obtinet in his Hispaniarum re-  
gnis, in quibus lege Regia satis caatum est, non val-  
ete instrumentum publicum, in quo non sit facta  
mentio annorum Domini. Quod expressum traditur  
in l. 54. & leg. 111. tit. 18. part. 3.

¶ Secundò erit observandum, in quacumque scri-  
ptura publica necessarium esse, quod fiat in ea men-  
tio annorum Domini, aut saltem alio signo habeat  
ratio ejus temporis, in quo ipsum instrumentum  
confessum est, ut constet ejus dies, qua ad rei con-  
gnitionem omnino est necessaria. Sic sane apud ve-  
teres tempus significabatur per Olympiades, per  
Consules, & nunc Romæ pletumque significatur  
per annos Pontificatus ipsius Pontificis. De quo  
multa diximus: & explicavimus alia lib. 1. Variar.  
resol. c. 12.

¶ Quartò eadem ratione adscribi debet instrumen-  
tis publicis dies, quo ipse tabellio rogatus fuerit in-  
strumentum confidere, l. 1. § editiones, & ibi gl. ff.  
de edend. gloss. per tex. ibi in d. auth. ut prepona-  
tur

tur nomen Imperat. gl. in d. c. inter dilectos, gl. in l. gener. C. de tabul. lib. 10. Quaram est Communis opin. ab omnibus fermè recepta & probata Regia leg. 54. & 111. tit. 18. part. 3. mensis autem mentio necessaria est, ut dies confetti instrum. certa sit, alioqui ubi dies certa foret absque mensis expressa mentione, omitti mensis posset: ut dies sancti Joan. Baptistæ: dies nativitatis Dominicæ, & his similes: not. Bart. & alij in l. si quis, §. initium, n. 23. ff. de eden. Fel. & Dec. in d. c. 1. de fide instrum. col. 3. quibus adde Roman. 235. & Bart. in dict. Rubr. de fide instr. n. 68.

¶ Quintò necessarium est, † quod in instrumentis publicis fiat mentio loci, in quo fit contractus, vel actus ipse, qui in instrumento continetur, gloss. in d. leg. generali, text. & ibi glos. verb. censeretur, in c. Abbaye sane, de re jud. in 6. text. optim. in l. optimam. C. de contrahend. stipu. & est Communis Opinio quæ traditur per Abb. Fel. & Dec. 3. col. 1. in d. c. 1. & probatur in c. quoniam contra de probat. atque in dict. l. 54. tit. 18. part. 3. id verò adē jure obtineret & procedit, ut considerata diligentius auctoritate publici instrumenti, animadversa fide, quam ex seipso habet, & producit, item pensata ejus incertitudine, quam haberet, si locus & tempus confetti instrumenti deficerent, quot & quantis falsitatibus hominumque dolis, & malitiis locus pateret, multisque aliis mature persensis, verè ac jure sit respondendum, non valere consuetudinem, imò iniquam esse, quæ induxit absque his duabus solemnitatibus, & requisitis valere instrumenta, quemadmodum expressim volueret Rota in antiquis decis. 440. Dec. 3. col. in d. c. 1. de fide instr. Stephanus Bertran. in conf. 275. l. 3. col. 4. Roman. in l. in illa, ff. de verb. oblig. eol. 10. tamen Barb. in d. Rub. n. 69 ab hac opinione discedat, & dubitent Alex. in l. de pupillo, §. qui nunciat. ff. de novi ope. nuncia. n. 10. & Fel. in d. c. 1. col. 2.

¶ Sextò quamvis certum sit requiri publicis instrumentis, † quod testes sint præsentes eidem actui, de quo instrumentum conficitur, l. contractus, C. de instrumen. notatur, in dict. c. quoniam contra. & scripsit Accursius in d. l. generali, eorum subscriptio nem exigi, receptius tamen est, ac jure verius, satis est quod eorum nomina inscribantur regulariter absque subscriptione, notant Panorm. & Doctores in d. c. 1. maximè Fel. n. 14. & Dec. n. 12. probat. gl. in auth. de instr. cau. & fid. §. sed & si instrumenta, in verb. adjiciat, & in auth. de hered. & falc. §. si verò absunt, in verb. quantum. Paul. de Castr. in d. c. contractus, col. 3. idem in conf. 325. lib. 1. incipient. Non multum videtur. Matth. de Afl. Rub. in const. Neap. 79. Capycius in dec. Neapol. 29. quorum Opinio Communis est secundum Barba. in Rub. de fide inst. num. 39. & Dec. in d. c. quoniam contr. n. 18. & probatur in dicta l. 54. & 111. tit. 18. part. 3. unde constat intellectus gl. in dict. cap. 1. & in cap. post cessionem de prob. quæ hac in re idem ferè responderunt, quod glos. in d. l. generali. Erit igitur satis, quod nomina testium inscripta sint à notario in instrumento, etiam si subscriptio fuerit omessa secundum communem in dict. c. post cessionem.

¶ Et licet jure communi sufficient duo testes, gl. Communiter recepta in d. c. 1. de fide instr. tamen in his regnis sunt necessarii tres, d. Reg. l. 54. l. 1. tit. l. 1. tit. l. 9. 2. Fori, quibus & illud adjicitur, quod in pragmaticis Regum Catholicorum statutum est fol. 190. [hodie l. 33. tit. 25. l. 4. Recop.] qua l. sancitur, necessariam fore ipsorum contrahentium subscriptionem in instrumentis publicis: quamvis ea jure communi necessaria non sit: ut Panorm. & omnes tradidere in dict. cap. 1. de fide instrument.

¶ Septimò ad valorem, † & robur publici instrumenti necessaria est ipsius tabellionis subscriptio. text. in auth. de instrum. cau. & fide. Item & ipsius

signum, quo ipse tabellio uti solet, quod jure necessarium esse probet gloss. auctoritate illius constitutionis in d. authent. §. sed & si instrumenta, text. opt. in l. ult. C. de assessoribus, tenent Panorm. colum. 4. & Felin. ac Dec. post alios in d. c. 1. de fide instrum. Card. & Felin. col. 2. in cap. pen. eod. tit. Bart. in l. si quis §. si initium, ff. de edend. in repe. n. 32. idem Bart. in proemio, ff. n. 6. optimè Nicolaus Boët. decis. 37. n. 10. Petrus Rebiffus in tractat. de nominationibus, qu. 10. n. 11. & seq. maximè n. 17. & 18. penes quos omnes illud constitutissimum videtur, hanc solemnitatem potius consuetudinis jure, quam lege scripta induciam esse, & ejus omissionem vitiare instrumentum, quorum ultimum probat Regia l. 54. tit. 18. part. 3.

¶ Hæc sanè sunt quæ potissimum observati debent quoties de auctoritate publici instrumenti tractandum erit: ut possimus deprehendere, an ipsum instrumentum deficiat ratione alicujus defectus: cum multo jure, atque consuetudine sint necessaria pro viribus his, quæ publicis scripturis conceduntur.

¶ Quod si publicum instrumentum omni ex parte perfectum sit quoad ea quæ sunt ei jure solemnia: sèpè controvertitur an testibus possit improbari quoad ejus fidem, nempè, ut probetur rem non ita contigisse, ut ipse tabellio profitetur, & testatur quam eidem quæstionem tradidere gloss. & omnes in c. cum Joannes de fide instr. in verb. quodlibet, glos. in §. item verborum Insti. de inutil. stipulat. & in l. in exercend. de fide instr. & in c. tertio loco, de probationibus, duabus tamen conclusionibus absolvitur.

¶ Prima conclusio: Instrumentum publicum, etiam cui fuere plures testes inscripti, poterit duobus tantum fide dignis, omniq[ue] exceptione majoribus, quoad ejus fieri improbari, licet hi testes non sint ex illis qui descripti sunt in eodem instrumento, probatur hæc conclusio in d. c. tertio loco, & in l. optimam, C. de contrahend. stipu. & intelligitur sive ea probatio fiat directè, quod omnes fatentur: quibus ea suffragatur ratio, quæ ab auctoritate deducitur tabellionis, à quo instrumenti fides pendet, c. ad audiencem, de prescript. Is autem tabellio unus est, & idèo quamvis sit ejus auctoritas publica, non debet duobus integris testibus præferri. Quamobrem licet Doct. frequenter hoc committant arbitrio judicis, hæc conclusio vera est, secundum Inno. Joan. Andr. Anton. Cald. Abb. n. 13. Felin. num. 35. in d. c. cum Joannes. Cyn. & Salye. in d. l. in exercendis. Imolam in l. 1. §. si quis neget, ff. quem ad testam. appearant. Zalium lib. 2. singulari, respon. c. 23. Quorum Opinio Communis est, ut fatetur Decius in d. c. tertio loco, n. 11.

¶ Secunda conclusio: instrumenti publici fides tollitur, & quidem majori ratione per duos testes in eodem instrumento descriptos. text. in c. tam litteris, de testib. & est Communis Opinio secundum Fel. in d. c. cum Joannes, n. 46. Has verò duas conclusiones multis additis ex jure communi & Regio longius tractavimus, & examinavimus lib. 2. Partar. resolut. c. 13. n. 10. & 11. quo lectorem mittimus, quippe qui eadem sapienter repetere omnino gravamus.

¶ Instrumenta autem publica, & aliæ scripturæ ad hoc, ut fides eisdem adhibeatur in judicio sunt producenda, & exhibenda coram ipsomet judice, capit. cum delectus de fide instrum. adē quidem, ut non sufficiat ea coram notario, & testibus exhiberi: quod probari videtur in c. contingit, & in c. accepimus, de fide instrum. latè Felin. in c. quoniam contra, quest. l. de probat. nos item idem adnotavimus lib. 1. variar. resolut. cap. 1. numer. 5. Atque ibidem traditis libenter adjicimus aliquot, quæ huic tractatui maximè conueniunt.

¶ Primum

**S** Primum illud est observandum † in eo instrumento quod plures habet partes, & variarum rerum capita distinctos actus continentia, esse omnino, & integrè judici exhibendum, ut ipse totum legere possit si velit, adversario autem copiam tantum esse dandam, aut editionem faciendam illius capitis, quo producens uti velit. *tex. & ibi gl. communiter recepta in d. c. contingit*, tradunt Alex. & Jaf. in *l. argentarius*, §. edi. ff. de edendo. Fel. in *c. 1. de probat.* n. 29. & ibi Dec. n. 62. *Regia lex.* 113. tit. 18. part. 3. text. *insignis in c. cum persone, de privil.* in 6. notat Fel. in *c. 1. col. 4. de lib. oblat.* Sed si ille contra quem instrumentum producitur, petierit, illud sibi integrè edi, ut illius aliqua parte uti possit, usus forensis obtinuit, hanc editionem integrum minimè negari posse, idque equissimum est, ac deducitur ex glos. in *l. 1. §. editiones, in verb. dic & consule, ff. de edendo.* quam inibi Doct. approbant. Bald. item & Alex. in *leg. 1. col. 4. C. ut que defunz adloc. in supplicat.* Dec. post alios in *d. c. 1. de probat.* n. 35. idem Dec. in *c. cum venerabilis, de except.* n. 22. idem in *c. 2. nu. 21. de fide instr.* Matthesf. notab. 79.

**S** Secundò est hac in re adnotandum, quid jure respondendum sit, quoties qui produxit instrumentum in judicio, existimans id conducere admodum in ejus utilitatem, animadverterit sibi nihil aliud prodesse, ac tandem pœnitentia cum productionis, & petat instrumentum tolli ex actis judicialibus sibique restitui & tradi? & sanè Azo, in *l. 1. §. edendo, ff. de edendo*, ubi glos. in *verb. quis usuras, censuit proferentem in judicio instrumentum illud auferre, ac petere, nec esse cogendum id iterum exhibere petente adversario, ut instrumenti prolati exemplum sibi detur.* Huic vero sententiæ illud planè refragatur, quod scriptura semel in judicium prolata, ex quo qui protulit semel, ut eadem voluit, communis est utriusque litiganti, quemadmodum notatur in *l. si uteris, C. de fide instrum.* & in *d. §. edendo.* Igitur post quam ea communis est effecta, non poterit qui protulit pœnitere in præjudicium adversarij: quia ratione licet ipse qui protulit instrumentum in judicio possit pœnitere, & asseverare, se nolle uti eodem, atque ita utilitati propria renunciarre, adversarius tamen nihilominus potest eodem uti, & petere sibi ejus exemplum exhiberi, quemadmodum apud Delphinateus usu forensi receptum esse testantur. Guid. Papæ qu. 243. & Rupellanus lib. 1. *forensi. instit. c. 46. ad fin.* Nec Oberit huic praxi text. cum gl. in *d. §. edenda*, cum ex eo illud tantum probetur, non esse edendum adversario instrumentum illud, quo alter uti noluit, etenim nihil inibi respondebitur de instrumento, quo quis semel uti noluit, & ea ex causa illud protulit in judicio: licet postmodum pœnituerit, quod Bald. sensit in *§. edenda.*

**S** Tertiò, non est à practicis prætermittendum tempus, statusve cause, in quo sunt scripturae proferendæ. Nam jure communi sunt † instrumenta in judicio proferenda ante conclusionem causæ, & usque ad eam proferri possunt *c. cum dilectus, de fide instrum.* idem probat Regia lex. 6. titul. II. lib. ordin. cui conclusioni plures tradidere Fel. Abb. & alij in *d. c. cum dilectus* Bart. & omnes in *l. admonendi, ff. de jurejur.* Quibus omis- sis quid modò jure regni, & praxi obtentum sit explicamus, etenim Regia lex *Madritia* 8. statuit, scripturas & instrumenta esse in judicium proferenda intra viginti dies à tempore litis contestationis, quoties à reo sunt proferenda. Nam actor tenetur ea proferre simul cum ipso libello actionis propositæ: quod in eisdem Madritiis consti-

tutionibus lege prima cautum extat: & hæc in prima instantia: siquidem in secunda sunt instrumenta producenda priusquam interloquatur judex super probatione & dilatione ad probandum; imo statim cum ipso libello supplicationis, & responsionis ad eamdem: nisi Juramento præstato qui instrumenta producit, attestatur ea dudum comperisse, nec prius etiam diligenti præmissa inquisitione potuisse habere eorumdem cognitionem, tunc etenim potuerunt ante prædictam interlocationem proferri *l. 22. 23. & 24.* in eisdem legibus Madritiis, quibus illud statutum esse, posse post diem à lege constitutum, scripturas in judicium proferri præstato juramento, quo constet, ea instrumenta novissimè reperta fuisse, nec potuisse prius reperiri facta diligenti hac de re inquisitione. Ita sanè *d. lex. 8. expressum explicat.* Hodie tamen receptum est posse instrumenta quælibet ab auctore, vel reo proferri in judicium quocumque litis tempore usque ad causæ conclusionem, quæ fuerit facta, ut statim diffinitiva pronuncietur sententia, etenim nullo præstato juramento, quæ quidem praxis juri communni convenit, & legi regiæ, quæ paulò antè nominatim citata fuit, nempe *l. 6. tit. 11. lib. 3. ord.* & *l. 1. tit. 4. eo. lib. 3. ord.* Nec in hoc ullapo test contingere dubitatio, aut controversia: quæ tamen frequentissimè contingit ubi instrumenta proferuntur post conclusionem in causa. Sunt etenim qui centeant, ea esse admittenda, etiam post conclusionem in causa, ubi qui ea profert in judicium jurat novissimè ea fuisse reperta, nec prius in ejus cognitionem ea venisse, facta tamen diligenti inquisitione. Sic sanè intellexit pontificium responsum in *d. c. cum dilectus.* Bar. in *leg. admonendi.* n. 3. ff. de *jurejur.* quem sequuntur Doct. ibi maximè Jason. in *reper.* n. 58. Baptista de S. Severino col. 20. Curt. Senior. col. 20. Purpura, n. 8. & præter hos Abb. & Imola. in *d. c. cum dilectus.* Felin. in *capitu. pastoralis,* n. 6. de *except.* quorum *Opinio Communis* est, secundum Ripam in *d. l. admonendi,* n. 48. eamque sequitur Matthesila notab. 57. & licet Felin. in *dipl. c. cum dilectus,* dubitet, & plerique alij à Bart. discesserint: quibus Regia lex patrocinatur in *d. l. 24.* quæ tunc admittit juramentum istud & instrumenta novissimè reperta: cum nondum sit in causa conclusum, etiam quoad interlocationem, quæ ad probationem faciendam pronuncietur: nihilominus Bart. opinio plurimum auctoritatis habet ex *cap. pastoralis, de except.* & adeò recepta est apud Regia tribunalia, ut nihil sit in hac forensi concertatione frequentius: tametsi viderim særissimè locum ex hoc fieri multis fraudibus, dolis, & litigantium calumniis, ut tandem *admonendi* judices sint; caute hinc instrumenta post conclusionem in causa fore admittenda, quæ passim absque ullo juramento ante cause conclusionem admittuntur. Quibus profecto constat Bart. sententiam admodum receptam eamque jure probari, conatur multis ostendere Roder. Zuares *allegatione 5.* facilis tamen admittitur, quoties est conclusum in causa ad eam sententiam, quæ nec apellationem nec supplicationem admittit, quod Paul. de Castr. adnotavit in *dipl. leg. admonendi,* n. 26. quem alij securi sunt: & nos passim hoc ipsum observamus. Nam si tractetur, an sint admittenda scripturæ post conclusionem causa secundum eam opinionem quæ à Bart. traditur, særissimè inquirimus, sitne revisionis instantia, ut tunc facilis ea opinione utamur, ac denique difficilis, si sit prima provocationis instantia.

**S** Est tamen hac in re omnino adnotandum, esse necessarium mandatum speciale ad præstan-

dum hoc juramentum, speciale inquam: ut procurator juret nomine Domini, & in ejus animam, quod ajunt, illa instrumenta novissimè à domino recepta fuisse, nec potuisse prius eorum cognitionem habere facta diligent per eum inquisitione. Atque in hoc Granateni prætorio anno 1550. generali Decreto definitum fuit: & id jure quidem. Nam ad jurandum speciale mandatum necessarium est, cum juramentum nomine alterius est præstandum, & exhibendum, quod nec negari poterit, nec alicubi est controversum, ut nos longius probavimus in c. quamvis pactum, de pactis, in 61. religionis par. §. 5. n. 8. quod si hac specie oportet juramentum fieri super diligentissima inquisitione instrumenti à domino præmissa & super nova ipsius instrumenti cognitione, ac inventione ipsi domino contingenti, manifestissimè consequitur, necessarium esse speciale mandatum ad hoc. Mandatum vero ad jurandum de calunnia, etiam speciale in certa causa sufficiens non esse ad hoc multis probatur, & præser-tim ex eo, quod ratione hujus mandati non licet jurare aliud, quam quod dominus principalis nulla utitur, nec utetur, calunnia, nec malitia in eo judicio. Huc etenim tendunt omnia hujus juramenti capita. Sed si mandatum speciale ad jurandum de calunnia sufficeret in præsenti specie, profectò satis esset jurare in animam domini, quod instrumenta non proferuntur in judicium ex calunnia, nec malitia: hoc non sufficit, ut constat, igitur non est sufficiens speciale mandatum ad jurandum de calunnia, ut possit procurator nomine domini juramentum id facere, ac præstare quod necessarium est ad præsentationem instrumentorum, que sit per conclusionem in causa, unde constat mandatum ad jurandum de calunnia nec sufficere ad hoc nec ad id extendi. Nec quidquam refert consuetudine recep-tum in plerisque locis fuisse, ut ea extensio fiat: siquidem ea consuetudo iniqua est ac perniciosa in contemptumque religionis juramenti & divinae reverentiae, ideoque non valet nec est admittenda. Nam procurator, qui jurat in animam domini, instrumentum istud noviter repertum fuisse, asseverat ut certum, quod apud ipsum incertum est: etenim absque speciali iussu domini non potest ipse in ejus animam asseverare, novissimè eum habuisse instrumenti cognitionem, ergo de hoc est incertus. Asseverare autem maximè cum juramento, ut certum, quod est incertum, temerarium est contra juramenti religionem. His accedit alia ratio: qua constat, à lege requiri, & exigi hoc in specie juramentum, quod obliget ad perjurium ipsum principalem, cuius nomine proferuntur instrumenta, & lis tractatur. Hoc autem juramentum absque speciali mandato, si forsan falsum juratum sit non obligat dominum, nec eum constituit reum perjurij, quia ipse nec mandavit, nec fuisse hoc juramentum ejus nomine fieri, quod satis planum est: ergo non sufficit juramentum istud, si fiat absque omnino speciali mandato. Alioqui si permitteretur juramentum in hoc casu absque mandato speciali, vel ex mandato illo dato ad jurandum de calunnia: lex equidem fragilis esset, ipsaque juratio non sufficiens, nec carita neque Christianæ institutioni conveniens. Quo sic, ut in hac ipsa specie, & quæstione minime sit satis quod procurator habeat mandatum cum libera potestate, & ad præstandum nomine domini quodcumque juramentum: quia hæc clausula nullum effectum habet in juramenti, in quibus de animæ obligatione tractatur, atque itidem de ejus periculo, & ideo speciale mandatum necessarium est, ut notatur in c. ultim. de juram. calum. lib. 6.]

Sed & si hæc observanda sint regulariter, non tamen diffiteor, plerumque arbitrio boni vi-ri, & æquissimi judicis admittenda fore instru-menta absque hoc juramento, & seclusa in integrum restitutione, post conclusionem in causa ad pronunciationem ejus sententiae, qua tota lis definienda est, & à qua nec appellare nec sup-plicare licet, si ea instrumenta palam actori, vel reo suffragantur, remque de qua controvertitur manifestam efficiant. Nec enim æquum est propter actoris, vel rei negligentiam eorum jus om-nino perire: atque ita non semel vidi hoc ad-missum fuisse, quo juris veri antistites possent in Reipublica utilitatem justitiae ministerio famulari, & obsequi.

His vero illud veluti coronidem libenter ad-diderim, publicum instrumentum erga omnes es-se æquè publicum, non tantum eos inter quos res ipsa acta est, eorumve hæredes & successo-res, sed etiam quoscumque extraneos, ita tamen ut publica instrumenta etiam inter quoscumque extraneos probent seipsa, id est, taliter gesti fidem faciant, quod norant Bart. in l. cum mortua, col. 1. ff. judic. solvi. idem Bart. in l. 2. col. 2. & ibi Bald. col. 3. Angelus, Salicet. col. 1. Dec. nu. 51. C. de edendo. Dec. in c. 1. n. 24. ac fide instr. Bald. in rub. C. de fide instr. col. 2. vers. sequitur videre, tametsi hæc ipsa publica instrumen-ta extraneis non præjudicent, nec noceant, sed tantum his, inter quæ confecta sunt, eorumque hæredes, & ab his causam habentes: cum res inter alios, acta non noceat, nec obliget nec faciat ius inter alios, l. si unus, §. ante omnia, ff. de pactis, & rubr. Cod. res inter alios æcta. notat in specie Franc. Curt. in traditu feud. 2. part. 2. partis, qu. 6. & eleganter Carol. Mol. in consuet. Parisiens. tit. 1. §. 6. nu. 8.

## C A P U T X X I.

De publica fide instrumentorum, quæ non ori-ginalia, sed exemplaria sunt.

## S U M M R I A.

- 1 Tabellio non potest alteri committere confec-tionem instrumenti.
- 2 Exemplis regulariter fides non est adhibenda, etiam ab ipso Principe.
- 3 Instrumentum publicum, qua forma, & qua so-lemnitate confiendum sit ex protocollo tabellio-nis mortui?
- 4 Exemplum ut probet, qua ratione & forma sit transcribendum ex originali?
- 5 Quibus prejudicet exemplum solemniter traductum ex originali?
- 6 Exemplo creditur, & datur fides, quoies id re-peritur inter acta judicis.
- 7 Exemplum traductum ex originali propter anti-quitatem exemplationis fidem quandoque facit, etiam si de solemnitate traductionis non apparent, quod late disputatur.
- 8 De privilegijs exemplatione.

**H**actenus de his tractavimus publicis instru-mentis, quæ ab ipsomet tabellione conficiun-tur, & originalia sunt: idcirco nunc subjiciam aliquot, quæ pertinent ad ea instrumenta, quæ exemplaria vulgo dicuntur. Qua in re facilius quæstio ista valeat expediri, prænotandum est, non tamen posse tabellionem alteri committere confectionem instrumenti, nec posse per alium in-strumentum confidere, text. in auth. de tabell. §. nos igitur, l. generaliter, C. de tabula, lib. 10. l. contra-

*contractus*, C. isto tit. nempe de fid. instrum. & in auth. de fid. instr. §. pen. etenim cum ipsem tabellio testimonium ejus actus, quod propriis sensibus cognoverit, exhibitus sit, id minime poterit agere per alterius cognitionem. Et tamen receptum est, tabellionem impeditum non posse committere alteri confectionem instrumenti, etiam non à tabellione, modo ipse rei gestæ praesens sit, & subscribat ipsi instrumento, idque proprio signo signaverit, & idem erit quoad traductionem alicujus instrumenti ex ejusdem tabellionis protocollo: siquidem potest eam alteri committere, modo scripturam cum protocollo conferat, eique subscribat proprio apposito signo, quod deducitur ex l. ultim. §. fin. autem dubius, C. de jure delib. l. s. tit. 19. par. 3. adnotarunt Card. in c. cum P. de fid. instr. Pan. in c. inter dilectos, eod. tit. nu. 7. ubi Fel. per text. ibi, idem Abb. in c. quoniam contra. n. 32. Fel. & ibi. nu. 47. Bart. in l. divisus §. item senatus. ff. de falsis. Paul. Aug. Alex. & Jal. in l. quedam §. I ff. de edendo. Matth. de Affl. in constit. Neap. lib. 1. tit. 73. num. 37. Paul. Paris. cons. 12. num. 122. & cons. 28. num. 27. lib. 2. cons. Montalvus in l. 7. tit. 8. lib. 1. fori. qui asseverat hanc opinionem usu receptam esse apud Hispanos. Oportet vero duo in hujus praxis observatione admonere, primum, non esse præcisè necessarium impedimentum tabellionis, etiamsi ejus fiat obiter mentio à præcitatibus auctoribus. Nam & absque impedimento poterit hoc fieri, quod modo adnotavimus: cum idem sit, aliquid scribi manu alterius subscriptione mea? secundum omnes auctoritate illius text. in dict. c. inter dilectos, sit igitur ex his manifestum, hoc instrumentum esse originale, non exemplar. Est & ad idem præmittenda juris utriusque regula, qua diffinitum extat non esse adhibendam finem in judicio exemplis instrumentorum, nec exemplaribus, text. in cap. 1. de fide instr. l. 2. ff. eod. tit. adeo ut Panorm. & alij contentur in d. c. probare, etiam tamen ipsum supremum Principem non posse adhibere fidem exemplaribus, quia negatio proposita in d. cap. 1. verbo possimus, præcisam inducit necessitatem, idem adnotarunt Rom. sing. 78. Jal. in l. Gallus, in princ. col. 4. ff. de lib. & posthum. Felin. in c. cum olim. num. 12. de re jud. qui Panorm. sententiam eadem sequuntur ratione. Id verò, quod obiter de negatione diximus, constat ex gloss. celebratissima in reg. 1. de reg. in 6. cuius ipse veram, ni fallor, interpretationem tradidi in c. quamvis pactum, de pactis, in 6. 2. part. §. 4. num. 4. & num. 10. ex quibus ego censeo, hæc verba, non possimus, apposita in dict. cap. 1. de fide instrum. nullam tollere ipsi principi potentiam, nec ullam ei per legem inducere necessitatem præter eam, quæ ipsi principi incumbit ex lege naturali, seclusa lege humana & positiva: cum princeps non possit legem sibi dicere, à qua non liceat recedere, leg. digna vox. Codic. de legibus cap. innuit. de elect. quod eleganter, & in hac specie probat Fortun. in leg. Gallus in principio. column. 16. & sequentibus. Quamobrem poterit princeps lege lata constituerre justis ex causis fidem adhibendam fore exemplaribus: & idem poterit facere, ac decernere consilio, & judicio prudentum, non equidem lege constituta generali, sed in aliqua lite ac controversia etiam in præjudicium alterius, modo id justis ex causis fiat: Quemadmodum censem Panorm. & alij in cap. de fide instrum.

¶ Quod si fiat in aliquo instrumento per tabellionem confectionis alterius scripturæ, nempe mandati procuratorii, quod ab eodem fuerit tabel-

Diauci Covarr. Tom. 1 I.

lionis scriptum, hæc commemoratione ut originalis & authenticæ fidem facit iuxta formam, & seriæ ibidem relata: si vero coram alio tabellione confecta est scriptura ista, cuius mentio sit, exemplum censebitur, nec auctoritatem habebit originalis scripturæ. Quod probatur in auth. si quis in aliquo docum. C. de edendo, tametsi præsumptio non levis oriatur pro veritate hujus actus, & instrumenti, sicuti colligitur ex decisione Egidij à Bellamer. 58. cui adde ad intellectum illius constitutionis, quæ in d. auth. si quis in aliquo docum. traditur ppter Dec. & alios ibi col. ult. Carol. Molin. in consuet. Paris. tit. I. §. 50. n. 44. & Socin. Jun. cons. 52. lib 1.

¶ His verò præmissis constat jure ipso Pontificio, & Cæsareo quandoque tamen fidem publicam adhibendam esse instrumentis exemplaribus, præsertim ubi tabellione ipso mortuo, vel ægritudine impedito ex ipsius protocollo exemplaria deducuntur quæ originalia, & authenticæ instrumenta verè dici poterunt, modo ea serventur in traductione, quæ jure statuta sunt, cum P. tabellio. de fid. instr. ex cuius responso, & his, quæ inibi traduntur, multa necessaria sunt. Primum est necessaria judicis ordinarij auctoritas, ut in d. c. P. probatur. Secundò, quod hæc traductio fiat ad petitionem eorum quorum interest: quod constat in d. c. cum P. tabellio. & in l. si quis ex argentariis, §. pertinere, ff. de eden. Tertiò, quod is, cui hæc traductio a judice committitur, sit tabellio. text. juncta ipsius capitinis superscriptione in d. cum P. Quartò, quod qui hoc instrumentum traducit nihil addat, nec detrahatur protocolli scripturæ, text. in eod. cap. cum P. ibi fideliter. Quintò igitur ab eadem decisione, quod traductio fiat in publicam formam. Sextò id potissimum necessarium est, quod tabellio, qui confecit instrumentum in protocollo, sit morte, vel ægritudine perpetua impeditus, aut saltem eo impedimento affectus, quod longi temporis moram occupet Bart. in l. quedam, §. nihil. ff. de eden. tex. in d. c. cum P. Septimò, sicut & de hoc impedimento ita & de fide, integritate, ac fama ipsius tabellionis judex examinare tenetur summario judicio ita quidem, quod de fide protocolli minime dubitetur, atque ita omnes adnotarunt, in d. c. cum P. Octavò est item maximè necessarium, quod ad istam traductiōnem instrumenti citentur hi, quorum interest, & quos negotium id tangit: secundum communem in dict. auth. si quis in aliquo docum. C. de eden. & in cap. Alb. de testibus. idem tradit asseverans hanc opinionem communem esse Matth. de Affl. in constituit. Neapol. lib. 1. tit. 73. num. 58. Nicol. Boer. dec. 34. quibus oportet addere quedam ad interpretationem Regiarum quarumdam constitutio-

num.  
¶ Primum est observandum, quod in traductiōne instrumenti ex protocollo tabellionis mortui, vel impediti conficienda, etiamsi regulariter judicis auctoritas necessaria sit, tamen ea non requiritur, nec omnino exigenda est, ubi donarius, legatarius, vel hæres ipsius tabellionis habeat protocolla, sive itidem publica auctoritate notarius, & traducere vult: & traducit ex protocollo instrumentum: quemadmodum tenet Panorm. in d. cap. cum P. tabellio. Bar. per text. ibi in l. si quis ex argent. §. 1. & in l. quedam, §. nihil. ff. de eden. quibus tamen responsis id probatur, quod hæres argentarij cogitur edere instrumenta, ut ipsem argentarius cogeretur. Et ideo non satis probatur idem Bart. & Panormitan. sententia, contra quam & necessariam esse hac in specie judicis auctoritatē

ritatem, atque item alia, quæ modo commemoravimus ex dict. cap. cum P. tabellio. tenuerunt Spec. tit. de instrumentorum editione. §. offenso. num. 15. & §. instrumentum ergo num. 55. Joan. Andr. in additionibus. Joan. Andr. Ant. Cardin. & Imol. ejus responsi auctoritate in d. c. cum P. tabellio Paul. Alex. & Jas. in dict. leg. si quis ex argentariis. §. cogentur. ff. de edendo. Baldus, Angelus, & Paulus in d. l. quædam. §. nihil. quorum opinio communis est, jureque satis defenditur ac probatur.

¶ Verum ad Panormitani sententiam est adnotanda lex reg. 55. tit. 18. par. 3. ut partim eam admitti obseruemus. Nam ubi tabellio impeditus legitimè, veroque impedimento committere velit alteri confectionem instrumenti publici, ex ejus protocollo deducendi, poterit hoc plane agere: & hac usus commissione alter tabellio absque judicis auctoritate, hujus etenim nulla mentio fit in præcita lege, traducet ex protocollo, quod ei traditum fuerit à delegante, ipsum publicum instrumentum propria ipsis traducentis subscriptione, & signo instructum & confessum, mentione tamen præmissa ejus commissionis, quæ ipsi tabellioni traducenti facta fuit ab altero tabellione impedito.

¶ Hoc ipsum plerumque apud Hispanos admittitur in tabellione, qui alteri auctoritate Regia succedit in officio publico. Etenim hic successor ex protocollis præmortui tabellionis traducit absque judicis auctoritate, alijsq; e solemnitatibus, publica instrumenta eaque propria subscriptione, proprioque sigillo ad publicam auctoritatem conficit.

¶ Secundò est animadvertisendum, quod mortuo tabellione; aut ejus publico munere in alium translato, judex tenetur protocolla ipsius coram honestis viris statim accipere, & sigillo consignare, itaque consignata tradere ipsi successori recepto ab eo juramento, quod caute, integrè, ac bona fide officio utetur in traducendis publicis instrumentis ab eisdem protocollis, quod expressum statutum est in d. l. Regia 55. tit 18. par. 2. ad fin. cui ferè convenit pragmatic. constitutio Regum Catholicorum fol. 37. l. 42. (hodie l. 24. tit. 25. lib. 4. Recop.)

¶ Tertiò, etiam si jure communi hoc non sit necessarium: attamen jure Regio, quoties protocollo tabellionis defuncti, ac præmortui ejus successor auctoritate publica in officio, transcribit instrumentum, si duo testes ex scriptis in protocollo vixerint, ac nondum mortui fuerint, debent vocari, instrumento transcripto subscribere. Regia lex in d. l. 55. ad fin. id verò mirum non est, cum ea traductio fiat absque judicis auctoritate. Sed in republica, & regno Neapolitano traductio instrumenti fieri non potest ex protocollo tabellionis præmortui, nisi eidem traductioni subscriberint duo testes ex his, qui fuere scripti in protocollo. text. opt. in constitutionibus illius regni lib. 1. tit. 73. in ea lege, quæ incipit Bajulos.

¶ Quod si contingat, ad confectionem alicujus instrumenti publici rogatos fuisse duos tabelliones, an sufficiat vnius subscriptio tantum altero scribente, questionis est, quam optime tradit Nicol. Boér. decis. II.

¶ Præterea hec, quæ de traductione instrumenti ab ipso protocollo scriptissimus, accidere solent, † si petatur solemnis ac publica traductio publici instrumenti, non ab ipso protocollo, sed ab ipsa scriptura originali, quæ data fuit ab ipso primo tabellione, sitque hæc petitio, ut propter ejus vetustatem aliudve periculum, similemve causam ab alio tabellione in novum exemplar, & au-

thenticum reducatur. Quod planè fieri potest, & jure permittitur, modo ea serventur in hac traductione, quæ statim explicabimus. Primum est considerandum quod requiritur justa causa, ut fiat hæc exemplatio, text. elegans in c. uit. de fide instrum. Secundò hæc exemplatio non aliter fieri debet, quam si fiat ex eo instrumento publico, quod probaret omnino, ac fidem faceret, esse que originale, sicuti constat in d. c. ult. quasi aliud dicendum sit in exemplo, etiam solemnitate exempli credendum non sit, etiamsi solemniter traducatur. Bald. in l. in bona fidei. colum. 3. C. de reb. & jurejur. Cyn. Alb. Bald. & Paul. in l. sancim. C. de divers. rescript. Alex. conf. 138. nu. 4. li. 1. Corneus conf. 24. col. 4. lib. 4. Carol. Molin. in consuet. Parif. tit. 1. §. 5. num. 34. idemque apud Gallos servari afferat Joan. Rupel. lib. 1. forensium institutionum. cap. 46. qui tamen scribit quoties protocollum, & originale, saltem jurejurando afferentis probetur deperditum, posse auctoritate judicis traduci exemplar ab alio exemplari rite & solemniter confecto, ut ei detur fides quæ primo exemplari jure dari debet. Bart. tamen in auth. si quis in aliquo documento. 2. col. probare conatur, posse juxta formam traditam in d. c. ult. adsumi exemplum ab alio exemplo solemniter exemplato & traducto, fidemque ei adhibendam fore, quem sequuntur Card. & Fel. in d. c. Alb. col. 2. de test. Cuma. conf. 118. Curt. Jun. in d. auth. si quis in aliquo num. 41. qui tamen num. 40. post ipsum Bart. fateri videtur Baldi opinionem communem esse, quam adversus Bart. Deci. sequitur in d. auth. si quis in aliquo num. 30. verè tamen procedere & admitti opin. Bart. ubi traductio primi exempli facta fuit servata juris forma, & inter eos qui vocati fuerunt ad eam traductionem & exemplationem. Etenim inter eosdem & contra eos, cum quibus, ejusve legitimè citatis primum instrumentum solemniter fuit exemplatum, & contra eorum heredes, poterit hoc primum exemplum auctore judice exemplari, vocatis, & invitatis ipsismet, eorumve heredibus: nisi aliquam habeant justam causam contradicendi. Nam primum exemplum solemniter exemplatum quo ad eos, qui vocati legitimè fuerint, authenticum est & vim habet originalis; atque ideò nihil impedit, quin ex justa causa iterum traducatur auctoritate judicis, & exempletur, præsertim inter eos & quoad eos, qui præsentes fuere, & consenserunt; aut non contradixerunt primæ traductioni, quod Bart. sensisse videtur, & explicat eleganter Carol. Molin. in d. §. 5. num. 35. Tertiò igitur ad solemnem explanationem vocatio, & citatio eorum interest; quod notant Innoc. & alij in d. c. ult. de fide instr. Bald. in l. sancimus. C. de divers. rescr. Bar. & alij, maximè Purpur. & Cur. Jun. in d. aut si quis in aliquo document. Dec. conf. 36. Nic. Boer. decis. 37. Carol. Molin. in d. §. 5. num. 37. qui optimè hanc questionem de Exemplatione instrumenti examinat. numer. 33. Abb. item in c. 4. col. 2. & ibi Fel. col. pen. de fid. instr. idem Fel. post antiquiores in d. c. ult. quæ ratione fit, ut † exemplum solemniter tradustum illis tantum præjudicet, qui vocati fuerere ad hanc traductionem & his qui horum iura obtinuerint, secundum Innoc. Abb. & Imol. d. §. 5. numer. 37. aliis autem non præjudicat, nec quoad eos fidem facit, quod præcitat auctores notant, & jure probatur; ac defenditur à Carol. Molin. in d. c. ult. tametsi quandam præsumptionem inducat pro præferente adhuc contra illum, qui vocatus non fuerit ad traductionem, quem-

quemadmodum de sententia inter alios lata diximus hoc libro c. 13. n. 4. ex Panor. in c. penult quæst. 3. de re judica. explicat diligenter ipse Carol. n. 38. qui hac in re multum defert judicis arbitrio, & probat hoc exemplum adēd præsumptionem tantum facere, ut non faciat semiplenam probationem, nisi eo casu, quo constaret, originale perditum fuisse, aut non extare penes ipsum producentem, nec potuisse ab eo reperiri præmissa diligentis inquisitione. Etenim in hac specie probationem semiplenam facit exemplum solemniter transcriptum contra eum qui vocatus non fuit ad istam exemplationem: siquidem habet hoc exemplum testimonium authenticum publicæ personæ attestantis, se diligenter vidisse ac discussisse originale authenticum integrum, non vi-tiatum, talis tenoris prout in exemplo describitur: quod testimonium procedit à tabellione, qui testis publicus est: & ideo semiplenam probationem facit. Hanc sanè conclusionem optimè tradit ipse Carolus in d. n. 38. & n. 40. Nam quod Bart. scribit in l. admonendi. ff. de jurejur. n. 32. ex mente gloss. in l. sicut. iniquum. C. de fide instr. & in l. 2. ff. eo. scilicet, exemplum à tabellione absque alia solemnitate traductum, facere semiplenam probationem, si quis profert illud dixerit, originale fuisse perditum: quod & Felin. sequitur in d. c. ult. col. ult. non est ita planè admittendum, oportet equidem, quod judex magna cum animadversione omnium circumstantiarum, rem istam expendat: sicuti deducitur ex his, quæ tractantur ab Alb. & Jas. in d. authen. si quis in aliquo i. & 3. col. & post eos à doctissimo Carolo in d. §. 5. n. 53. atque ita erit ex praxi opinio Bart. examinanda non sanè ut ab eo traditur, sed multis instrumenti, sigilli & tabellionis qualitatibus expensis à judice, qui diligenter observavit, an juramento, vel testibus possit probari, aut sit probata originalis scripturæ amissio, extinctione. Quibus adjicienda sunt quæ notat Felin. in c. sicut. 2. de re judic.

¶ Poterit tamen exemplatio instrumenti originalis fieri absque auctoritate judicis à solo tabellione consensu partium, ut ipsis tantum, vel ejus successoribus præjudicet. Bar. communiter receptus in d. auth. si quis in aliquo docum. col. 1. modo partes consentiant expreſſe, vel tacite exemplo jam transcripto, & traducto tanquam conformi cum originali, & veræ traductioni, ex mente Bar in d. auth. si quis in aliquo docum. & ibidem Aret. atque Imol. in d. c. ult. Carol. Mol. in d. §. 5. n. 56. nam dum Bar. & Dec. requirunt in hac specie consensum expreſſum. Imol. & Aretin. tenent sufficere tacitum, est intelligenda eorum controversia, ut non sufficiat consensus simplici exemplationi: sed sit necessaria tacita, vel expressa approbatio exempli jam traducti tanquam veri, & concordis cum originali, quod ipse Carol. notat.

¶ Quandoque tamen exemplo fides adhibetur nondum viso protocollo, nec originali: tunc videlicet quando exemplum reperitur inter acta judicij & processus traductum ab ipso originali apud judicem producto per ipsummet causæ notarium ad integrum originalis tenorem. Sic etenim visum est Angelo & Alex. in d. authent. si quis in aliquo documento, & Iabino in l. 2. ff. de fide instr. quod verum est, ex mandato judicis, ejusque auctoritate parte ad hoc vocata, fuerit exemplum illud traductum ex originali. Abb. & Dec. col. penult. in cap. quoniam contra. de probat. Fel. ibi n. 50. idem Fel. in c. cum in jure. de offic. deleg. n. 6. ex quibus mihi videtur hæc opinio communis, quæ proba-

Didaci Covarr. Tom. I I.

tur in pragmatica 42. cap. 8. ex constitutionibus pragmaticis Regum Catholicorum. Satis tamen erit: quod judex ad petitionem producentis, jubeat notario producenti dare originale instrumentum facta prius ejus exemplatione: modo hæc petitio vel iussio judicis sit cognita parti adversæ, quæ non contradixerit. Quemadmodum deducitur ex mente Doctorum, quorum modo memini. Atque ita in hoc Granateni prætorio s̄epissimè fit, cum aliquod originale instrumentum profertur in judicium. Nam petitur statim à producente, darique solet vocato adversario eōve citato: manente tamen apud notarium exemplo ejusdem scripturæ. Quod eleganter explicat Guido Pap. quæst. 471.

¶ Sed & † propter antiquitatem fides adhibetur exemplo: licet non constet, in ejus exemplatione illa fuisse servata; quæ jure exiguntur ad solemnitatem exempli, sicuti tenent Hostiens. Joan. Andreas, Anton. Imol. & Felin. dicens hanc opinionem communem esse in c. Albericus de testibus col. ult. Doct. in d. auth. si quis in aliquo documento. præsertim Jason. col. 3. Dec. fallentia 7. idem Dec. conf. 36. col. 2. & in conf. 245. col. 3. Guid Pap. q. 118. & quæst. 404. Jason. in l. 2. numer. 5. C. de testamentis. idem conf. 114. col. 3. lib. 1. Florian. in l. 2. ff. de fide instrum. Cuman. conf. 158. col. 2. Aretin. conf. 39. col. penul. latè, & optimè Aymon in tract. de antiqui. tempor. 4. part. c. vidimus in genere. n. 52. Carol. Molin. in consuetud. Parisiens. tit. 1. §. 5. n. 59. quibus accedit ea ratio, qua constat, in antiquis propter difficultatem probationis sufficere leviores probationes, nec necessariò exigi plenas l. penultim. ff. de probation. cap. cum causam. eodem. tir. c. veniens in l. de testibus. ubi tradunt omnes, & Socin. conf. 187. col. 6. versic. secunda ratio. lib. 2. Decius conf. 42. n. 2. Alex. conf. 12. lib. 1. Bald. in auth. quas actiones. colum. ult. C. de sacrosanct. Eccles. & in probatione nobilitatis, quam Hispani dicimus Hidalguam, est idem egregia constitutione decisum in pragmaticis. Anno 1492. §. pero si el Albuelo. [hodie l. 8. titul. 11. lib. 6. Recopil.] unde & exemplaribus instrumentis antiquis admittenda videtur opinio communis, quam etiam sequitur Paulus Parisius conf. 104. num. 43. lib. 1. aliquae plures, quorum ipse, & paulò antè citati meminere.

¶ Ceterum quia hac in quæstione plerique dubitant & controvertunt, quantum temporis requiratur ad constituendam hanc antiquitatem, & quæ solemnitates possint tempore præsumi ad auctoritatem instrumenti exemplaris, conabimur plures distinguere casus ad faciliorem hujuscem controversiae intellectum.

¶ Primus etenim constituitur, quoties reperitur exemplum antiquum, non tamen constat, an fuerit tabellio, qui id ex originali traduxit, nec constant aliae solemnitates nec denunciatur in ipso exemplo, quod fuerit tabellio qui scripsit. Et profecto non video, quod in hoc casu sit admittenda communis opinio nec est adhibenda huic exemplo fides; antiquitas equidem potest coadjuvare eam probationem, quæ aliqua est, non tamen inducere de novo in totum probationem, quæ nulla est. Quod notant Corneus conf. 119. col. ult. lib. 2. Dec. conf. 36. num. 8. quamvis faciat hoc exemplum aliquam præsumptionem, ex loco scilicet ubi repertum est, ex multis aliis circumstantiis. Quod ipse colligo ex his, quæ DD. hac in re tradidere, & Carol. Molin. in d. §. 5. n. 59.

¶ Secundus casus contingit juxta præcedentem, ubi in eo exemplo enunciatur, esse tabellionem eum,

qui scripsit. Et tunc est videndum, an præsumatur titulus tabellionis, & quod verè fuerit tabellio propter antiquitatem. Quam questionem latè tractat Aymon. in tract. de antiquitate temporis c. vidimus in 3. totius operis parte. Nam ubi cum antiquitate temporis simul adessent alia ad minicula nempe communis opinio, & fama tabellionatus, dubio procul sufficeret hoc ad præsumendum tabellionatum. Quemadmodum constat ex traditis latè per Aymonem ibi, præterim, quia & sola communis fama tabellionatus etiam absque temporis antiquitate sufficit ad introducendam istam præsumptionem: sicuti probavimus hoc lib. c. 19. n. 9. & quamvis Aymon censeat Innoc. in c. veniens de verb. signif. quem frequentissimè alij ex nostris secuti sunt, exigere simul ad hanc præsumptionem communem famam cum temporis antiquitate, ego tamen ex ipsis Innoc. verbis opinor, sufficere in hac specie temporis centum annorum antiquitatem, ut præsumatur, qui confecit scripturam, tabellio ex simplici enunciatione. Idem not. Bald. in auth. quas actiones. col. ult. C. de sacrosanct. eccles. Jas. in l. Barbarius 3. limit. ff. de offic. pret. Alex. conf. 101. col. 3. lib. 7. Soc. confil. 187. col. 4. lib. 2. & plerique alij, quorum opinio communis est, ut fateatur Aymon. in d. c. vidimus eamdem opinionem tenet Matth. de Afflict. in decis. Neapol. 245. & 251. Dec. in d. conf. 36. & in c. 1. de fide instr. col. 6. vers. quidquid tamen sit. Eritque hæc opinio admittenda, caute tamen, cum nulla subsit suspicio falsitatis, dolii, aut corruptionis. Quin & hac ratione diligenter observata, opinor ipse sufficere ad hanc præsumptionem arbitrio discreti judicis minorem antiquitatem, quam eam, quæ fit centum annorum: scilicet ut sufficiant octuaginta anni, cujus equidem temporis difficillima est probatio tabellionatus ex titulo, vel communione opinione, & fama: quod arbitrarium erit, ut probat Carol. Mol. in d. §. 5. n. 64.

¶ Tertius casus tunc proponi poterit, cum reperitur exemplum, antiquum transcriptum à notario, & tabellione notæ fidei absque ulla tamen solemnitate, & ejus enunciatione. Et profecto hoc exemplum propter antiquitatem non facit plenam fidem. Præsumptio etenim, quæ oritur propter antiquitatem, tollitur per ipsum exemplum, quod exhibetur: in quo apparet requisita non intervenisse: quod in specie adnotarunt Paul. Castr. conf. 81. col. 3. lib. 2. incip. In causa, quæ vertitur & conf. 202. col. 2. lib. 1. Alex. conf. 1. col. penult. lib. 4. Guid. Pap. in quest. 118. Dec. apertissimè in auth. si quis in aliquo documento. fallen. 7. & conf. 445. n. 68. Jason. in l. 1. col. 5. versic. quinto limita. & ibi De cius n. 7. C. qui admitti. Matth. de Afflict. in decis. Neapol. 107. quos sequitur Carolus Molinaus in d. §. numer. 61. & sequentibus Verum quia Franciscus Arstin. conf. 36. col. ultima tenet contrarium & eum sequitur Aymon. in d. c. vidimus, n. 18. scribens, huic exemplo propter antiquitatem adhibendam esse integrum fidem: & prælumentum esse, omnia solemniter acta fuisse, respondendum erit, huic exemplo absque dubio dandam esse fidem quoad semiplenam probationem: quod fatetur Carolus Molinus in d. §. 5. numer. 62. quin & plena fides huic exemplo dabitur, ubi fuerit ejus confectione, & traductio ne lapsum tempus triginta annorum cum usu, & possessione illius juris, quod in eo continetur: quemadmodum Aymon observavit in dicto numer. 18. cui suffragatur text. in cap. per venit. de empt. cujus meminere plures, maximè Imol. ibi, col. 4. Felin. c. sicut. de re judicat. numer. 30. idem Felin. in c. Al-

bericus. de testibus col. 2. & in c. illud. num. 6. de præsumpt. Alciatus de præsumpt. regul. 3. præsumpt. 10. n. 7. Balb. in tract. de præscript. 1. part. 3. par. princ. quæst. 10. Ripa in l. 1. ff. solut. matrimon. num. 104. Alb. Brunus in tract. de forma. fol. 80. col. 2. Didacus à Segura in l. Imperator. ff. ad Trebell. num. 62. & seq. quorum ea est concors & communis sententia, quod ubi agitur de magno alterius præjudicio, præsumatur solemnitas extrinseca ex antiquitate temporis trigesima annorum, non minori, per text. in d. c. pervenit. ex quo palam constat: cum antiquitate temporis simul ibidem contigisse possessionem & usum illius actus, de cuius solemnitate tractatur. Quod si hac specie, de qua disputationis, non contigerit quasi possessio, non sufficiente trigesima anni: imo erit necessaria antiquitas centum annorum, ut sine solemnitatem renunciatione adhibetur fides antiquo exemplo transcripto ab eo tabellione, qui fuerit notæ fidei, & hoc sanè quod ad fidem plenam videtur intelligendum secundum Arstin. & Aymonem: tametsi videam contrarium à multis probari, atque ideo existimem posteriorem hanc sententiam Arstin. cautè recipiendam fore in praxi, diligenter examinatis ipsis rei circumstantiis.

¶ Quartus subjicitur casus, ubi exemplum est antiquum transcriptum à tabellione notæ fidei, & in eo enunciantur solemnitates requisita à jure, ut quia ipse notarius refert, se hoc exemplum traduxisse mandato judicis, parte vocata, & examinato diligenter instrumento originali: & in hac specie opinor omnium consensu receptum esse, quod præter antiquitatem huic exemplo adhibenda sit plena & integra fides. Cum hæc verba enunciativa sint propter se, & principaliter probata in eo actu in quo ejus conditione verisimile est enunciata intervenisse. Sic denique communem sententiam interpretatur Car. Mol. in d. §. 5. n. 61. opt. text. in c. bone memoria de elect. not. in specie Steph. Ber. conf. 40. lib. 1. ex his quæ traduntur à Bart. in l. admonendi. ff. de jurejur. n. 30. & Bald. in l. emancipationes. C. de fide instr. Curt. Sen. conf. 76. c. 2. Dec. 375. Sed in hoc quarto casu ipse non exigerem necessario antiquitatem centum annorum, nec septuaginta, nec adhuc quinquaginta, imò liberè arbitrarer sufficere antiquitatem quadraginta annorum ex eo, quod à tabellione notæ fidei enunciantur solemnia, quæ jure requisita sunt, quibus enunciationibus multum est credendum secundum omnes in l. cum aliquis. C. de jure delib. in c. cum causam. de prob. & in c. Albericus. C. de test. Ant. in c. cum dilectus. de suc. ab intest. & Jas. in l. admonendi. n. 224. in rep.

Quintus casus oportunè traditur, cum antiquum exemplar reperitur, cui omnes solemnitates deficiunt. Etenim dubium est, an propter antiquitatem temporis præsumantur omnia, quæ jure solemnia sunt, intervenisse? & Philippus Corn. in conf. 304. col. 9. l. 5. vers. quod & secundo videtur. idem in conf. 14. colum. 5. vers. vidi etiam. l. 4. eleganter scribit non inesse tantam vim & potestatem antiquitati temporis, ut omnia prorsus, quæ jure solemnia sunt, præsumantur in exemplatione intervenisse. Cujus opinio mihi admodum placet planè intellecta, tametsi Aymon. in d. c. vidimus n. 20. non satis explicuerit Corneli sensum & opinionem, quæ ab eodem Corn. in hunc modum accipitur, exemplo antiquo fides adhibenda non sit, quoties non apparet auctorem originalis tabellionem fuisse, nec item ipsum exempli traductorem nec constat de citatione, nec de mandato judicis, nec de

de aliis solemnitatibus, quo quidem casu non video cur reprobari valeat Cornei sententia, saltem quoad plenam fidem, item quoad semiplenam: tametsi multum possit conducere exemplar hoc ad coadjuvandam arbitrio judicis aliam probationem.

Sextus casus à proximo, quoad ejus speciem paululum derivatur, quoties non est dubium de fide utriusque tabellionis: quia constat saltem communi opinione, eos tabelliones fuisse, & tamen deficiunt aliæ solemnitates requisitæ *in d. c. ult. de fid. instru.* tunc sanè propter antiquitatem temporis non magis præsumitur aliquot solemnitates exemplationi accessisse, quam omnes; & ideo præsumitur exemplum solemniter transcriptum fuisse: nec est potior ratio pro præsumptione unius, quam pro præsumptione alias omnium solemnitatum: quod in specie adnotavit Aymon Savil. *in d. c. vidimus num. 20.* cuius opinio est intelligenda juxta ea, quæ modo diximus. *in 3. & 4. casibus.*

¶ Septimum deinde constituimus casum, ubi præter defectum aliarum omnium solemnitatum, quæ præsumendæ sunt, secundum, tertium & quartum, deficit auctoritas tabellionis, qui conficit originale: non enim constat, nec communi opinione, nec fama, illum fuisse tabellionem, nec id enunciatur in traductione hujus exempli facta per tabellionem notæ fidei, & opinor non prodesse exemplum istud etiam ex antiquitate temporis ad plenam fidem; cum deficiat auctoritas, quæ potissima est ipsius originalis, nec præsumptio ita gravis inducenda est ex temporis antiquitate, ut constituamus eum tabellionem fuisse, qui ab alio tabellione minimè enunciatur talis. Non enim foret omisso ea enunciatio, si tabellioni traducenti constaret utcumque tabellionem fuisse: aut eo titulo subscriptisse illum qui originale instrumentum confecerit, quamvis non inficiabor, hoc exemplum probationi admiculum exhiberi, quemadmodum diximus *hac in questione vers. primo.*

¶ Octavò, suboritur & alia facti species, ubi in exemplo ita traducto absque requisitis à jure enunciatur tabellio, qui originale instrumentum confecit, & traductio fit à tabellione notæ fidei. Etenim propter antiquitatem faciet hoc exemplum secundum ea, quæ tradidimus in secundo casu.

¶ Nonò quoties exemplum deficiunt solemnia, & præterea qui confecit originale, item qui traduxit exemplum, non probantur tabelliones saltem communi opinione, & fama, sed sola enunciatione, maxima est suspicio auctoritatis & fidei: atque ideo plena non dabitur huic exemplo fides, nisi ex antiquitate temporis centum annorum; aut ferè huic simili: cum tot defectus non sint sola temporis antiquitate supplendi: licet arbitrio judicis minoris temporis antiquitatem sufficere ad præsumptionem, vel probationem semiplenam. Quod judex perpendere debet variis ex circumstantiis: ex quibus erit examinandum, sitne tantum tribuendum temporis antiquitati, ut tabellionis utriusque auctoritas ex sola enunciatione, ac deinde solemnia juris præsumantur in exemplatione intervenisse.

¶ Decimò id liberè admonemus judices hac de re judicaturos, præsumptionem scilicet istam, quæ ex antiquitate temporis originatur, diminui, vel augeri ex eo, quod omnia, quæ jure solemnia sunt, exemplationi deficiant, vel aliquot eorum intervinerint, aliquot defecerint. Quod manifestum fit, quia fortior

exigitur conjectura, ut plura, quam ut pauciora, & faciliora præsumamus.

¶ Est in hoc tractatu maximè adnotandum, quod † exemplar deductum ab originali privilegio auctoritate solius judicis, & notarii, fidem integrum habet, ubi ex eo nullum præjudicium alicui sit in specie: quia non requiritur alicujus citatio, secundum communem *in auth.* si quis in aliquo documen. *C. de eden.* Regia tamen lex 124. tit. 18. par. 3. exigit præter notarii auctoritatem in exemplatione privilegi sigillum Regis, vel alicujus domini inferioris habentis publicam jurisdictionem. Solet autem in privilegiis & illud contineri expressim, quod detur fides illius exemplari transcripto auctoritate tabellionis publici tantum: quam equidem clausulam ipse censio intelligendam esse absque alicujus lassione gravi. Nam ubi ex privilegio damnum grave alteri fieret, profecto ut exemplar ejus admittendum sit, secundum juris regulam necessaria est judicis auctoritas, & citatio illius, cui in specie præjudicat. Clausula siquidem prædicta in dubium vocatur, & adducitur nondum viso exempli originali, sed tantum ipso exemplo transcripto absque juris solemnitate. Poterit etenim in contrarium negari clausula illa, cum de eo non aliter appareat quam ex instrumento exemplari, cuius est juxta juris communis sanctiones dubia fides & auctoritas. Qua ratione consulerem, ut exemplatione cujuscumque privilegi interveniat judicis auctoritas, & tabellionis notæ fidei, ac vocetur is, cui in specie præjudicat. Quod si nulli fiat præjudicium in specie, non erit alicujus vocatio necessaria: licet admodum utilis sit ea citatio, quæ per editum generaliter fiat.

## C A P U T XXII.

### De fide & auctoritate privatæ scripturæ.

#### S U M M A R I A.

- 1 *Quoniam modo fiat à testibus recognitio privatæ scripturæ?*
- 2 *Chirographum plenè probat, quoties constat scriptum, vel subscriptum fuisse ab eo, aut mandato ejus, contra quem producitur*
- 3 *Quot testes sint necessarii ad privatam scripturam?*
- 4 *Testium subscriptorum recognitio an sufficiat ad probationem privatæ scripturæ?*
- 5 *Privata scriptura quoad hypothecariam an sic publico instrumento posteriori præferenda?*
- 6 *Privata scriptura quando semiplenè probet?*
- 7 *Epistola recognita probat, & quid si non fuerit recognita?*
- 8 *Libri rationum, quam probationem faciant?*
- 9 *Sigillum publicum, vel privatum, quando probet?*

**Q**uamvis publico instrumento fides sit omnino adhibenda, etiam mortuo tabellione, qui illud confecerit; ac mortuis testibus, qui illius confectioni præsentes fuerint. *cap. ult. & pen. de fide instrum. not. Dec. per text. ibi. in c. 2. eod. tit. col. 1. Regia lex 55. tit. 18. part. 2. scriptura tamen privata non probat, nec fidem facit. 1. instrum 1. rationes. 1. exemplo. C. de probat. Auth. si quis C. qui potiores in pigno, habeantur. Auth. de instrument. caut. 6. fide. §. si vero quisquam. collat. 6. text. in d. c. 2. ad cuius questionis, & tractatus veram definitionem prænotandum est, † sufficientem fore probationem, ubi scriptura privata producitur, si testes, etiam duo, etiam non subscripti de-*

poluerint de tenore privatæ scripturæ, ac de contentis in ea afferentes, eam rem gestam fuisse, ac contigisse eo pacto, quo scriptura ipsa enarrat. Hoc etenim ipsum est, rem istam probari ordinaria probatione, ac legitima per testes: quemadmodum præmittunt Abb. 2. col. Imo. & omnes in d. c. 2. argum l. in exercendis. C. de fide instru. notat Bart. in auth. & si contractus. C. de fide instru. cuius verba multum commendat Baptista de S. Severino in l. admonendi conclusione. 10. ff. de jurejur. fol. 7. quandoque tamen testes non deponunt de contentis in scriptura, sed quod viderint illam scriptam, vel subscriptam à partibus, aut ab eo contra quem producitur: & hæc est propria testimoniū recognitionis, de qua statim multa dicturi sumus: probatur que ex gl. & Bart. in d. Auth. eti. contractus. Alex. conf. 123. n. 5. lib. 1. & conf. 181. lib. 2. & conf. 76. lib. 3. col. 1. Hipp. in Rub. C. de prob. num. 299. Non enim est satis, testes utcumque legitimos dicere, se certo scire, illam esse scripturam manu Titij scriptam, nisi dixerint, hoc scire, quia viderunt illam per Titium scribi. Quod ex mente eorumdem auctorum constat, & Soc. conf. 274. col. 10. lib. 2. Alex. conf. 150. lib. 5. col. 5. Aret. conf. 64. Paul. Paris. conf. 55. n. 13. lib. 4. Ripa in d. l. admonendi n. 104. idem probat Regia l. 109. tit. 18. par. 3.

¶ Primum igitur unica sit de  $\dagger$  chirographo in hunc modum concepta conclusio: Privata scriptura, quæ chirographum est, fidem plenam facit, si probetur, eam ab eo contra quem producitur, scriptam aut subscriptam fuisse. Probatur hæc conclusio in l. scripturas, C. qui pot. in pign. habean. idem not. gl. communiter recepta in d. c. 2. quæ sensit idem esse quoties scriptura privata scripta sit ab aliquo extraneo, mandato tamen illius, qui per eam obligatur, licet ipse non subscriperit: quod tenent Imol. n. 8. & Fel. n. 5. in d. c. 2. hoc ipsum intelligentes, verum esse, quando testes deponerent, ac testificarentur chirographum, aut scripturam illam privatam scriptam fuisse à Sempronio mandato Titij, testibus ipsis præsentibus. Idem not. Roman. conf. 204. & probatur lege Regia 114. & 118. alias 119. titul. 18. part. 3. Roman. tamen, & Imol. ac Fel. exigunt in hoc casu, testes subscripterint dicentes, & scriptio asseverantes, illam scripturam fuisse Sempronio scriptam mandato Titij. Idem tradit Ripa in d. l. admonendi. n. 205. scribit vero ipse, tunc adhuc exigi comparationem litterarum ipsius Sempronij scribentis, aut qui illam scriptis, cuius opinio in hoc adversatur Imol. in d. n. 8. & Joan. Bapt. à S. Severin. in l. admonendi concl. 17. & 18. qui expressim voluere, scripturam istam privatam modo & auctoritate prædicta comprobata, fidem plenam facere absque alia litterarum comparatione: quemadmodum & ipsa gl. sensit in d. c. 2. atque ita Regia lex erit intelligenda secundum ea, quæ ab Imol. Roman. & Fel. traduntur, & inferius examinantur. vers. 4.

¶ Probatur vero, privatam scripturam ab eo, contra quem producitur, scriptam fuisse, vel subscriptam per ejus propriam confessionem & recognitionem, d. l. scripturas par. 1. l. Publica. ff. deposit. l. cum de indebito. ff. de prob. & lege Regia 118. aut 119. titul. 18. par. 3. quemadmodum ipse latini tradidi in lib. 2. variar. resolut. c. 11. n. 4. quæ hoc in loco non repeto, cum eadem in his, quæ publica fecerim, repetere minimè constituerim.

¶ Secundò hoc ipsum poterit constare, si testes subscripti, vel inscripti, aut qui præsentes fuerint,

dum scriptura conficiebatur, eamdem recognoverint, ea quidem recognitione, cuius paulò ante meminimus ex gl. & Bart. in d. l. & si contractus. & deinde accesserit litterarum comparatio, quod omnes fatentur: testimoniū autem numerus requiritur ex tribus, qui testificantur, se vidisse illam scripturam scribi ab eo contra quem producitur, licet ab eo subscripta non fuerit text. in Auth. de instr. cautela & fide. §. si quis igitur. & d. l. scripturas, quandoque major numerus requiritur, juxta distinctionem traditam in l. ult. & auth. ibid. addita C. si certum petatur. Nec  $\dagger$  requiritur, quod hi testes sint masculi, ut apparet in d. §. si quis igitur. notant in specie Felin. in d. c. 2. de fide instr. 2. col. idem in c. quoniam. 3. fallen. de testib. Ripa post Jasonem in d. l. admonendi. num. 104. hic igitur secundus probationis modus erit satis expeditus: in quo conveniunt omnes, & fatetur Joan. Bapt. in d. l. admonendus. conclus. 4. Regia vero lex 118. par. 3. insinuat, duorum testimoniorum sufficere, ad cuius legis interpretationem est observandum quod Specul. tit. de instru. edit. §. nunc dicendum, scribit, jure canonico sufficere in privata scriptura duos testes, quidquid sit de jure civili. Imo & idem esse jure civili probare conantur Alexand. in conf. 181. col. 2. lib. 2. nisi contractus exceedat libram auri. l. ult. C. si cer. pet. auth. de instr. caut. & fide. §. si quis igitur. Quo in loco §. ult. probatur alioqui sufficere duos testes. Nihilominus ipse video, nullam in hoc debere constitui differentiam inter jus canonicum: & civile secundū Panorm. & Felin. col. 2. in d. c. 2. de fide instr. qui post alios ibidem, Bart. in d. l. scripturas. Baptista de S. Severino, Ripa & Jat. n. 88. indistincte requirunt tres ad comprobationem privatæ scripturæ, quoties non deponuntur nec testificantur de veritate contraetus; sed quod scriptura fuerit per Titium scripta, horum equidem opinio communis est, quæ tamen in d. §. si quis igitur. non probatur: cum inibi tractetur de contractu excedente libram auri. Nec item in d. l. scripturas. quia ea constitutio in alia est constituta specie, de qua paulò post acturi sumus. Idcirco verior est opinio Alex. asseverantis sufficere duos testes in contractu non excedente libram auri. Regia vero lex eo amplior est, quod in qualibet privata scripturā censet satis, quod duos testes ad ejus comprobationem testificantur, respondentes eam scriptam fuisse ipsis præsentibus ab eo, contra quem producitur in judicium, aut ab alio ejus mandato, & accesserit litterarum comparatio juxta ea, quæ in hoc vers. 2. respondimus.

¶ Tertiò probatur, scripturam privatam, quæ subscriptionem habet obligati, subscriptam fuisse ab eo, contra quem producitur testimonio  $\dagger$  trium testimoniū eidem subscriptorum proprias subscriptiones recognoscantium, qui testificantur, illam ab eo subscriptam fuisse, nec in hoc casu requiritur comparatio litterarum, cum habeat subscriptionem partis, & testimoniū, sicuti not. Bar. in d. l. admonendi. communiter ibi receptus: & in d. c. 2. de fide instr. text. opt. in d. l. scripturas, & in auth. caut. & fide. §. si quis igitur. & seq. Sic neque in hac specie sufficit sola comparatio litterarum secundum Abb. n. 5. Imo. n. 10. Fel. col. 2. Dec. 3. in d. c. 2. Alex. in d. l. admonendi. n. 31. quod ratione probatur: quia constat idem esse quod scriptura privata, alterius scripta manu, subscripta sit à Sempronio, contra quem producitur: vel sit ejusdem Sempronij manu scripta licet ab eo subscripta non sit, text. in d. l. scripturas in par. cum antiquitas. §. cum autem. C. de testa. not. Bart. in cum tabernam §. idem. que. ff. de

*de pignor.* Rom. conf. 303. Fel. in d. c. 2. n. 7. Reg. a lex 31. tit. 13. par. 5. sola vero comparatio non sufficit, quando chirographum est scriptum ab eo, contra quem producitur propria manu, & subscriptum à testibus *amh. de instr. cant. & fide.* §. sed si quis. Igitur nec erit sufficiens in praesenti casu, quando fuit subscriptum à partibus simul & testibus: atque ita ipse veram esse censeo Abb. & aliorum sententiam: tametsi contrariam teneant Ant. in d. c. 2. & Bart. in l. ac si contractus. C. de fide instru.

¶ Quartò, comprobatur auctoritas & fides privatæ scripturæ, scriptæ ab eo, contra quem producitur, non tamen ab eodem, sed à tribus testibus subscriptæ per eorumdem testium recognitionem, & simul litterarum comparationem Bart. in d. l. admonendi. n. 26. Abb. 3. col. Fel. 1. Dec. 2. in d. c. 2. Ripa in d. l. admonendi. n. 10. scribens, hoc ipsum tenere gl. Bart. & communem in d. Auth. at si contractus. probat idem gl. in d. §. si quis igitur. cui tandem opinioni maximè refragatur text. in d. §. sed & si quis dum ibi respondetur satis esse ad probationem hujus scripturæ, quod testes proprias subscriptiones recognoverint, & eis testimonium exhibuerint. Quamobrem licet in hac specie non sufficeret sola litterarum comparatio, ad probationem hujus privatæ scripturæ, sufficit tamen trium testium subscriptorum recognitio, & ideo adversus Bart. opinio, est auctoritas gl. in d. c. 2. Joan. Andr. Host. & Imol. ibi n. 7. ejusdem. Imol. & Rom. in l. nuda ratio. ff. de donat. Rom. Alex. n. 31. Curt. Jun. n. 35. Jaf. in rep. 88. in d. l. admonendi. qui fatetur hanc opin. communem esse, quam & Alex. sequitur in conf. 181. col. 1. & 2. lib. 2. idem confil. 239. n. 6. quæ quidem opin. fortiori ratione procedit jure Regio ex d. l. 119. tit. 18. par. 3. nec pro Bar. urget aliqua congruatio in hoc casu, in quo testes ipsi subscripterunt, nec possunt falli in propriarum subscriptionum recognitione. Scio tamen receptam fuisse à plerisque Bar. opin. à qua non esse recendum in judicando asserunt Aret. conf. 64. & Soc. conf. 274. lib. 2. conf. 9. atque ideo existimare posse procedere sententiam ejusdem Bart. ubi testes non fuere subscripti, hoc etenim casu sola ipsorum testium recognitio non est sufficiens absque comparatione, nec probat, etiamsi à parte sit scriptura subscripta. Nam sicut possunt falli testes in scriptura, ita & in subscriptione. Quod constat in d. §. sed & si quis. ubi requiritur subscriptio testium recognoscentium, vel testimonium aliorum, qui de tenore rei gestæ testificantur: id est, ita compositam fuisse scripturam. Denique in hoc sensu, & in hoc casu, quem de testibus non subscriptis exposui, opinor ipse Bart. opin. intelligendam fore quemadmodum intellexere optimè Corneus in conf. 58. col. 2. lib. 3. Curt. Jun. in d. l. admonendi. 35. vers. 3. casus. qui asserit, Bart. optimè loqui secundum hunc sensum, & ab omnibus probari, quamvis qui Bar. opinionem secuti sunt, quique ipsam reprobarunt, ni fallor ipse, non satis distinxerint praedictos duos casus, ad defensionem Bart. siquidem qui ab eo discessere, etiam in hoc secundo, ac posteriori casu ipsius conclusionem falsam esse opinantur. Etenim Baptista de S. Severino in d. l. admonendi concl. 9. qui Bart. seq. in hoc ultimo casu, citat Rom. Imol. & alios à Bart. in eadem specie discedentes quibus ad amissim expensis arbitror, in priori exemplo & casu, facillimum esse improbare Bart. opinionem. Quia data subscriptione testium, parum refert, privatam scripturam ab eo contra quem pro-

ducatur, scriptam vel subscriptam esse: nisi quod ex subscriptione major præsumptio oritur, secundum Abb. in d. c. 2. vers. secundus casus. At in posteriori casu veram esse censeo Bart. sententiam: possunt etenim testes frequenter decipi in recognitione scripture ipsius presentibus: sicuti Bart. admonet in d. Authent. at si contractus, & in d. l. scripturas. C. qui potiores in pign. hab.

¶ Hac vero, quæ hactenus tradidimus, obtinent in actione personali, vel ibi agitur contra ipsum in privata scriptura contentum, aut ejus successorem. Nam ubi agitur hypothecaria contra tertium possessorem, & adducitur t̄ privata scriptura habens priorem hypothecam contra instrumentum publicum habens posteriorem: non præfertur agens ex privata scriptura, etiamsi fuerit recognita per eum: qui ex ea obligatur, nisi etiam simul recognita sit à tribus testibus, qui eidem subscripterunt. Quemadmodum extat elegans decisio l. scripturas. C. qui potiores in pignor. habeant. cui convenit Regia lex 31. titul. 13. part. 5. Quibus omnino sunt ex earumdem constitutionum mente, & sensu aliquot aptanda quæ subserviunt huic tractatui.

¶ Primum illud constat, exigi ab eadem lege tres testes masculos, ita quidem, ut non sufficiant fœminæ. Hoc etenim probatur in d. l. scripturas. ex qua idem notarunt Bald. ibi Dec. in c. 2. de fide instr. dicens, hanc opin. communem esse, quam idem Dec. defendit in c. 3. col. 2. de testibus idem Dec. & ibi Carol. Mol. in l. 2. de reg. jur. n. 22. candem sequuntur Cremens. singul. 144. Hippol. singul. 611. Catellianus Cotta in memorabilibus, dictione, mulier regulariter. Eandem opinionem fatetur communem esse Andr. Tiraque, in legibus communalibus. l. 9. n. 54. etiam si ipse, ac Felin. in d. c. 2. & in d. c. 3. post alios. quorum meminiere, ab opinione Baldi conentur dissentire. Quibus ipse responderem, communem sententiam admittendam fore tantum in casu & specie d. l. scripturas. in 2. parte.

¶ Secundò, requiritur ab eadem constitutione subscriptio partis præter subscriptionem testium, secundum Soc. in consilio 274. lib. 2. col. 10. & Ant. Francus in tract. de pignor. 5. par. 2. membr. num. 47. qua in re considerans priorem illius legis partem opinor satis esse quod scriptura sit à partibus subscripta, vel scripta: aut alio, mandato tamen illius, qui ex ea obligatur. Quod constat ex his, quæ paulo ante explicuimus. Etiam si Socinus & Fanensis non satis explicit difficultatem istam.

¶ Tertiò, necessarium erit, quod tres testes eidem scripturæ privatæ subscripti recognoverint proprias subscriptiones Bal. in d. l. scripturas. Socius in d. conf. 274. col. 10. Anton. Fanensis in dicto membro 2. num. 47. quibus suffragatur, quod si in actione personali, & ubi per scripturam privatam non sit præjudicium instrumento publico, hoc requiritur, secundum præmissam distinctionem: multo magis idem erit necessarium, ubi per privatam scripturam prædicatur publico instrumento, atque ita vera videtur interpretatio Baldi, licet Paulus Castrensis in conf. 134. incip. in causa ser. Ludovic. lib. 1. teneat hanc trium testium subscriptorum recognitionem non esse necessariam, quia d. l. scripturas in 1. part. etiam præmittit, scripturam privatam esse recognitam à parte: & statuit, quod licet absque aliis adminiculis, tunc contra recognoscentem probaret, non tamen probat, contra tertium habentem jus hypothecæ ex publico instrumento, nisi privata scriptura habeat trium testium subscriptionem, eorumdemque virorum. Quasi differat in hoc hypo-

hypothecaria ab actione personali. Eundem intellectum sequitur idem Paul. in *l. comparationes*. C. de fide instr. n<sup>o</sup>m. 3. qui itidem in *d. cons.* 134. in princ. afferit, hypothecam priorem duobus tantum testibus probatam præferri posteriori. Quod non est satis expeditum, præsertim propter regia legis auctoritatem: nam *l. 31. tit. 13. part. 5.* expressum probat contrarium. Et ideo inde maximum deducitur argumentum pro intellectu Bald. Socini, & Fanensis contra Paulum de Cast. a quo & ipse libenter dissentio, & opinor regiam constitutionem esse intelligendam, & interpretandam ex his, quæ hoc in loco adducimus ad intellectum *d. l. scripturas*.

¶ Poterit tamen hypotheca prior ex privata scriptura probari & admitti contra instrumentum publicum, ubi qui habet instrumentum publicum fatetur, privatam illam scripturam confessam fuisse à parte tempore illo, cuius scriptura meminit. Nec hoc potest dubium videri. Idem erit, quoties privata scriptura ante confessionem publici instrumenti fuerit lecta, recognita, & intellecta per tres testes in ea scriptos, etiam si subscripti non fuerint. Etenim in hoc casu privata scriptura præfertur quoad hypothecam instrumento publico, quemadmodum not. Bald. in *cons.* 198. *lib. 1. 2. col.* & Baptista de S. Severino in *rep. d. l. admonendi*. *conclus.* 13. & 14.

¶ Hinc sane constat, quæ ratione distinguenda sit probatio privatæ scripturæ contra ipsum per eam obligatum, ejusve successorem, ab illa probatione, quæ ratione prioris hypothecæ necessaria est adversus tertium possessorum alicujus rei hypothecæ suppositæ. Et fortassis quipiam opinabitur non temerè, satis ad posteriorem effectum, quod privata scriptura sit recognita per tres testes masculos eidem subscriptos, quamvis non sit à parte subscriptente recognita: quasi *d. l. scripturas* in *2. par.* non exigat partis subscriptentis recognitionem. Nos tamen paulò ante *in vers.* *hac verò* contrarium respondimus afferentes, neccsariam fore ipsius partis recognitionem, simul & trium testium masculorum, & eidem scripturæ subscriptorum. Quam interpretationem ex eo probamus, quod secundum Paulum de Cast. in *d. l. comparationes*, & in *d. cons.* 134. lex predicta *scripturas* in *2. par.* præmittat privatam scripturam fuisse recognitam à parte ac præterea id ipsum comprobamus, quia ubi non agitur de præjudicio instrumenti publici, nec de præjudicio tertij, sed tamen contra ipsum in eadem privata scriptura obligatum, dubium est, & maximè controversum, sine satis sufficiens probatio per recognitionem trium testium subscriptorum absque comparatione litterarum, sicuti hoc in capite tradidimus, *versio. 4. comprobatur*. Ergo ubi agitur ex privata scriptura contra tertium habentem instrumentum publicum, dubio procul non debet sufficere trium testium subscriptorum recognitione, etiam si testes masculi sint, qua de re censeo maturius deliberandum fore.

¶ Ceterum illud est in universum observandum in ea quæstione qua queritur de auctoritate, ac fide privatæ scripturæ, quod † privata scriptura semiplenam probationem inducit, quoties adjuvatur comparatione litterarum tantum, vel testium non subscriptorum recognitione, atque ita est intelligenda gl. in *d. l. admonendi*. quæ afferit, privatam scripturam inducere semiplenam probationem: nam id verum est. ubi ea coadiuvat aliquo auxilio comparationis, vel recognitionis testium, secundum Bar. ibi *numer.*

26. Bapt. de S. Sever. *conclusione*. 9. Abb. in *d. c. 2. de fide instr. col. 3.* & Fel. ibi *col. 4.* Quorum opinio quoad semiplenam fidem & probationem communis est, teste Ripa ibi *numer.* 131. etenim licet Bart. & quidam alii existimaverint, quandoque plenam probationem facere scripturam privatam aliquo auxilio munitam arbitrio judicis: contrarium tamen tenent Imol. in *d. c. 2. numer.* 10. Jas. in *d. l. admonendi*. *numer.* 89. quod verius est. Quod si privata scriptura, quæ chirographum dicitur, (nam hactenus de hac egimus,) nullo munita sit adminiculo, licet non faciat probationem semiplenam, presumptionem tamen inducit: cum non sit verisimile, quemquam falsam confecisse scripturam, eaque uti. Ita visum est Bart. in *d. l. admonendi*. *numer.* 26. quem sequuntur ibi Alex. *col. 10.* Fulg. Paul. de Cast. & Jas. *numer.* 80. post Alber. *2. col. item* Ant. Iro. & Abb. *3. col. in d. c. 2. de fide instrumentorum*. Quorum opinio communis est secundum Curt. Jun. in *d. l. admonendi*. *numer.* 46. & Carol. Molin. in *confuer. Paris. tit. 1. §. 6. numer.* 11. qui plures hujuscem opinionis auctores adducit. Ejus sane constat effectus potissimum ex eo, quod ceteris probationibus paribus ille obtinet, qui presumptionem in ejus favorem habet. glos. communiter recepta in *l. si duo patron. in pr. ff. de jure jur.* cui addo ipse Iro. in *c. 2. de in integ. rest. super gloß. in verb. dannum*. Hæc tamen opinio Bar. dubia videtur Cur. Jun. in *d. l. admonendi*. *numer.* 36. & falsa Curtio Seniori ibid. fol. 12. *col. 4. vers. ego solus*. Car. Mol. in *d. §. numer.* 11. Dec. in *d. c. 2. numer.* 8. 9. auctoritate text. illius dum tractatur de scriptura privata nullo communica adminiculo: respondet etenim Romanus Pontifex, hanc non habere robur alicujus firmitatis. Quamobrem mihi non admodum placet communis sententia. Hæc diximus de privata scriptura, quæ chirographum appellatur, multisque aliis nominibus dicitur: nunc paucis agam de epistola, de libro rationum ac de sigillo.

¶ De Epistola † illud sit absque controversia, quod recognita per scribentem probat contra ipsum *l. Publica ff. deposit.* fatentur Panorm. & omnes in *d. c. 2. de fide instr.* quod si negata fuerit, tunc comparatione litterarum facta diligenter juxta *l. comparationes*. C. de fide instr. probabit plene. Nam in hac specie sola comparatio litterarum facit plenam fidem: secundum Bart. in *l. nuda rasio. ff. de donat. col. ult.* eundem in *d. l. admonendi* *numer.* 30. cuius opinio communis est, ut fatentur Fel. in *d. c. 2. n. 17.* & Dec. *n. 16.* Ripa in *d. l. admonendi* *n. 132.* & ibi Curt. Jun. *n. 41.* quam & Alex. sequitur in *conf. 53. n. 1.* & *conf. 114. lib. 7.* idem afferit eam veriorem esse in *d. l. admonendi* *n. 38.* Mihi tamen hæc sententia non placet quoad plenam probationem & fidem: non enim video juris canonici vel civilis congruam auctoritatem, nec urgenter rationem, quibus hoc probari possit: idcirco potius contrarium opinionem admitterem, quam sequuntur Panorm. in *d. c. 2. n. 8.* Jas. in *d. l. admonendi*. *n. 139.* & Curt. Jun. *n. 41.* eandem Panorm. sententiam sequitur Alex. in *conf. 76. n. 8. lib. 3.* quamobrem judices admoneo, hac in re non ita liberum eis superesse arbitrium: imò debere omnino caute circumstantias perpendere, ut communem opin. sequantur, de litterarum vero comparatione ultra Bar. in *d. l. admonendi*. *n. 24.* Alex. Jas. & alios ibi. Paul. de Cast. in *d. l. comparationes*. Post Bal. & alios, lector poterit multa examinare ex his quæ traduntur per Dec. *conf.* Matth. de Affl. dec. 181. Paul. Parif. *conf. 55. lib. 4. col. 2.* Hippol. in *Rub. C. de probat.* *n. 297.* Zasium *lib. 2. singul. respons. c. 25.* quibus adde regias leges, *117. 118.* & *119. tit. 18. part. 3.*

¶ De libro rationum receptum est † euai probare contra scribentem, quedam §. numerarios. ff. de edendo ubi gl. Bart. & alij, idem Bar. & Doct. in d. l. admonendi. num. 27. Car. Mol. in consuet. Par. tit. 1. §. 5. nu. 18. quod si dubitetur de scribente librum rationum, ad comparationem acceditur, que sola in hoc casu fidem facit: quemadmodum Bar. communiter receptum opinatur in d. l. admonendi. num. 29. qua in re advertere debet judex, ad hæc communis opinio sit servanda, sicut de epistola diximus: examinare si quidem debet negotij omnes circumstantias diligenter, Alex. tractat in d. conf. 76. n. 8. lib. 3. Pro ipso vero scribente liber rationum non probat plenè l. rationes. & l. exemplo. C. de probat. gl. in d. c. 2. & in Clem. 1. §. 1. in verb. rationum de usuris: quorum opinio communis est, ut constat ex Bart. & aliis in d. l. admonendi & Doctores in d. c. & in d. §. 1. quandoque tamen ex libro rationum deducitur probatio semiplena, concurrentibus aliis administris, quandoque præsumptio quædam: quod judex observare debet exactissimè, ut inde possit arbitrari. quid jure definiare valeat. textus optimus in d. l. rationes. l. instrumenta. C. de probat. tradunt latè Bart. in d. l. admonendi. n. 27. Jason. n. 111. in repet. Curt. Jun. n. 38. & Ripa ibi n. 114. Abb. Imol. Felin. n. 21. Dec. nu. 17. in d. c. 2. de fide instr. Carolus Molin. in d. §. 5. n. 18. quandoque tamen libro rationum datur plena fides pro ipso scribente, ubi hoc sit moribus, & consuetudine inductum ex causis certis ac justis ob utilitatem publicam commerciorum. Bal. & Sal in l. exemplo. C. de probat. late Dec. in c. 1. n. 29. de probat arg. text. in c. cum dilectus de fide instr. que quidem consuetudo non est temere admittenda, sed tunc demum, cum aliquot ex causis ac circumstantiis justificetur: & plane tunc adhuc mauebit liberum judicis arbitrium, ut possit hac in controversia jure & æquitate quid justum sit decernere, quod & post alios adnotavit Jo. Oldend. in tract. de act. clæse. 18. act.

¶ Sed de sigillo extat textus in d. c. 2. qui expressim † probat scripturæ privatæ fidem adhibendam fore, ubi illa sit munita sigilli authentica auctoritate. Quo in loco gloss. scribit, eam decisionem non procedere in sigillo privato. Quia privatum sigillum non magis operatur quam subscriptio privata quæ indiget recognitione Bart. Alber. & alij per tex. ibi in l. si procuratorem. ff. de procur. l. fidejussor. §. pater. ff. de pignoribus. imo ex Panorm. & aliis in d. c. 2. oportet probare, quod sigillum fuerit appositorum ex voluntate illius, qui dicitur sigillasse. Nam licet ipse Pan. voluerit, quod privatum sigillum præsumatur appositorum voluntate ipsius, cuius est, & idem notaverit Bald. in l. 2. ff. quemadmodum test. aper. & in d. l. si procuratorem. 3. q. tamen ubi privatus recognoscens proprium sigillum, negaverit fuisse id ejus voluntate impresum: adhuc non videtur hec sufficiens & plena probatio, auctore Alber in d. l. 1. ad fin. &c in d. l. si procuratorem. 2. col. arg. l. 1. §. sed ne furand. C. de latina liber tol. & c. 3. loco de probationibus. Nisi quis negaret, sigillum illud esse proprium, & posse à convictus diceret non fuisse impressum ejus consensu, hoc etenim casu faceret sigillum contra ipsum, arg. text. in Authent. contra qui prius. C. de non numerata pecun. quod Carolus Molin. not. in d. §. 5. num. 12. qui censet, posse multis ex conjecturis præsumi, sigillum appositorum fuisse voluntate, & consensu illius, cuius est: præsertim cum agitur de sigillo publico, & authentico, quod solet publica auctoritate tradi, &

committi viro probo ac fide digno, ut ab eo diligentissime custodiatur, & nomine committentis imprimatur, aut tandem in loco publico diligenter asservetur, ut ibi litteræ sigillentur publica fide: posset tamen Abbatis opinio quoad sigillum, etiam privatum obtinere, ut inde præsumptio quædam judicis arbitrio urgens adsumatur. Nec ubi constat de sigillo, est necessaria subscriptio, nisi aliud consuetudine fuerit, vel legibus institutum: sicuti Fel. & Dec. tradidere in d. c. 3. loco. col. 1. quibus additæ quæ notat Rebuff. in tractat. nominationum. q. 10. num. 20. & Alex. in l. que dotis. col. ult. ff. sol. matrim. qui tenent eandem opinionem, quam Anton. & Dec. in d. c. 3. loco, tenuerunt; eam intelligentes, quoties agitur contra ipsum sigillantem. Nam alioqui præter sigillum necessaria est subscriptio notarii secundum Spec. tit. de instr. edit. §. instrumentum ergo publicum. Fel. in c. post cessionem. num. 7. & 9. ubi utramque conclusionem probat, notant Rebuff. in d. nu. 20. Guido Pap. q. 175. & q. 581. & hæc est communis opinio Doct. in d. c. post cessionem & in d. c. 3. loco, ubi text. pro Ant. Dec. & Alex. conclusione.

¶ Quod sigillum dicatur Authenticum præter alia, quæ traduntur in d. c. 2. explicat Rebuff. super leges regias par. 1. tit. de litteris obligatoriis art. 1. gl. 7. Spec. tit. de procur. §. ratio autem forma. vers. item quod non est sigillum Bart. in d. procuratorem. text. opt. in l. 114. tit. 18. par. 3. quibus additæ gl. Abb. Francum, & Dec. in c. significavit, de appell. In hac regia Castellana Republica regium sigillum Cancellario ejus custodi committitur: est etenim in hujus sigilli custodia maxima equidem auctoritas l. 13. tit. 18. p. 4. l. 1. tit. 8. lib. 2. ord. (hodie l. 5. tit. 15. l. 2. Recopillat.) quod & in regno Francie atque Neapolitano fit: ut constat ex Philippo Probo in scholiis ad Cosmam in pragmatica Sancti. tit. ult. in verb. diximus. & ex Matth. de Affl. dec. Neapol. 21. n. 9. & dec. 253. ubi probat sigillum Regium esse substantiam regiarum litterarum. Idem voluit And. Jsernia in c. 1. de prohib. fendi alien. per Lotharium. text. opt. in l. Tribunus. §. ult. ff. de testament. milit.

## C A P U T XXIII.

Appellatione pendente, Novata qua ratione per Iudicem appellationis revocentur?

## S U M M A R I A.

- 1 Attentata pendente appellatione sunt revocanda per Iudicem appellationis, & possunt revocari per Iudicem à quo.
- 2 Attentata intra tempus datum ad appellandum; puta intra decennium revocari debent ante omnina.
- 3 Attentatorum revocatio quo tempore petenda sit?
- 4 Notorius defectus juris an impedit revocationem attentatorum?
- 5 Confessio in civilibus & criminalibus an impedit appellationem?
- 6 Appellatio an possit tolli à principe vel lego humana, & inibi de citatione?
- 7 Attentata non revocantur, quoties appellatio non haber effictum suspensionis.
- 8 Appellatio an admittatur à sententia lata in iudicis possessorio?
- 9 Attentata non revocantur, ubi appellatum est à sententia lata super agris communibus juxta legem Toletanam, vel super executione publici instrumenti.

Non

**N**on tantum his Judicibus, qui appellatio-  
num cognitionibus præfecti sunt sed & his,  
qui primo loco causarum controversias definire  
debent necessarius omnino est tractatus hic de at-  
tentatorum revocatione, ut interim hac dictione,  
utar, illis sanè, ut juxta juris regulas judicium  
inferiorum executionibus vel deferant, vel eorum  
temerarias innovationes propria interlocutione  
improbent. Hi verò ut compertum habeant,  
quam ratione appellatione pendente abstinere  
debeant ab executione rei per eos judicata idcirco  
jure constitutissimum esse censemus & atten-  
tata pendente appellatione ante omnia esse revo-  
canda *l. ex illo l. minime. C. de appell. II. C. de*  
*bon. poss. secundum tab. l. i. nil. novari appell. pend.*  
*c. an sit. de appell. c. bona memoria de confir. utili*  
*vel inutili. l. sciendum, ff. de appell. l. recip. est*  
*etenim per appellationem suspensa jurisdictione ju-*  
*dicis, qui sententiam pronunciavit. c. super eo in*  
*primo de appell. c. ut debitus. c. ad hec in primo.*  
*cod. tit. quibus constat quoad illam causam, de*  
*quo pronunciatum est, suspendi per appellationem*  
*juridis pronunciantis jurisdictionem: & ideo*  
*judex non potest appellatione pendente quid-*  
*quam novare. Nam si ab eo appellatio recepta*  
*est, interdicta est illi novatio, quia recepta est*  
*appellatio, si vero non est recepta, itidem inter-*  
*dicitur, ne præjudicium fiat ei, quoad delibera-*  
*tur, an recipienda sit, textus insignis in d. l. i.*  
*in pr. ff. nil. novari appell. pend. His accedit, quod*  
*sententia per appellationem extinguitur, inspe-*  
*cto & considerato præsenti statu l. i. §. ult. ff. ad*  
*Turpil. & suspenditur, si futurum statum causæ,*  
*ejusque eventum consideremus. cap. venientes de*  
*jure jurand. explicit optimè glos. Joan. Andr.*  
*Imol. & Doctor. ibi glos. in dicto §. ultimo. Abb.*  
*2. col. Bald. & alij in Rubric. de appell. Alex. in l.*  
*1. col. 1. ff. de re judic. unde non poterit inter-*  
*rim sententia executioni mandari præsertim quia*  
*ea executio esset in offendam judicis, ad quem*  
*provocatum est, & ipsius judicij, atque in dam-  
num, & injuriam appellantis: quemadmodum*  
*tradidere Alexand. in conf. 89. col. 3. lib. 5. Car-*  
*din. & Francus in cap. bona memoria de appell. tex-*  
*tus optimus de suspensione jurisdictionis judicis,*  
*à quo appellatum est in l. 26. titul. 23. par 3.*  
*quibus tandem fit, ut hæc sit juris utriusque re-*  
*gula, qua probatur, attentata esse ante omnia*  
*revocanda, cuius examen ad utiliorem forensium*  
*questiōnū expeditionem, aliquot expositis in-*  
*terpretationibus subire constituimus, quo faci-  
lior sit hujuscē tractatus cognitio.*

¶ Prima igitur sit interpretatio, quod atten-  
tata pendente appellatione sunt omnino revocanda  
per ipsum judicem, ad quem fuerit provocata,  
id etenim probat text. in c. non solum de  
appell. in 6. secundum Joan. Andr. & communem  
ibi quamvis & ipsem judex, à quo appellatum  
est, idem possit agere, etiamsi ipse atten-  
taverit: quasi ejus officium possit implorari ad ea  
revocanda, quæ fuerint lite pendente innovata,  
text. in c. cum reueamur de appellat. ubi Præpos.  
& Dec. c. sollicitudinem eodem tit. quibus constat,  
quod primo loco diximus, ubi novatio non fit  
ab eodem judice: & si ab eodem judice fiat:  
est text. elegans in c. venientes de jurejur. ad fin.  
Cujus ad hoc meminere Francus & alij in 6. c.  
veniens. Barb. in c. ult. col. 2. 2. de li. obl. text.  
item ad idem in c. 2. de matr. contra. interd. eccl.  
juncta gloss. quam existimat singularem esse Pan.  
ibi & Corset. in sing. verb. appell. nu. 5. Nam ultra-  
que pars hujus intellectus auctoritatem habet à  
prædicta decisione. Idcirco in summa deducitur;  
judicem, à quo appellatum est, posse revocare,

quæ ab eodem, vel à partibus revocata fuerint,  
appellatione pendente.

¶ Secundò præscripta regula est ita intelligenda,  
ut prius omnino constet, appellationem intra  
decem dies, tempore legítimo propositam  
fuisse. text. est in d. c. non solum. ubi gloss. & omnes,  
ad idem text. in c. Romana. §. si vero de ap-  
pel. in 6. notat Spec. tit. de appell. §. pen. vers. sed  
pone, & id adeo verum est, quod non sufficit,  
hoc probari per confessionem partis adversæ,  
quoad effectum revocandi attentata: sicuti extat  
elegans Rotæ resp. 190. in novis, quam sequitur  
Francus in d. c. non solum.

¶ Tertia interpretatio in hunc modum colligetur: nam & attentata revocantur ante omnia,  
non solum ea quæ fuerint attentata post appella-  
tionem propositam, sed & ea, quæ attentata sunt  
ante ipsam appellationem, & post sententiam eo  
tempore, quod datur à jure ad appellandum, &  
intra quod condemnatus appellare potest, quod  
probat text. insignis in d. c. non solum in parte. I.  
quem commandant Francus, & DD. ibi & esse in-  
cognitum juris civilis professoribus, testatur Ant.  
Corset. in sing. ver. appellatio in pr. idem probat  
text. in l. & post. ff. de trans. gl. in l. ex judicio-  
rum, ff. de accus. verb. secuta. quam dixerit sin-  
gul. Bal. in c. quarenti. de off. deleg. Paul. Cast.  
in l. ejus qui §. si cui ff. de test. idem in l. seq. &c  
scribit communiter receptam esse Alex. in leg. 3.  
§. si servus ff. de acqui. poss. qua ratione constat  
intellectus ad text. in d. l. ejus §. ult. & in l. quia  
latronibus ff. eo rit. lib. 15. tit. 6. par. 6. & omnium, qui-  
bus damnati ad mortem testari prohibentur: ete-  
nim ubi damnatus ad mortem appellatione pen-  
dente obierit, ac testamentum fecerit, valet sane  
ipsum testamentum: quod expressim respondetur  
in d. l. qui à latronibus §. ult. & in d. l. 15. tit. 1.  
par. 6. idem profecto erit, ubi damnatus ad mor-  
tem testamentum fecerit, & mortem obierit eo  
tempore, quo poterat appellare. Nam licet sen-  
tentia ipsa jure irroget infamiam, atque statim  
operetur effectum executione legis absq; executione  
judicis, & idcirco trahitur, si fuerit confirmata in  
ipsum tempus sententia prioris: id verum est; quo-  
ties sententia vivo condemnato confirmatur, transi-  
que in rem judicatam, & in his, quæ semel non fuere  
fortita effectum. Quasi secus sit dicendum, ubi  
condemnatus ante confirmationem sententia mor-  
tem obierit: aut actus jam fuerit semel perfectus,  
effectumque habuerit. textus opt. juncta glos. in l.  
furii in pr. ff. de his qui not. infam. quo loco tra-  
ditur de dicto testis, & testimonio ejus, qui pen-  
dente appellatione testimonium dixerit, condem-  
natus tamen ex eo delicto, quod lata sententia  
infamiam inducit, idem notant Bald. & Fel. in  
c. super eo. de testib. idem Bald. in c. dilecta de ex-  
cept. quorum opinio communis est, secundum  
Alex. in l. 1. col. 2. de re jud. cui adde quæ ipse  
scripti in epitome in quartum decretalium 2. parte  
c. 8. §. 1. n. 7.

¶ Illud tamen obiter erit hoc in loco adnotandum,  
quod in excommunicationis sententia dis-  
par est hujus conclusionis observatio: siquidem licet  
excommunicatio lata post appellationem sit nulla;  
c. per tuas de sentent. excomm. lata tamen post senten-  
tiam intra tempus datum appellandum, valet  
merito jure ac ligat. gl. celebris in verbo, appelle-  
atum. in c. venerabilibus. §. porro. de sent. excom-  
mun. in 6. etiamsi postea fuerit legitimo tempo-  
re appellatum, quam opinionem sequuntur DD.  
communi consensu contra Joan. Monachum. ut  
fatentur Domin. col. ult. & Fran. col. 3. commen-  
dat Fel. in c. quoad conclusionem num. 26. de re  
judic. qui 15. col. versi. quinta conclusio. tradit  
no

# De attentatis appellatione pendente.

601

non esse revocandam executionem sententiae, quæ facta fuerit intra decem dies datos ad appellandum, si postea non appelletur: licet non debeat sententia mandati executioni, donec omnino transierit in viam & auctoritatem rei judicatae, nempe lapsu tempore, quo potuit secundum jus appellare, propriè siquidem dicitur sententia res judicata, quando ab ea non potest appellari: quod glossa notat communiter recepta in d. cap. non solum, in verb. innovata, quam commandant & sequuntur Abb. & juniores col. 2. Rub. de re jud. Dec. in Rub. de app. c. 1. text. opt. in d. c. quoad consultationem cuius ad hoc meminit Jason. in l. 1. col. 3. de re ju. & id verum est irrevocabiliter: nam revocabiliter etiam quandoque dicitur impropriè res judicata sententia illa à qua appellari potest. l. litigitoribus. C. de app. gl. Bar. Paul. & alij in l. 1. ff. de re jud. id vero, quod de excommunicatione diximus, late intra decem dies datos ad appellandum etiam adnotavit glossa in verb. innovata. in d. cap. non solum. & est communis opinio, ut facetur Dominus. in conf. 99. col. 1. probatur etiam in d. c. venerabilibus. §. porro.

**¶** Quartò, hæc revocatio attentatorum; tunc demum locum habet, & fieri debet cum petita fuerit, priusquam in causa appellationis litis contestatio expresse, aut tacite fiat super principali apud judicem superiorum. Alioqui ubi super principali fuerit in appellationis causa utrumque facta litis contestatio absque petitione revocationis attentatorum, index superior agere debet ac tractare de revocatione aut confirmatione sententiae, non de revocatione attentatorum, etiamsi ea post hanc litis contestationem petatur, hujus opinionis auctor est Baldus in conf. 245. lib. 2. quem secuti sunt Jal. col. 3. & Vincent. Hercul. col. 8. in l. 1. ff. de novi operis nunc. Gui. Pap. conf. 4. & conf. 124. col. 3. Vitalis in tract. clausularum. tit. nil novari app. pend. col. 3. vers. & caveat Matth. de Afl. deo. Neapol. 352. & 98. quibus suffragatur Spec. opinio in tit. de app. §. novissime ad fin. quiem refert & sequitur Bart. nil. 1. ff. nil novari app. pend. scribit etenim Specul. caute petendam esse revocationem attentatorum, ita quidem ut non petatur simul cum revocatione sententiae: nam si in eadem petitione litis contestatio fiat, non revocantur ante omnia ipsa attentata, nisi dictum fuerit: peto ante omnia revocari attentata. Qua ratione constat, Spec. ejusdem sententiae esse, cuius Baldum auctorem adduximus. Igitur quoties appellator dixerit, sententiam iniquam fuisse, & ea ex causa revocandam fore, nec petierit attentata revocari ante omnia, & adversarius responderit, sententiam fuisse juste latam, ac confirmandam esse, & super hoc fiat conclusio causæ, absque eo, quod petatur, ante omnia revocari attentata, non poterit postea eorum revocatio peti, quasi jam sit litis contestatio facta super principali re. Huic etiam opinioni accedit, quod licet expoliatus ante omnia sit restituendas, tamen si super petitorio & principali litem contestetur, non poterit postea petere se restitui interdicto, unde vi, ante omnia cum privilegio causæ expoliationis, textus in c. 1. de rest. spol. quem Jal. pro Baldo inducit in d. l. 1. Sed textus ille non probat, quod Jason. ex eo deducit: effeque ea conclusio admundum dubia, ac denique falsa: cum etiam lite contestata super petitorio principaliter, possit usque ad conclusionem in causa, qui egit petitorio, agere possessorio recuperande, cum privilegio prælationis causæ, ut ante omnia expoliatus restituatur. Probatur ergo textus in d. c. quod agens interdicto, unde vi: si consentiar, reum excipere de dominio, & offerte probationem ejus statim agendam, videatur itidem consentire, quod discutatur dominii ac proprietatis causa: sicuti ex eo textu adnotavit Paul.

Didaci Covarr. Tom. II.

Cast. in l. si de vi. ff. de jud. Dec. conf. 84. n. 2. Rip. in l. naturaliter. §. nihil commune, ff. de acquir. posse. nu. 165. & ibi Are. col. 8. post alios. unde manifestum sit non probari opinionem Bald. in d. cap. 1. Sed & pro Bald. considerandum est, quod appellans eligendo viam ordinariam super justificatione vel revocatione sententiae latæ renunciare videtur revocationi attentatorum, & ejus petitioni: quemadmodum colligitur ex his, quæ tradit Bald. in l. 2. C. de execu. rei judic. dum tractat de executione instrumenti guarentigii. Atque hæc sunt, quæ Bald. suffragari videntur. Ex contrario tamen adversus Bald. est elegans decisio Rotæ 57. & 585. in novis. quæ palam asserit posse peti revocationem attentatorum usque ad conclusionem in causa. Nam qui appellat, & petit sententiam revocari ut iniquam, non ex hoc renunciat juri, quod appellationi adhæret, & quod sunt attentata revocanda ante omnia: immo id ipsum sensim, ac tacite petit, quod nihil appellatione pendente novetur. Quod non ita est in agente petitorio, qui missam facere videtur questionem possessionis, quæ à proprietate distinguitur. d. §. nihil commun. eandem opinionem Rotæ probat Francus in d. c. non solum, citaturque ad idem Joan. Monachus in c. cupientes. de electio. in 6. n. 155. qui hoc tantum adnotavit, quod revocandum sit quidquid appellatione pendente attentatum fuerit quacumq; parte litis, etiamsi post conclusionem in causa fiat ipsa novatio: nec tamen concedit, revocatione attentatorum ante litis contestationem posse peti, & postquam in principali causa fuerit litis contestatio expresse vel tacite præmissa. Nihilominus Joan. Andreis Domin. & Ancharen, & alij in dicto c. non solum. dum aliquot rationibus utinatur adversus opinionem Spec. itidem sentiunt, falsam esse sententiam Bald. Allevaverant etenim, satis esse, in eodem libello peti sententiae latæ, & attentatorum revocationem: nec esse impedimento litis contestationem: ut revocentur attentata cum censeatur litis contestatio facta sine præjudicio revocationis attentatorum, quæ fuit petita: nec oportet in specie peti, quod ante omnia revocentur attentata: immo satis erit, peti simpliciter revocationem attentatorum. Idem fere voluerunt Raphiel. & Angel. Aretin. in l. 1. ff. nil novari app. pend. Salic. in 3. C. de appellat. tenentes, posse simpliciter eodem libello peti revocationem sententiae principalis, & attentatorum. Denique horum actorum mens eo tendit, ut litis contestatio super principali gravamine facta censeatur absque præjudicio revocationis attentatorum. Sic sane opinor, Rotæ sententiam jure veriorem esse. Nec vidi unquam hac de re controverti, nisi eo casu, quo, litis status proximam habet, atque expectat ultimam causæ definitionem: tunc etenim non inconvenit, omitti revocationem attentatorum, ejusque tractatum, & cognitionem: cum statim sit definitiva & ultima sententia pronuncianda.

**¶** Quintò, hæc revocatio attentatorum fieri debet, etiamsi appellanti objiciatur notorius defectus juris in principali causa, etiam in causa quæ super Ecclesiastico beneficio tractatur. textus optim. in c. consisterit. de accusat. cuius auctoritate hanc opinionem probarunt Ant. & Franc. 7. differenta. in cap. bona memorie. de appell. idem Franc. in c. ad decimas. de rest. spol. in 6. 4. col. Dec. in o. ex part. in c. de rest. col. ult. Unde fortiori ratione idem erit respondendum in profanis rebus, & temporibus: ut scribit Alex. in conf. 89. lib. 5. n. 9. ubi Cat. Mol. testatur, ejus opinionem communem esse. Quamobrem licet alioqui sit satis dubium, an agenti interdicto, unde vi, obster notorius defectus juris quoad proprietatem, & frequentius in eam situm sententiam, ut minimè fiat restitutio beneficii Ecclesiastici propter notorium defectum tituli, &

Ecc

idem

idem esse, quoties agitur de restitutione alicujus rei temporalis & profanæ, modo in hoc casu simul constet, expoliarem dominum esse: quod nos explicuimus in epitome ad 4. decretalium. 2. part. c. 17. §. 5. n. 10. tamen ubi agitur ad revocationem attentatorum, non obstant hi defectus eam petenti: quasi majoris sit privilegij, ac favoris attentatorum revocatio, quam interdictum, unde vi. Sed ubilis tractatur super ecclesiastico beneficio, contrarium placuit Rota 55. in novis. & in eisdem dec. 14. & dec. 348. in antiquis. Oldr. conf. 1. Imol. in d. c. bona mem. col. 3. cum beneficium ecclesiasticum non possit possideri absque canonica collatione: sicut necessarium aliqui colore saltem canonici tituli possessionem justificare, juxta gloss. illam celebratissimam in Clem. un. de cau. pos. & prop. cuius intellectum & examen satis in ejus probatione varijs tradidere: ibi Card. Imol. & Bonif. Lanfr. in Rub. de cau. pos. col. 8. Abb. in c. in alteris. col. 5. de rest. spol. gl. in prag. sanct. tit. de pacificis pos. 8. ordinarij in verbo. Inquirante. Rub. in tract. de pacificis pos. n. 32. Auct. in Capella Tol. 15. Dcc. in c. cum causam de proba Selva. de benef. 1. part. q. 7. col. 4. Bellamera conf. 10. Rubeus conf. ult. col. 2. Rota in novis 408. & 421. Aym. conf. 83. Lud. Gom. in reg. de triennali pos. q. 27. & 28. & in reg. de non judicando iuxta form. supplic. q. 5. Gul. Cassiad. dec. 4. & 8. de rest. spol. & Dec. 3. eo tit. Martin. Azpilc. in c. accept. de rest. spol. oppos. 2. intel. 6. & oppos. 8. in pr. & oppos. 10. ex quibus pleriq; fatentur, opinionem glos. Communem esse, præsertim gl. ex prag. sanct. Ant. Rub. & alij cui rationi facillime quis respondebit, si observaverit, hanc opinionem glos. non esse admittendam, ubi quis expoliatur lite pendente; siquidem huic agenti ad restitutionem ex ea ratione, quod pendente lite nihil sit novandum, non potest opponi defectus tituli colorati, ut vulgari dictione interim utamur, etiamsi posset aliqui opponi iuste notorius defectus proprietatis, & juris. Quod notant in specie Rota 14. in novit. Aucter. in d. dec. 15. idem in Clem. 1. de offi. ord. reg. 2. fallentia 24. ad fin. Rebuff. de tract. de pacificis poss. n. 32. & in concordatis Gall. ii. de amatis. ver. possessionem & Mart. Azpilcueta in d. 2. oppos. 6. intel. inducens ad hoc rationem text. in c. cum venissent. de inst. Ex quo illud etiam conatur probare, quod ubi agitur ad revocationem attentatorum, & ut nil pendente lite noventur, non potest objici abjuratio spontanea beneficij ecclesiastici. Sed in eo capite potius agitur, ut lite pendente nihil novetur, quam de revocatione attentatorum. Nec constabat ibidem notorius defectus proprietatis: ut idem egregius Doctor admonuit: & nihilominus ipse opinor, non posse opponi defectum tituli colorati agenti ad revocationem attentatorum, etiamsi expeditum foret posse adversus eum opponi notorium defectum proprietatis; Quia ratione fit, ut non omnino huic questioni quam tractamus conveniat in specie auctoritas glos. in d. Clem. unic. de cau. pos. & prop. Idcirco Rota opinio poterit comprobari ex eo, quod appellantis non interfit, attentata revocari, ubi notorius obstat illi juris defectus in ipsa causa, & questione principali appellationis, unde audiri non debet. c. cum super de re jud. Nec obert text. in d. c. si constiterit. nam ibidem non aderat notorius defectus proprietatis: cum probations & tentientia per appellationem suspendantur, quoad effectum notorij & quoad alios effectus, secundum notata in c. presentia, de repunc. Imd etiam rebus temporalibus idem erit, nec attentata revocabuntur, si notorius sit defectus juris ipsius appellantis, quod notant Guido Papæ qu. 213. idem Guid. conf. 4. n. 3. & conf. 69. col. pen. & conf. 124. col. 3. Matth. de Affl. dec. 88. optima gloss. in l. 1. in

verb. fuit ei. ff. nil novari. appell. pend. Quamobrem licet opinio contraria frequentiori doctorum consensu fuerit probata, nihilominus hæc posterior admittenda videtur: saltem ad hunc effectum, ut non fiat revocatio attentatorum in favorem & ad petitionem appellantis, sed iudex ex officio suo traxit beneficium sequestro: ut deducitur ex mente Rotæ in dec. 14. in novis. notant Cassiad. dec. 3. tit. de rest. spol. & Matth. de Affl. dec. 352. idemque admittendum videtur in rebus profanis ac temporalibus.

¶ Sextò, est omnino ad hujus questionis & tractatus examen observandum, non esse attentata revocanda ante omnia in hisce casibus, in quibus appellatio jure non est admittenda: sicuti notat gl. communiter recepta in c. non solum. de appellat. in verb. casib. ubi est text. hac de re apertissimus, cuius conclusionis ea est manifesta ratio, quod tunc appellatio nullum operatur effectum, nec suspensivum, nec devolutivum regulariter, ut constat, & ideo non est, cur de attentatis revocandis tractetur. Casus autem quibus appellatio jure prohibetur, poterit lector colligere ex Spec. tit. de app. §. in quib. Hippol. in l. unic. as de rap. vir. n. 138. Nicello in concordia. gl. concordia 6. & Roberto Maranta in ordine judiciorum. 6. part. c. de appell. n. 269. regula siquidem juris est, quod appellatio admittatur semper, nisi specialiter sic jure prohibita. glos. in l. qui restituere. ff. de rei vendic. quæ singularis est secundum Francum in rub. de app. col. 5. Commandant Dec in c. cum Rom. sit de app. col. 4. Bald. in c. pastoralis de appell. col. 3. idem Bald. in l. unica. C. si de moment. pos. col. 2. Nam & in crimin. appellatio admittenda est, secundum Bart. in l. qui ultimo supplicio. ff. de pénis notat. ex glos. in d. l. 1. ff. nil novari app. pend. & in d. c. non solum & ideo, ut ibidem appetat, non est sententia mandanda executioni interim dum appellatio potest; quod & Fel. secundum commonem omnium opinionem tradit in c. querent. de off. deleg. Ab. & alij in c. 2. de jud. etiam in crimine læsa Majestatis humanæ: cum & in eo admittenda sit appellatio. glos. & ibi Aret. in l. Pannonius. §. rei perduellionis ff. de acq. har. Dec. in d. c. cum sit. Roman. §. ult. Joan. Igneus in questione, An rex Francia recognoscet superiorem 17. & 18. speciali, dum allegat l. 2. C. quorum appell. non recipiantur. Lud. Carr. in practica crimin. in princ. numer. 85. contra Rom. in d. l. Pannonius. §. rei perduellionis. quod ad o verum est, ut in criminis heresis admittendam esse appellationem scripsit Bald. in l. 3. C. de summa irin. cuius opinio falsa siquidem est, ut probatur in c. inquisitionis de har. 6. & fatetur ip'sem Bald. hoc jure canonico verum esse non tamen jure civili: qua in re fallitur, cum in hoc hæcisis criminis minime sit facienda distinctione hac in questione inter jus canonicum & civile, idque in tanti criminis detestationem institutum est, quod Jacobus Septimancensis doctissime tractat in catholicis institutionib. c. 6. explicat & Repertorium Inquisitorum, in verbo, appellare in aliis vero criminibus, quia id obiter attigit non prætermittam hanc controversiam compendio quadam definire, aliquot propositis conclusionibus ad ejus resolutionem.

¶ Prima conclusio Convictus & simul & confessus non auditur appellans, nec à judice, qui sententiam pronunciavit, nec ab eo ad quem provocatum est: quæ siquidem conclusio in criminalibus & civilibus jure admittenda est, ac jure procedit text. & illic omnes in l. 2. C. quorum app. non recip. Ang. Are. in tract. de mal. in verb. presente Cajo. Imol. & idem Ang. Aret. qui fatetur hanc opinionem communem esse in l. creditor. §. jussus. ff. de app. Abbas & omnes in l. cum speciali §. porro. de app. ubi Dec. idem assertit,

assetit, hanc opinionem communem esse: quam latè tradit Ludovicus Carrer. in pract. crimin. in princ. Hinc sane judices, qui criminum punitioni præfeci sunt, quandoque torquere solent eos, etiam si crimen probatum sit, ut tandem reus confiteatur delictum, sitque vere convictus & confessus: & ideo ejus appellatio non sit admittenda, quod fieri posse Bald. sensit ac tenet in l. observare. n. 9. C. quorum appell. non recipi Quo in loco textus probare videatur eandem opinionem, quippe qui responderit, negligandam esse appellationem ei, qui convictus testibus, formidine tormentorum territus crimen fuerit confessus. Igitur permisum est judici legitime convictionis tormentis subjecere: cum aliqui lex illa foret perniciosa, nec posset in usum & praxim deduci, Idem tenuerunt ipse Bald. in l. 1. n. 9. C. de jurament. calum. & Thomas Grammaticus voto primo, col. 1. Quibus profecto illud potissimum refragatur, quod tormentis locus non est, ubi crimen alius probationibus appetet, sed tunc demum judices his uti debent, cum aliis probationibus delictum non probatur text. in leg. divus Pius & l. editum. ff. de q. c. illo qui. 5. q. 5. gl. in summa 15. q. 6. adnotarunt passim juris utriusque interpres, præsertim Gandinus in tractatu de malef. Rubr. de q. in princ. Angelus Aretin. in tract. de malef. in verb. fama publica, q. secunda Paul. in l. si quis in hoc genus. C. de Epis. & clericis. Alberic in dicta l. secunda. C. quorum appell. non recipi. Franciscus Brun. in tractatu de judicis & tortura, q. 5. vers. sexto. Ludovic. Carrer. in dicta practica, in princ. n. 183. (Quibus mitè coiveniunt pulchra verba D. Cypriani in lib. ad Demetrianum) caute siquidem judices uti debent questionibus & tormentis: cum plerumque multa mala ex his contingent, & sèpissime torqueantur innocentes, ut appareat nocens: & cum quaeritur, an sit nocens, cruciat, & innocens laicit pro incerto scelere certissimas pœnas, non quia illud commisso detegitur, sed quia commisso se nescitur. Torquet etenim judex accusatum, ne occidat nesciens innocentem: ac sic tunc frequentissime, ut per ignorantia misericordiam, tortum & innocentem occidat, quem ne innocentem occideret, torturat. Hæc & multa piè & eleganter adversus tormentorum usum scribit D. August. lib. 19. de civitate Dei, c. 6. ubi Ludovicus Vives hoc ipsum inventum alienum esse à Christiana pietate censet. Sed & Valerius Maximus lib. 8. cap. 4. refert questiones, quibus aut creditum non est, aut temere fuit habita fides. (Tradidere & alia post hujus operis quartam editionem Petri. Eodius, in libro singulari de origine rerum judicatarum, tit. de q. Palat. in historia fori Rom. l. 4. c. 14. Cat. Siganus' l. 3. de iud. c. 18. Hodius lib. 2. Miscel. in c. 9. & 10. Ant. Ario in Troadem Seneca, act. 3. post Qaintilia. lib. 5. c. 14.) Nisi vero non adeo improbamus tormentorum & questionum usum, etiam in Christiana república: modò judices caute legitimis indicis præcedentibus optimo modo veritatis inquietande hilice questionibus utantur. Sic plerisque visum est Baldi opinionem falsam esse: & ideo non licitum convictionem legitimè torqueare, ut confessus delictum, appellare nequeat, asseverat idem Bal. sibi parum constans in l. qui sententiam. Col. de pœnis. ut refert Curtius in tract. de judicis & tortura. in dicta q. 5. nu. 16. eum secutus: nihil tamen hoc non scribit Baldus. Sed idem tenuerunt Angelus, & illic Joan. Igneus in l. & si certus ff. ad Syllan. August. Ariminensis in additionibus ad Angel. Aretin. in dicto verbo, fama publica. Andr. Isernia in constitutione Neapol. titul. de homine. & dannis clandestinis. n. 33. que quidem opinio communis est, ut facientur cum secuti Hippolyt. in l. 1. ff. de quest. nu. 11. Idem Hippolyt. in cons. 51. n. 51. & in practica. §. non videndum. n. 25. Ludovicus Carrer. in dicta practica crimi-

nali, in principio, n. 188. Falso tamen citatur hujus opinionis auctor Cynus in dicta l. 2. C. quorum app. non recipient. & in l. ult. C. de quest. cum in his locis hanc questionem minimè attigerit, ex quibus apparet, praxim istam, qua judices quidam utuntur dubiam admodum esse, quamobrem duo vel tria in hac controversia sunt observanda. Primum, posse convictum testibus torqueri ad detegendos socios, & participes criminis, in casibus, quibus potest quis interrogari de sociis criminis. Secundò, illud sit certissimi juris teneri reum legitimè convictionem sub mortalis culpæ reatu, si à judice interrogetur, etiam in tormentis respondere, an crimen commiserit. Nam etiam si inique torqueatur, justè tamen interrogatur: & ideo tenetur respondere juxta Innocent. & communem in c. 2. de confess. Sanctus Thom. 2. 2. q. 69. art. 1. Tertiò itidem quibusdam placet, opinionem Baldi. æquam esse, ac licet posse admitti, quoties judex ex circumstantiis videbit, reum ita convictum esse, ut reipublicæ expedit, statim non admissa provocatione publicè puniri: & ipsum inique ac per calumniam nolle confiteri veritatem, ut appellatione propositi differat justam sceleris punitionem: sic etenim rem istam doctè & resolute Martinus Azpilcueta distinxit in c. inter verba. II. q. 3. corollario 64. ad finem. Tametsi ob frequentem questionem judicum in puniendis criminibus audaciam, ne dicam levitatem temeritatem, non audeo rem omnino Baldi sententiam probare, quæ tunc falsa est, & manifestè iniqua cum judex non alia ex causa torqueat convictum, quam ut appellationis auxilium auferat. Nihilominus fateor, quandoque etiam si raro convenire publicjs sceleratissimorum hominum punitionibus Baldi opinionem caute admitti, præsertim in his criminibus, quæ enormia & gravissima sunt, ut scribit Mat. h. de Afflictis in constitutione Neapol. lib. 1. Rub. 27. n. 59. cæterum admissa Baldi sententia, quaeritur, quid dicendum, ubi legitimè convictus torquetur, & negat crimen commisso? Nam quidam opinantur eum absolvendum fore, quia probationes legitimæ fuerint per hanc negationem exclusæ, atque purgatae, ut peculiari hujus questionis verbo utar: quemadmodum adnotavit ex gl. in ibi Albericus, scribens hanc esse communem opinionem in l. editum. ff. de quest. idem Albericus in rub. C. eodem. titulo, nu. 9. facit etenim necessarias fidem, quæ tum à corporibus, tum ab animis nascitur. Nam & verberibus torti, & ignati fatigati, quæ dicunt, ea videtur veritas ipsa dicere & quæ à perturbationibus animi sunt, dolore, cupiditate, iracundia, metu, quia necessitatis vim habent, afferunt auctoritatem & fidem, ut Cicero scribit in Topicis ad Trebatum. Cujus meminit gl. l. in dict. l. editum. eandem opinionem in hac specie probare, ac tenere conantur Cæpol. in consil. criminis. dub. 9. Hippol. in practica. §. nunc videndum n. 26. idem Hippolyt. in d. l. editum. idem in sing. 262. ex contrario adducitur gl. in l. 1. c. de q. quæ tam parum irget: qui non tractat de tormentis ipsius rei accusati, sed testium. Nam licet probationes integræ & legitimæ non reddantur debiles propter negationem testium, quia torqueantur, non ex hoc sequitur, idem esse negatione ipsius rei principialis; adhuc tamen est observandum quod gl. in d. l. editum, nulla lege probatur, ut fatetur Alb. ibi, & in d. Rub. num. 9. sed & hujus posterioris opinionis auctores esse videntur Alex. in additionibus ad Bar. in l. unius §. reus in ver. nec conseruantur. ff. de qu. Thom. Grammat. cons. 12. n. 24. & Hipp. in singul. 108. qui expressim asseverant convictionem urgentibus indicis, aut legitimis probationibus posse condemnari ad mortem, & pœnam ordinariam, etiam si in tormentis, vel ex iusta tormenta negaverit, se crimen illud commisso, de quo in iudicio accusationis tractatur. Hi vero probare vo-

lunt eorum sententiam auctoritate text. in l. qui sententiam. C. de pœnis. ex qua illud tantum deducitur, posse quem legitimis probationibus convictum damnari pœna supplicij corporalis, & ordinaria, quamvis non fateatur ipse convictus crimen commisisse: & ad hoc ipsum ejus legis meminere Bald. & Fel. in c. ad nostram de probatio. urget tamen hæc equidem ratio: quia si legitimis probationibus quis convictus sit, & poterat ex his justè pœna ordinaria damnari, non erit ex hoc absolvendus, quod aliqua ex causa tormentis & questionibus fatigantibus noluerit crimen confiteri, etenim hoc nullibi in jure probatur atque ideo & hanc ultimam opinionem veram esse censet And. Isernia in c. 1. §. publici latrones, de pace tenenda. Paris de Puteo in tract. de syndic. ad fin. c. quidam Larro tortus. & Matth. de Afflict. in constit. N. apol. l. 2. Rub. 10. n. 28. unde fit, ut judex omnino expendere debeat probationes ipsas earumque vim, & auctoritatem, an sit legitimè, plenè: & integrè probatum delictum. Atq; hæc dicta sint de prima conclusione, quam conatur Decius evertere, ubi fuit confessus & convictus aliquam causam exponit appellans, ex qua justificet appellationem ipsam nempe si dixerit confessionem fuisse factam ex errore, ac testes ipsos falsum testimonium dixisse, quæ denique non sunt vero consona, nec vera præsumuntur: & ideo iudex ad amissum & diligenter cavere debet, ne quem temere morti tradat, atque item ne sceleratissimos homines appellantes admittat.

¶ Secunda conclusio: Confessus tantum, etiamsi testibus convictus non sit, nec in civilibus nec in criminalibus regulariter ad appellandum admittitur. text. ost. in d. c. cum speciali. §. porro. & in c. Roman. §. fin autem. de appell. in 6. ubi Joan. And. Dom. & Francus, Abb. & DD. communiter in d. §. porro. Cappella Tholosana, & ibi Aufter. n. 176. quorum opinio communis est, & ita intelligitur, ut procedat, quoties confessus nullam exponit causam expressum, quæ appellationem justificet. Nam si causa expressa fuerit, admittenda est appellatio, & suspendenda executio, secundum eosdem. Tradit latè Nicellus 6. concord. glossarum. col. 3. Nam ubi à jure prohibita est appellatio, nihilominus est admittenda, si causa justa expressum fuerit in appellatione. d. gl. insignis. in d. §. fin autem in verb. mandetur, quam sequuntur illic omnes, & Dec. in c. 3. & in c. consuluit. in 1. de app. notat Bart. in l. à sententia. ff. de app. Cumna. conf. 60. Lanfr. in clem. dispensiosam. de judic. col. 3. unde appetet, quanam ratione possit procedere, quod notavit glos. in d. §. porro. & plerique alij tenentes admittendam esse appellationem ejus, qui ex propria tantum confessione damnatus fuerit.

¶ Imò quibusdam placet, in aliquot crimibus non esse admittendam appellationem, sive quis fuerit tantum confessus sive convictus, quasi alterum sufficiat ad executionem sententiae: ut statim non obstante appellatione ea fieri possit. Quod probare videtur text. in d. l. 2. C. quorum app. non recip. cui convenire videtur regia lex hac de re satis expressa in l. 16. tit. 23. part. 3. quæ hæc crimina commemorat. latius tractat rem istam Ludovic. Carre. in d. pract. in princ.

¶ Quacumque tamen in causa, qui ex confessione damnatus fuerit, etiamsi non audiatur appellans à judice inferiori, audiendus tamen est à superiori, ad quem appellavit. Quod gl. notavit in d. §. fin autem in verb. mandetur. quam sequuntur DD. ibi Fel. in c. significasti. in 1. de homic. colum. 2. idem Fel. in c. ad abolendam. de her. Abb. in c. pastoralis. in princ. & illic. Juniores, de appel.

¶ Usus tamen forensis apud Hispanos, & ferè toto in orbe Christiano hactenus obtinuit, ut in

criminalibus; quoties corporalis pœna est infligenda, appellatio minimè admittatur ad executionem impediendam. l. 110. styl. sive quis damnatur ex propria confessione, sive testibus fuerit tantum convictus: quem usum ipse probare nequeo, nec opinor probari jure posse. Idcirco judices admoneo, ut priusquam exequantur criminales sententias, cautissimè singula expendant, poterit etenim contingere, quem falsis testibus convictum fuisse, aut iniquissima ac crudeli admodum questione inductum, & coactum esse crimen de se falsum fateri: cujus rei veritas forsitan apud appellationis judicem constare poterit, & tamen si manifestum sit, damnatum ad mortem, vel etiam pœnam justè & verè, convictum esse, non est differenda executio appellationis iniquæ causa, & prætextu.

¶ Non negamus tamen à lege humana, vel privilegio principis appellationem, & jus appellandi tolli posse. Nam hoc probatur in c. 1. de rescript. c. pastoralis. de app. c. super questionem. §. si vero de off. deleg. l. §. interdum. ff. à quibus app. licet. &c. super eo de off. delegat. Regia lex 13. tit. 23. par. 3. ad fin. ex quibus hæc constat omnium adnotatio. Cui tamen objicitur, quod appellatio defensio sit c. omnis expressus. 2. q. 6. cap. suggestum. de appellat. l. 1. ff. de appellat. defensio autem tolli non potest à principe. Clem. pastoralis de re judicat. ad fin. qui quidem locus manifestè probat, citationem à principe tolli non posse: quia ea est naturalis defensio, ac jure naturali instituta, auctoritatis passim mentio sit, praesertim à Card. ibidem. Abb. & aliis in c. 1. de cau. poss. & propriet. Felino & Dec. in c. ex part. 2. col. 2. de off. deleg. Fcl. in c. cum olim. c. 9. de re jud. Dec. in Rub. de appellat. c. 4. glos. in extravag. rem non novam. de dolo & contumac. Hipp. in l. unica C. de rap. u. virgin. n. 91. Oldrado conf. 43. Socin. in conf. 164. l. 2. & conf. 87. l. 3. in difficultate sexta. & Fortunio in l. Gallus. §. & quid si tantum ff. de lib. & postb. col. 137. Igitur nec appellatio qua ex parte defensio est, tolli debet nec potest à principe utcumque supremo. Huic sane rationi quidam respondent, non esse pars jus appellationis, & citationis: siquidem citatio defensio est juris naturalis, & ideo non potest tolli à principe: appellatio vero defensio est non juris naturalis, sed humani, & positivi: atque ideo poterit à principe tolli. Hujus responsionis auctores sunt Abb. in c. dilecti. col. 4. de exception. Angel. Aret. in ult. notab. ff. de app. idem Ang. in d. §. interdum. Dec. in Rub. de appellat. col. 4. Rip. in c. 1. de rescript. col. 3. Nos vero rationem ac responsionem istam non refelli mus, sed admittimus, eam apertius perstringentes: opinamur etenim, citationem jure naturali inductam esse, qua ex parte necessaria est ad defensionem innocentis, & ut jus suum unicuique reddatur: denique ad justitiam ministerium. Nam justitia ratione naturali ministranda est à quocumque principe, alioqui tyrannidem exercet princeps si quis suum unicuique non reddiderit. Quod adeò probatissimum est, ut negari absque maxima iniuria minimè possit, ergo quoties citatio, causæ cognitio, & alia his similia sunt necessaria, ut jus suum unicuique reddatur: itidem hæc ratione naturali sunt præmitenda, nec à principe utcumque summo remitti poterunt. Nonne obsecro princeps qui reum sibi delatum, inauditum, absentem, ac non citatum damnaret, dubio procul se periculo imminenti exponeret damndandi innocentem & poterat enim absens legitimè se forsitan defendere: atq; ideo cum necessaria sit abentis citatio ad effigiendam temeritatem condemnationem, vocandus omnino absens erit etiam à principe summo, cum alioqui justè damnari nequeat absque maximo periculo, & temeritate mortalis criminis, quod committeret princeps, qui sic inauditum judicaret. Quod si posset forsitan ab-

# De attentis appellatione pendente.

605

sens nullam habere legitimam defensionem, integrum tamen dum hoc principi certissimum non est, periculo peccandi mortaliter se committit & ideo peccat, mortalius culpa irretitur: idem ipse in appellationis defensione censerem, opinor etenim tunc appellationis ac provocacionis defensionem à ratione naturali omnino deduci, jureque naturali censerem institutam quoties ea foret necessaria persensis negotij ac litis circumstantiis & qualitatibus ad ius suum unicuique reddendum, & ad justitiae verum ministerium. Fateor equidem non ita posse frequenter constitui necessariam, ac praeclaram istam defensionem in appellatione, sicuti constituitur facillime in citatione. Utcumque tamen sit, idem erit in utroque casu, ubi contigerit necessitas, unde possunt aliquot corollaria deduci, quæ magis nobis aperiant utriusque defensionis vim, & potestatem.

¶ Primum hinc appetet, posse à principe, lege vel speciali jure atque item à republica citationem tolli, quæ jure humano post conclusionem causæ necessaria est ad sententiam pronunciandam, etenim tunc nulla est alleganda defensio, & ideo potius ea citatio juris est positivi, & humani quam naturalis, quemadmodum in specie tradit eleganter Matth. de Affl. in decis. Neapol. 283.

Secondò item constat, posse principem citationem tollere in his actibus, quos ipse agere absq; injuria potest liberè, etiam sine causa, & alterius præjudicio. Nec enim citatio tunc impedit potest principis liberam voluntatem, quod expressam adnotarunt Socin. in d. conf. 164. lib. 2. & alij, quos referunt & sequitur Aymon Savillianus conf. 5. col. 2. Quia in re lectorem admoneo, ut diligenter & caute perpendat exempla, & themata, quæ sunt huic conclusioni præmittenda.

¶ Tertiò colligitur verus intellectus ad text. in c. I. de cau. pos. & prop. Nam illic nulla tollitur à principe potestas, nec significatur in eo deficere potestatem, ex verbo possumus, præmissa negatione, lex siquidem humana nullam inducit principi præcisam necessitatem; sed potius materia subjecta, qua ratione à jure naturali necessitatem inducit ipsam principi, eadem ostendit, principem nihil posse adversus inauditum, & non citatum definire. Quemadmodum in specie locum istum explicat Fortun. in dicta I. Gallus. ff. de liberis & posthumis in principio. col. 16.

¶ Quartò ex his deducitur intellectus clausula illius, quæ frequentissima est in Romana curia ad supplendos quoscumque defectus, ut per eam defectus citationis minimè suppleri videatur, quod expressum notat Staphil. de litteris grat. & iust. fol. 145. & optimè Ludovic. Gomez. in tract. utrinque signatura. n. 68.

¶ Quintò probari poterit ex prænotata conclusione, posse principem appellationem tollere: ubi litis alicujus etiam gravis definitionem committit judici ea in re peritissimo & integrissimo, etenim judex ipse procedere debet citatis his, quos negotium tangit, eorumque defensionibus auditis, quod jure naturali necessarium est. At ubi re diligentissime discussa, & examinata, judex ipse sententiam dixerit, non est profecto ratione naturali appellatione necessariò admittenda, cum lites non debeant esse immortales, imò reipublicæ conveniat easdem cito definiti. cap. fin. de dol. & cont.

¶ Sextò infertur, sanctissimè quibusdam legibus quandoque appellationem tolli propter negotiorum qualitatem, quæ non patitur juxta reipublicæ bene institutione utilitatem, executionem, sententiæ appellatione proposita impediri.

¶ Septimò illud est manifestum, plerumque tenere, & sine ulla causa tolli à principe appellatione. Didaci Covarr. Tom. II.

nem non examinatis prius negotiis & judicis qualitatibus, quod fieri juste non potest. Appellatio. nis etenim defensio non est à principe tollenda, nisi ex causa secundum And. Iscr. & Math. de Affl. in Neapol. constituta in proemio, q. 10.

¶ Octavò appetet item, sancte, ac religiose in religionibus monachorum appellandi usum sublatum fuisse. Nam etiam possit accidere, monachum aliquem injuria læsum affligi à p̄alato, tamen multa damna ex appellationibus sequentur, quæ religio. nis nervum, & decus potissimum macularent. Sic etenim in specie probat Dominicus à Soto lib. 5. de justit. & jure quart. 6. art. 3.

¶ Effectus autem hujus clausulæ, appellatione remota, tradidere gl. & Doct. in c. pastoralis. in princ. de appell. & in c. de rescript. Ant. & Imol. in c. de his que sunt à majori parte cap. Præposit. & Decius in c. ut debitus. colum. 4. de appellat. quibus addit Nicolum in concordia 6. glossarum fallent. 68. Fel. in c. significaverunt. de except. col. pen. gloss. in c. ult. de heret. in 6. in verb. figura. Iaf. in §. in bona fidei. Inst. de actionibus. n. 55. & in l. omnes populi. col. 3. ff. de justitia & iur. gloss. in Clement. sapè. in verb. mandamus. de verb. signif. Fel. in c. pen. de acc.

¶ Septimò, ut propositam hoc in capite attentatorum materiam prosequamur, constanter & verè asleveramus, non tantum revocationem attentatorum prætermittendam esse, quoties appellationi locus non sit, sed & ubi appellatio jure admittitur quoad effectum devolutionis causæ ad judicem superiorum, modo ea appellatio non habeat effectum suspensionis, ex qua jurisdictione judicis à quo appellatum est, interim cesset, & suspendatur. Hoc etenim plerumque poterit contingere, quod appellatio admittenda sit quoad devolutionem, non tamen quoad suspensionem, quemadmodum adnotarunt Philippus Francus & alij in d. c. pastoralis. in princ. de appell. n. 6. & ibi Imol. col. 3. text. singularis in c. pastoralis §. præterea. de offi. deleg. ex quo id adnotarunt Panorm. illic & alij. Idem Panorm. in d. c. pastoralis de app. col. 3. Nam ex eo suspenditur jurisdictione judicis à quo in d. §. præterea. per appellationem, quæ non erat admittenda quoad effectum suspensionis. Quid Romanus Pontifex ex certa scientia ipsam appellationem ad eum effectum admiserit, causamque aliis judicibus definiendam delegaverit. Sed & huic septimo intellectui adstipulat omnino ratio evidens, siquidem appellatione pendente novata ideo revocantur, quia novari nihil potuit pendente appellatione, eaque novatio jure improbat, ne fiat injuria superiori, cui deferendum est: igitur ubi jure ipsum permittit novationem istam, quia non suspendit jurisdictionem judicis à quo fuit appellatum, profecto non est cur de revocatione attentatorum tractetur. Cui opinioni aliquot exempla non verebimur aptate, quo res ista fiat evidenter, eam etenim probat And. Tiraq. in tract. le mort. 6. par. declaratione 6. n. 7.

¶ Primum equidem & exponit exemplum in iudicio possessorio adipiscendæ vel recuperandæ, in quo appellatione admittenda non est quoad effectum suspensionis. I. unica. C. de mom. possess. licet admitti debat, quoad causæ devolutionem, sicuti probare conatur Bard. in l. 2. ff. de app. recipi. n. 6. Panorm. in c. cum ad sedem de restit. spol. num. 30. in cons. 55. lib. 2. Ang. in cons. 107. Auf. in Capella Tholosana ultima. Quam opinionem in praxi receptam esse testantur Matth. de Affl. decisione 269. & Rebus. super leges Regias, tract. 1. de sent. exec. art. 5. gl. 5. eandem opinionem sequuntur Bal. in l. 2. C. de episcop aud. num. 22. Archid. in §. de possessione. 2. q. 6. Ripa in c. sapè de restit. spol. n. 2. Paul. Paris. cons. 108. n. 20. lib. 1. qui scribit hanc opinionem communem esse, idem fatetur Robertus Maranta in

trael. de ord. judiciorum, par. 6. cap. de appellat. n. 294. quam probate videtur text. in c. ei qui. §. de posses. 2. q. 6. & in d. l. unica C. si de moment. posses. quam ad hoc expressum inducit illic Albert. Nec tamen diffiteor, plerisque placuisse, hac in re constitui discrimen inter jus Pontificium, & Cæsareum, ut secundum illud in judicio possessorio omnino admittatur appellatio, quoad utrumque effectum suspensionis, & devolutionis, secundum istud minime admittatur, nec ad effectum devolutionis, sic etenim placuit gl. in c. 1. de caus. poss. cuius opinio communis est, ut constat ex Dec. conf. 28. & Nicel. in 6. concordia glossarum fall. 5. & 6. Ripa in d. c. sepe. n. 3. eamque sequitur Præctica Ferrat. in forma libelli expol. poss. & plerique alij, quorum meminere Dec. qui eos sequitur in d. conf. & Paul Paris. superius citatus, col. 3; ipse vero controversiam istam opinor definiendam omnino esse tribus conclusionibus.

¶ Prima conclusio: Jure Pontificio à sententia lata in judicio possessorio appellatio admittenda est ad utrumque effectum suspensionis, & devolutionis. Hanc conclusionem secuti sunt hi, quos primo loco citavimus, quam esse communem fatetur Pan. in d. c. cum ad sedem. & post eum in hoc sensu Nicel. in d. concordia 6. eamdem sic intellexere Matth. de Affl. d. decis. 269. Bal. conf. 321. lib. 3. idem Bal. conf. 379. lib. 1. & conf. 141. eolib. n. 1. & probatur expressum in Clem. un. de sequest. poss. & fruct. qua decimum est, non esse quem privandum possessione post unam sententiam in judicio possessorio contra eum latam. Hæc eadem conclusio jure regio satis constat, siquidem prima sententia lata in judicio possessorio regulariter pendente appellacione, vel supplicatione minime mandatur executioni quod appetit in l. 28. earum legum, quæ Madritiæ dicuntur.

¶ Ex hoc patet falsum esse quod Gozadinus conf. 50. n. 4. & Aufter. in d. Capel. Tholof. ult. asseverant tenentes jure pontificio appellacionem à sententia lata in judicio possessorio non habere effectum suspensivum, sed tantum devolutivum. Etenim contrarium probatur in d. Clem. un. ubi Imol. col. ult. post Lampum hoc ipsum tenet. Nec Card. ubi quidquam suffragatur Aufterio, & Gozadino, nec item alij autores ab eis citati, quippe qui nequaquam tenuerint, nec probave int, quod ipsis adscribitur. Alioqui nulla esset differencia inter jus Pontificium, & Cæsareum, quam tamei omnes constituerunt.

¶ Secunda conclusio: Quamvis juxta veterum quorundam opinionem, quæ apud juris civilis professores communis olim fuit, & adhuc esse quibusdam videtur, appellatio in judicio possessorio jure Cæsareo nullum effectum habeat: post Battol. tamen receptum est frequentiori consensu, appellacionem istam admittendam fore quoad effectum devolutivum, licet executio sententiae minime impediatur. Hanc conclusionem probamus his auctoritatibus, quatum paulo ante mentionem fecimus. Nam & veterem illam opinionem, cuius passim mentio fit, ita intellexere Panorm. Batt. Bald. Paris. Matth. de Afflct. Aufter. Ripa. & plerique alij, ut tandem opinemur hanc sententiam communem esse, quod & Robertus Maranta palam asseverat illud adjiciens, quod ubi causa proprietas non potest breviter expediti, & tractari, tunc appellatio à sententia lata in possessorio habet etiam effectum devolutivum, & suspensivum, quæ momentanea non est, atque ita hanc conclusionem novam esse censet, ipse vero falsam opinor, ex eo, quod super ipso possessorio facilius possit lis finiri, & expediti apud judicem appellacionis, quæ saltem habuit effectum devolutivum, ex quo poterit gravamen per executionem sententiae illatum brevi manu reparari.

¶ Tertia conclusio: Non tantum jure civili, sed & Pontificio appellatio admittenda non est ad suspensionis effectum ab ea sententia, quæ fertur in judicio possessorio ex constitutione ultima, C. de edit. divi Adriani tol. Hujus opinionis auctor est Bald. in conf. 141. n. 1. lib. 1. idem Bald. in conf. 203. lib. 4. nam quod iure civili admittatur hæc appellatio, assertit Batt. communiter receptus in d. l. ult. col. fin. tex. opt. in l. quisquis C. quorum app. non recip. gl. item in d. l. ult. in verb. missus est. latè And. Tiraq. in tract. le morte. par. 6. declar. 6. idem esse respondendum jure pontificio Bald. ex eo censet, quod nullibi sit eo jure contrarium statutum, & præterea quia favore testamentorum, & hæreditatum vacantium hoc judicium possessorium summariè debeat expediti, nec omnino sequatur aliorum conditionem judiciorum, quæ de possessione plerumque tractantur. Sed & si hoc dubium iure pontificio cuiuspiam videtur, illud obsecro consideret, quam facile sit inquis appellacionibus legitimis, ac veros defunctorum hæredes possessione tertum hæreditarium interim injustissimè fraudare. Quamobrem Bald. existimat, etiam in hac specie differendam esse sententiae executionem, quoties appellans causam aliquam exposuerit, quæ justa videtur possit ad appellationem omnino admittendam.

¶ Hinc constat, qua ratione usu forensi obtentum facit in hoc regio prætorio, quod minime fiat revocatio novatorum, seu attentatorum appellatione pendente ab ea sententia, quæ lata fuit super missione in possessionem bonorum in favorem hæredis, juxta d. l. ult. C. de edit. divi Adr. tol. etiamsi jure regio sit admittenda appellatio ad effectum suspensionis à sententia lata in judicio possessorio.

¶ Sic denique mihi non placet, quod quidam opinantur censentes, non esse in hac quæstione discrimen aliquod inter jus canonicum, & civile, in d' utroque jure admittendam esse appellationem à sententia lata in judicio possessorio eo tantum casu, quo gravamen non possit per sententiam in petitorio judicio pronunciandam reparari, sic etenim placet Ang. in conf. 46. cuius opinionem veram esse existimat Oldendorpius in libello de jure & aquitate, tit. 12. Nam & ipsis juris Pontificij & Cæsarei responsis, & constitutionibus manifesta est ea differentia, quam hoc in loco nos tradidimus, tametsi jure Cæsareo sit recipienda omnino appellatio in judicio possessorio, ubi gravamen non possit tolli per sententiam latam super petitorio judicio, secundum communem. Eadem ferme ratione regia lex dissinivit, post duas sententias conformes latas in judicio possessorio non esse admittendam supplicationem illam, quæ lege regia fit ad ipsummet regem data idonea cautione, & sub fidejussionibus de solvendis mille ac quingentis nummis aureis Castellaniis, si fuerit conformata sententia lata in auditorio regis, à qua extitit supplicatum. L. 28. in legibus Madritiæ, est etenim ratio hujus constitutionis potissimum procedens ab his, quæ jure civili statuta sunt circa appellationem, quæ proponitur à sententia lata in judicio possessorio.

¶ Pati sane jure, lege itidem regia, quæ lata fuit anno 1543. (hodie l. 9. tit. 8. lib. 5. Recop.) decreta est, non esse admittendam quoad effectum suspensivum, supplicationem à sententia regi, ac supremi prætorii, qua fuerit pronunciatum mortuo possessorio primogeniij, quis sit in possessionem ejusdem mittendus, secundum ipsius majoratus institutionem. Fit etenim hujus sententiae execuio non obstante supplicatione, propter momentaneam ipsam possessionem, quæ statim mortuo possessorie transfertur jure regio in legitime vocatum ad primogenium. L. 45. Tauri (hodie lib. 8. tit. 7. lib. 5. Recop. 1.) nec debet diu vacare occupatione, ac reali apprehensione, præsertim quia non tam agitur in hoc judicio.

judicio summario de ipsa possessione, quam ad detentione, ut inquit ipsa lex. Detentio siquidem magis momentanea censetur, quam ipsa possessio. l. 3. §. ult. ff. de acq. poss. juncta l. non solum. §. quod vulgo. ff. de usu. cap. 8c nos paucis tradidimus in reg. possessor. 2. part. in princ. n. 2. de reg. jur. in 6. idcirco quod in l. unica. C. de moment. possessione. traditur, aptius congruit detentio quam possessioni, ut ipse Angelus sensit in d. conf. 66. licet vere sit etiam de possessione intelligendum.

¶ Cæterum licet à sententia lata judicio possessorio appellatio non sit admittenda, tamen si appellatur in hoc judicio ab inordinato processu, erit nihilominus locus appellationi, secundum Bald. in cap. ex conquestione. col. 1. de restit. spol. Battol. in l. 2. col. 2. ff. de appell. recip. Jafon. in l. 1. notab. 3. ff. de bonor. poss. secundum tab. & Catel. Cot. dictione applicari.

¶ Idem erit quoties lata fuerit sententia in judicio possessorio, circa possessionem ipsam restituendam, & ipsius rei fructus perceptos. Nam licet appellatio non sit admittenda, qua ex parte sententia possessionem tangit; tamen recte proponitur, & est recipienda quatenus sententia ipsa condemnat possessorem ad fructus restituendos, quod notat Bald. in l. unica. C. de comment. poss. Batt. in l. creditor. §. iustus ff. de appell. Matth. de Afl. in decisione Neapol. 67. ad finem. ex quibus sententiæ executio suspenditur.

¶ Igitur ex his manifestum fit, quandoque appellationem admittendam esse, nec tamen ex hoc revocanda fore innovata pendente appellatione, ut constat in hoc primo exemplo. Secundum hujus conclusionis + exemplum aptissime traditur ex lege Regia, quæ Toletana vulgo nuncupatur, quæ judices ipsos instruit, qua forma & modo procedere debant in eo judicio, quo summatiæ agitur, ut civitatis, & oppidis restituantur agri, qui cum communis essent, publici & ipsius reipublicæ, quoad dominium universale, occupati fuere à privatis quibusdam propria auctoritate, aut absque titulo justo, quo solent similes agri jure obtineti. Etenim à sententia lata in hoc judicio possessorio, juxta formam à lege præscriptam recipienda est appellatio à judice superiori, quia effectum habet devolutionis, est tamen sententia tradenda executioni à judice, qui eam pronunciavit, textus est in l. 5. tit.

3. lib. 7. ordin. (hodie l. 3. tit. 7. lib. 7. Recopil.) Cujus intellectum diligenter explicat Petrus Avendanius in tract. de exequendis litteris regiis. cap. 4. n. 12. sit ergo, ut in hac specie licet recipiat appellatio, minimè tamen revocetur attentata pendente appellatione.

¶ Tertium exemplum itidem est facile jure Regio, Nam licet olim fuit controversum & frequentiori sententia diffinitum admittendam esse appellationem à sententia, quæ pronunciatur super executione instrumenti publici, & garantij secundum ea, quæ traduntur à Roderico Zuar. in l. postrem. ff. de re judic. part. ulti. quest. 6. hodie tamen lege 64. Tauri. sanctum est, appellatione non obstante finiendam fore, ac peragendam executionem ipsam, tametsi appellatio sit recipienda quoad effectum devolutionis. Unde in hac etiam specie appellatio effectum habet denovationis, non tamen suspensionis, & ideo novata pendente appellatione revocanda non sunt, nec revocantur remedio attentatorum. Admittitur verò appellatio à judice, ad quam fuit provocatum, ut prior sententia revocetur, vel confirmetur, cuius equidem questionis cognitio summatiæ tractatur ita quidem, ut invito, ac teniente ipso, contra quem pronunciatum est, nullquam admittatur adversarius ad probationem. Quia semel executioni tradita sententia, apud judicem ap-

pellationis agendum est, an juxta formam à lege Regia præscriptam fuerit facta executio. Lex autem Regia semel tantum, & intra decem dies probacionem admittit, idcirco non aliter est instrumentum mandandum executioni, quam eadem forma servata, qua ratione quoties qui appellat, allegans non fuisse factam executionem secundum Regiam constitutionem, gravamen hoc ex eisdem actis, non ex novis erit diffiniendum, quia si judex factio potius, quam iuste processit, revocanda est ejus executio eodem modo nulla expectata probationis justificatione. Quod adnotare videtur Baldus, Salicet. & Jason. n. 9. in l. si pacio quo pœnam. C. de pacis. tex. opt. in l. 1. §. 1. ff. simul ventris nom. gloss. insignis in l. minor. in princ. ff. de evict. ubi est textus cuius plerique meminere, præsertim Alexand. in l. de unoquoq; ff. de re judic. col. pen. & in l. quod jussu. col. 9. eod. it. Joan. Bapt. in tract. de debit. susp. & fugit. quest. ult. Bertrand. in conf. 117. in nova parte. Fel. in c. qualiter in primo de accusat. col. 7. Hinc etiam fit, ut ille contra quem mandata est executioni sententia lata super instrumenti publici executione, admittatur ad probationem, si ea uti velit, etiam adversario refragante, potest enim proprio iure renunciate. Quod si sententia in hac specie lata non fuerit executioni tradita, non erit qui appellavit admittendus ad probationem altera parte contradicente, in cuius gratiam tunc, dum instrumenti execucio facta omnino non est, negatur alteri probatio in appellationis judicio, atque haec praxis frequenter recipit.

#### C A P U T XXIV.

Rursus de revocatione attentatorum tractantur multa,

#### S U M M A R I A.

- 1 Attentata pendente appellatione ab interlocutoria non revocantur ante omnia, etiamsi articulus appellationis sit connexus principalis.
- 2 Attentata post appellationem ab interlocutoria, quoad legem ipsam etiam ante inhibitionem nulla sunt & irrita.
- 3 Inhibitione non aliter operatur effectum, quam si fuerit canonice facta, & que dicatur canonica?
- 4 Attentata per tertium non sunt ante omnia revocanda.
- 5 Attentata post appellationem extrajudiciale, an sunt ante omnia revocanda?
- 6 Nullitatis questione pendente, an su aliquid novandum, & an attentata sunt ante omnia revocanda?
- 7 Nullitas quando dicatur tractari principaliter, quando incidenter?
- 8 Succubens in causa appellationis, vel deserens eam, an possit agere de nullitate, & nullitatis causam prosequi?

Hæc tenus quidem multa explicuimus, quæ possimum convenienter videntur satis frequenti questioni, quæ de revocatione attentatorum in judicis agitur. Nunc vero eandem prosecuturi materiam, libenter & alia tradere conabimur, maxime de revocatione eorum, quæ post appellationem à sententia interlocutoria, & ab actu extrajudiciali novata fuerint. Nam & de hoc sepiissime controvertitur in summis curiaturum tribunalibus. Extat sane de appellatione ab interlocutoria text. elegans in c. non solum. in §. 1. de app. in 6. quo decisum est attentata post appellationem ab interlocutoria non

esse revocanda, donec fuerit appellatio ipsa justificata per probationem, id est, probetur vera causa apellandi. Nisi novatio fiat post canoniam inhibitionem factam & decretam à judice appellationis. Hæc vero constitutio in specie intelligenda, traditis aliquot interpretationibus ad ejus proximam, & forensem usum, meminit vero hujus constitutionis eleganter Rota in novis 234. cuius minime Panorm. in c. 1. col. 3. & Imol. ac Dec. n. 11. de appell.

¶ Primo quidem prior pars hujus decisionis obtinet, etiam si appellatio ipsa fuerit proposita ab interlocutoria quæ fuit pronunciata in articulo, & quæstione admodum connexa principali controversiæ, & cause, † nam & in hoc casu novata pendente appellatione non sunt revocanda, donec probetur vera, & justa causa ipsius appellationis. Siquidem in hoc distinguitur appellatio à diffinitiva, ab appellatione ab interlocutoria, quia prior appellatio statim absque ulla justificatione habet effectum suspensum omnino, nec est necessaria justificatio cause, ut suspensa censeatur, & vere sit suspensa jurisdictionis judicis, à quo provocatum est, posterior autem appellatio exigit necessario causæ expressam mentionem, ut justificetur, & ejus probatio, ut omnino suspensa sit ad effectum revocandi attentata jurisdictionis judicis inferioris, qui sententiam pronunciavit.

Alioqui, si hæc differentia tantum servanda foret in appellatione ab interlocutoria, quæ lata est articulo non connexo causæ principali, profecto nimis restingeretur insignis responsio Pontificis in d. c. non solum. §. 1. præsertim, quia secundum Panorm. in c. super eo. in primo. de appell. post glossam ibi, & Colmam in pragmatica sanctione. tit. de causis. §. & ne sub umbra. vers. interponi jurisdictionis judicis, à quo appellatur a sententia interlocutoria pronunciata in articulo, etiam non connexo causæ principali suspenditur interim pendente appellatione, quoad ipsum adhuc principale negotium. Ergo si nulla foret constituenda differentia inter appellationem ab interlocutoria, quoad revocationem atten-tatorum, consequeretur admissa Abb. sententia, non esse admittendam decisionem Pontificis in d. c. non solum nec ei locum esse, cum ex quacumque appellatione ab interlocutoria maneret suspensa jurisdictionis judicis, à quo provocatum fuit, & ideo es-sent ante omnia revocanda ea, quæ post appellationem fuere novata. Sed hoc appertissime refelli-tut ex ea, quam constituimus differentia. Nam etiam si appellationis causa suspensa sit jurisdictionis judicis inferioris, id vero ita est accipendum, ut hæc sus-pensio omnino fiat statim, & vere atq; cum effectu, per appellationem à definitiva, non tamen per appella-tionem ab interlocutoria, etenim suspenditur jurisdictionis judicis inferioris per hanc appellationem non equidem statim, vere nec cum effectu, sed in eventum quo probata sit appellationis causa, & sub ea conditione. Quod constat in d. c. non solum. §. 1. nec tamen admittimus opinionem Panormitanum, potius etenim contrarium probamus asseverantes, per appellationem ab interlocutoria pronunciata in eo articulo qui est connexus quæstioni principali, suspendi jurisdictionem judicis, quoad ipsum negotium principale, non tamen ubi interlocutoria sit pronunciata in articulo non connexo principali quæstiōni, nam per appellationem ab hac interlocutoria non suspenditur jurisdictionis judicis, quoad principale negotium, nec tenetur judex, à quo provocatur, eidem supersedere, quemadmodum te-nuerunt Ant. Imol. Franc. Dec. in d. c. super eo. idem Dec. in c. ad hæc. in primo, & in c. bone. cod. tit. col. 4. quibus in locis scribit hanc Opinionem Communem esse, qua ratione, quoties interlocutoria

fuit lata in articulo non connexo, sed separato à quæstione principali, novata pendente appellatione non revocantur, etiam si probetur vera causa appellationis, nisi novatio fiat super eo articulo, in quo provocatio facta fuit. Quod nos deducimus ex vero sensu, & intellectu eorum, quæ modo adnotavimus. Extat igitur regula juris quod attentata post appellationem ab hac interlocutoria non revocantur, donec de veritate cause appellandi consti-terit, adeo ut etiam auxilium brachii facultatis interim peti possit, secundum Frederic. consil. 163. col. 2.

¶ Secunda igitur constat interpretatio ad textum in d. c. non solum, in hunc sane modum, † ut novata pendente appellatione ab interlocutoria, etiam ante inhibitionem & probationem gravaminis, sint nulla, & irrita, quoad legem, quæ certa est, & cui vere appetit justitia appellationis, text. & illic Panorm. in c. super question. §. ult. ff. de offic. deleg. tametsi quoad nos, qui sumus incerti, sit ex-pectanda probatio gravaminis, & cause appellationis, id ipsum tenent Card. & Barbar. in dicto §. ult. Francus, & Præposit. in cap. consuluit. de appellatio. in 6. idem Domin. in cap. quoties episcopi. 2. quæst. 6. ubi est text. optim. Rota item in novis. 11. tametsi Dec. in d. cap. consuluit, col. ult. disputet, & probare velit, hæc attentata ipso jure valere, licet sint postea probata causa gravaminis revocanda, & loquitur non solum in attentatis post appellationem ab interlocutoria, sed in his, quæ novata fuerint post appellationem à definitiva. Nos vero com-munem opinionem sequimur, & text. in d. c. non solum. qui revocationem exigit, etiam in attentatis post appellationem à definitiva, ita interpretati sunt ut revocatio fieri debeat, quatenus de facto fuere innovata. Quod notat Lapus alleg. prima, & fa-tentur Juniores in d. c. consuluit.

¶ Tertiò est præ cæteris observandum inhibitionem illam quæ necessaria est, † ut novata post appellationem ab interlocutoria statim ante omnia revocentur, si post inhibitionem fuerint attentata, canonica esse oportere, ut probat text. in d. cap. non solum. Canonica vero inhibitio dicitur quoties ea facta fuit prævia causæ cognitione ad hoc, ne appellatio sit recipienda ex causa probabili, secundum Innoc. & ibi Fel. n. 14. in c. dilectus. in 2. de rescript. text. opt. in c. Romana. §. quod si objiciatur. de appell. in 6. quod fieri debet citata parte, text. in eo c. Rom. §. si vero. Domin. & Franc. in d. c. non solum. Rota in novis 412. Fel. in d. c. super quæstionem. §. ult. qui testificatur, se vidisse hoc ipsum à practicis servatum fuisse. Hæc enim est inhibitio canonica juxta Communem omnium Sententiam, cui adde Rotam 11. in novis, & idem tractantem Vi-talem in tract. clausularum in cap. nil novari appell. pen-dente. vers. supereft nunc videre.

¶ Quartò hæc inhibitio canonica, ut novata re-vocentur, tanti est effectus, quod revocatio fieri debet, etiam si qui appellatur, postmodum appella-tionis renunciaverit, quemadmodum notat Lpus, & Domin. in c. concertationi. de app. in 6. col. 1. Rota in novis 103. idem Lpus allegatione 1. ad fin. & Franc. in d. c. non solum. §. illa 1. nota. etenim via nullitatis hæc revocatio fieri poterit, licet con-trarium velit Rota 1. in novis. quod forsitan usus fo-rensis admisit.

¶ Quintò idem erit, etiam si post inhibitionem non probetur veritas causæ appellationis, & pronuncietur male appellatum. Nam revocari de-bent ea quæ fuerint novata pendente appellatione post inhibitionem, quod aperte probat text. in d. cap. non solum. §. & inibi not. Joan. And. & Rota in novis 412. licet posset huic inductioni responderi

responderi, quod novata post appellationem ab interlocutoria, & post inhibitionem canonicam, revocantur statim ante omnia priusquam constat veram esse appellandi causam, non tamen postea, quam apparuit eam injustam & falsam fuisse, & hoc forsitan sensit gl. in d. c. non solum in verb. reducendum vers. redundo. Verum generaliter est in hoc tractatu considerandum, † attentata tunc esse ante

- 4 omnia revocanda, cum novatio sit à judice, vel ab adversario, non tamen ubi novatio sit à tertio qui non litigat. Etenim novatio ista non revocatur per hoc auxilium lege pontificia & Cæsarea decretum. gl. celebribus in dict. c. non solum. in verb. reducendum. gloss. in l. creditor. ff. mand. in verb. non posse. Panorm. in c. pro illorum. col. 3. de præbend. idem Abb. in cap. bona. col. pen. de app. Bald. in c. super quæst. de offic. deleg. col. 2. idem Bald. in l. ult. in princ. col. ult. C. de app. Fel. in c. cum super col. 3. de re judic. Præpos. & alij in d. c. bona col. 6. quidquid scriperit Bald. Novel. de dote 12. part. col. antep. nec etenim probat contrarium text. in c. ex parte A. de testib. quia sit inibi revocatio attentatorum ex eo, quod tertius habuit causam à judice novante, & attentante, sicuti perpendunt Imol. in d. c. ex parte. & Præpos. in d. c. bona. & tandem fatentur id verum esse Novel. auctoritate. gl. in d. c. non solum. in verb. reducendum.

- 5 ¶ Hæc vero de appellatione judiciali. † Nam in appellatione extrajudiciali attentata, ea pendente, non revocantur ante omnia, sed pendent ex futuro eventu, quia revocantur cum probata fuerit vera causa appellandi, ut denique sit idem, quod in appellatione à sententia interlocutoria, est ad hoc gloss. illic ab omnibus fere recepta in d. c. non solum. Idem tenent Abb. in c. cum nobis. col. 5. de electio. Francus post alios in cap. bona de app. ubi Præpos. scribit, hanc Communem Opini. n. m. esse quam etiam sequitur Guido Papæ cons. 138. probat text. in c. cum inter de elect. nec urget in contrarium text. in d. c. bona. quia in eo casu probata fuit veritas causæ appellandi ad revocationem attentatorum, qui invitis ad appellationem ipsam justificandam satis fuit probare, appellationem propositam fuisse ex caula verisimili & probabili. Quod tamen non sufficit ad effectum, ut revocentur attentata, tametsi Abbas & Decius ibi existiment in appellatione extrajudiciali ad revocationem attentatorum sat esse, appellatum fuisse causa verisimili, & probabili. Nos etenim Innocent. secuti opiniam textum in dict. cap. bona, esse ita interpretandum, ut modo explicuimus. Nec tamen dubitamus, attentata post appellationem extrajudicialem nulla esse statim legem, si vera sunt quæ superius tradidimus de attentatis post appellationem judicialem, ex Abb. in cap. consuluit. de app.

- 6 ¶ Postremò in hac attentatorum materia oportet admonere etiam nihil esse novandum pendente nullitate, nam sententia quæ dicitur nulli, non est executioni mandanda, & ideo, † quæ fuerint attentata pendente lite super nullitate sunt revocanda ante omnia, quod deducitur ex Bart. in l. 1. Cod. quando provoc. non est necesse. nu. 18. idem fere voluerunt Baldus in authent. que supplicat. ad fin. C. de precibus imperia. off. Jason. in l. 1. nu. 1. C. de bonorum posses. secundum tabulas. tametsi Bald. post Innoc. in c. cum in jure. de offic. deleg. censeat, attentata pendente nullitate non esse ante omnia revocanda, licet nihil debeat novari pendente nullitate, sic etenim Bald. in d. authent. que supplicatio. Ex Innocentio adnotavit idem Vitalis in tract. Claustralum, cap. nullitate pendente. Angel. & Imol. in l. 4. § condemnatum. ff. de re judic. Rota in novis 280. auctoritate textus in l. ult. C. de ordin. cognitio. idem late probat Franc. in dilect. quæst. 10. de

appel. scribens non impediti executionem sententiae ex eo, quod super nullitate ipsius lis pendeat principalis, itaque de ea principaliter actum, quod ex Innoc. in d. c. cum in jure. Angelo. & aliis in d. §. condemnatum. adnotavit afferens, non posse contrarium ex Bartoli conclusione deduci, & veram esse opinionem Innocentii. Cui tamen responderi poterit, quod illuc suberat suspicio maxima nullitatem calumniosè tractari, unde mirum videri non debet nō fuisse ante omnia revocata, quæ fuerunt pendente nullitate attentata. Quamobrem priorem sententiam probare videntur Paul. & Alex. in dict. §. condemnatum. & Salic. in lib. 1. Cod. ne tertio provocare.

¶ Tandem in hac quæstione adnotandum erit, quandoque Nullitatem per exceptionem opponi ad impediendam executionem, & in hac specie, an executio impediatur, tradidere Bart. Alexand. Jason. & Ripa post alios in dict. §. condemnatum. idem & nos fortan paulo post summatis tractabimus. Etenim hic casus non omnino convenit, propositæ dubitationi, quia judex executor de exceptione ista cognitus est, teneturque super ea tacite, vel expressim sententiam dicere. Quandoque principaliter agitur de nullitate ad recissionem sententiae, vel ejus actus qui nullus esse censemur, tunc sane opinor magis receptum esse, nihil fore novandum pendente hoc judicio, donec finita sit nullitatis causa. Hujus opinionis auctores sunt Bartol. Bald. Paul. Alex. & Jason quorum modo meminimus. Quod si novatio facta fuerit ante inhibitionem judicis superioris, qui de nullitate cognoscit, non erunt attentata revocanda ante omnia, revocabuntur tamen omnino, si fuerint post hanc inhibitionem attentata, sicut visum est Paulo Cast. in d. auth. que supplicatio. & Francisco Rip. in d. l. §. condemnatum. num. 18. idem sensit Vantius de nullitatibus, c. quot & quibus modis. nu. 30. licet contrarium teneat Rota in decis. 280. in novis. quam pro seipso falso citat Franciscus à Ripa, cum expressim Rota responderit, non esse revocanda ea, quæ post etiam inhibitionem fuerint attentata.

¶ Quod sequitur Francus in c. dilecto. de app. n. 43. atque ita multa poterunt conciliari, quæ passim in utramque hujus dubiæ questionis partem solent adduci.

¶ Est igitur non alienum à nostro instituto inquirere, quoniam modo nullitas principaliter, aut incidenter in judicio tractetur, siquidem passim hoc practicis contingit, & tunc potissimum dubitatur, cum adversus sententiam ita quis conqueritur, dico sententiam nullam esse, & si qua est, appello. † Etenim esse hanc nullitatem deductam principaliter, non incidenter, voluerunt Bartolus in l. ff. express. ff. de appell. n. 3. & illic Imol. col. 6. Jacobus Burri. in l. 1. Cod. quando provoc. non est necess. Anch. in Clem. 1. col. 4. de app. Jason. in l. Tertia texiores. §. 1. ff. de legatis. 1. Franc. in cap. dilecto. de appell. quæst. 48. & qu. 58. ibid. Jason in l. 1. col. 3. ff. de justit. & iure. quorum Opinio Communis est, secundum Dec. in d. c. dilecto. col. ult. Alex. cons. 2. lib. 3. n. 14. & Sebalt. Vant. de nullitatibus. caput. quot. & quibus modis nullitas proponi possit num. 12. tametsi Salic. post g'o. ibi in d. l. 1. C. quando provoc. non est necess. & Lanfranc. in cap. quoniam contra de probat. in verb. interlocutoria. n. 39. contrarium probare conentur, afferentes in prescripta specie, nullitatem deducunt non principaliter, sed incidenter. Aliis vero modis in judicium deducitur principaliter nullitatis causa, ut constat ex Bart. Franco, & Sebastian Vantio in locis modo commemoratis, habetque hæc disputatio nonnullos maximi momenti effectus. Nec ambigi poterit, tunc causam nullitatis deduci principaliter, cum dicitur sententia, vel actus nullus, cujusque

cujsque rescissio petitur absque illa mentione appellationis, quod omnes fatentur, nec de hoc quisquam hactenus dubitavit.

Sed etiā verum omnino foret, attentata pendente nullitatis quæstione principaliter tractata, non esse ante omnia revocanda, quod superius diximus, atamen ubi nullitas principaliter dedicatur simul cum appellatione, sunt revocanda ante omnia; quæ fuerint nullitate pendente attentata, propter appellationis privilegium quemadmodum fatentur Cuman. in d. l. si expressim. Franc. in dīct. cap. dilecto. qu. 9. n. 25. &c. Sebaſt. Vantius in dīct. cap. quo modis nullias proponi posse. n. 34.

Vetum præter alios effectus, qui constant ex hoc, quod nullus tractetur principaliter, vel incidenter ille potissimum à nostris commemoratur, qui traditur in d. l. i. C. quando provocat. non est necess. & in c. dilecto. de appell. in cuius examine non prætermittam initium sumere à Batt. in d. l. si expressim. n. 10. ff. de appell. is etenim scribit, quod ibi Nullitas fuerit incidenter tractata, quia condemnatus simpliciter appellavit, & deserta sit appellatio, poterit iterum causa nullitatis non obstante desertione proponi & examinari. Nam per desertionem videtur renuntiatum illi nullitati, quæ suberat incidenter appellationi, non autem illi, que principaliter ac distincte poterat ad judicium adduci. text. opt. in d. l. si expressim. ex quo idem erit, † si s. qui appellavit, fuerit in causa appellationis victus. Quam opinionem Batt. sequuntur Doct. Communiter, praesertim Panor. in d. c. dilecto. n. 6. Franc. in q. 58. ibid. Imol. in d. l. si expressim. n. 16. Soc. conf. 10. ult. col. lib. 4. sed quia Batt. idem vult, ubi deserta fuerit appellatio, quæ fuit in hunc modum proposita, dico sententiam nullam, & si qua est, appello. Oportet rem istam ulterius explicare, siquidem sub hac forma inest nullitas, & tractatur principaliter. Est igitur distinguendum, an appellans in causa appellationis fuerit victus, ac succubuerit, an deserta sit ab eodem appellatio. Priori etenim casu planè procedit distinctione, ut iterum agi non possit de nullitate, quæ principaliter deduxa est in judicium. l. 2. C. ex fals. instrum. l. ult. C. de fide. instr. poterit tamen agi de nullitate ubi ea sub appellationis nomine incidenter tractata & examinata fuerit, quod probate videtur text. in Clem. 1. de re judic. Ea etenim quæ summam & incidenter fuere examinata, poterunt etiam finito eo maxime iterum principaliter tractari. c. veniens in 2. de testibus. nec sententia lata in principali præjudicat incidenti, de quo non fuit præmissa plena causæ recognitio. l. à dvo Pio. §. si super reb. ff. de re jud. l. pen. ff. de his, qui sunt sui vel alieni jur. l. si quis à liberis. §. meminisse. ff. de lib. agnos. Atque ita distinctionem iltam in hac specie admittendam esse censet Batt. in d. l. si expressim. n. 3. & in l. 1. C. quando provoc. non est necess. col. pen. Panor. & alii. n. 9 in d. c. dilecto. de appell. & illuc optimè Franc. q. 48. n. 115. Imol. & alij in d. l. si expressim. quorum Opinio Communis est, eamque idem Francus probaverat q. 46. nos vero idem asseveramus ex his etiam, quæ in simili quæstione responderunt Alexand. conf. 79. lib. 2. nn. 4. Dec. conf. 96. lib. 1. Fel. in c. ea que. col. 1. de re judicat. Hujus autem distinctionis posterior pars tunc obtinet, cum simpliciter judex superior pronunciat, male appellatum fuisse. Nam si pronunciaverit, male appellatum fuisse, & optime judicatum etiam nullitas incidenter & obiter in judicium accesserit, in eoque fuerit examinata, non erit locus ulterius eandem principaliter prosequendi, si ab hac ultima sententia non sit provocatum, quemadmodum volueret Joan. Lignia in Clem. 6. appellationem. ult. col. de appell. Panorm. in c. dilecto. num. 10. Imol. n. 10. col. 4. vers. item adverte. & ibi Franc. q. 48. n. 116.

idem Imol. in d. l. si expressim. n. 9. licet Anton. in d. c. dilecto. contrarium sentent. idem

Quod si deserta sit appellatio, tunc iterum est distinguendum. Nam ubi incidenter in causam appellationis accesserit nullitas, quod regulariter fit. Cornel. pia ff. de jure patron. l. quodam mulier ff. familiærissim. si is quem. C. de liber. caus. tunc deserta ipsa appellatione, censetur deserta & ipsa nullitas, quæ appellationi accedit, poterit tamen principaliter iterum nullitas deduci in judicium. text. optimus in c. licet. de sentent. excomm. in 6. id ipsum probari commode potest ex capitul. concertationi. de appell. in 6. tenet expressim Dec. in c. cum su Rom. de appell. in 6. n. 27. non tantum in appellat. extrajudiciali. quod Pan. ibi probat, sed etiam in appellat. judiciali, contra eundem Panorm. tametsi Franc. inibi conetur in utraque appellatione defendere, causam nullitatis appellationi accidentem ex juris interpretatione, deserta appellatione, desertam idem censeri, ut tandem non possit ulterius in judicium deduci. Idem assert Guido Papæ conf. 38. n. 9. Quibus suffragatur Bald. in l. 1. C. de sentent. perfecti prator. quem Francus idem sequitur in c. interposita. §. denique. 4. quæst. de appell. scribers, quod qui renunciat expressim appellationi, censetur etiam renounce nullitati, quæ ipsi appellationi jure accessoria est. Locus autem Baldi falso citatur à Franco, & ideo negatur ejus auctoritas à Decio, scribit etenim Bald. in l. 1. n. 1. C. de sentent. ex peri. recitam. Sed & hoc ipsum verum est, nec propositæ conclusioni aduersatur. Nam appellatione deserta, item & ipsa nullitas deserta est quæ venit accessoria in causa appellationis, & ideo nullitas principalis, ac principaliter poterit in judicium iterum deduci, sicut idem Francus explicat in d. c. dilecto. q. 57. ex Baldo in l. tale padum. §. qui provocavit. 13. q. ff. de pacis. Imol. in d. l. si expressim. n. 16. & Spec. tit. de sententia nulla? Hoc ipsum etiam sensit Bart. in d. l. si expressim. nu. 10. quem multi sequuntur. Et his accedit ratio satis urgens ex his, quæ proximè tradidimus. Nam ubi judex, ad quem provocatum est, pronunciat, male appellatum, non tollitur prosecutio nullitatis principalis, & quæ principaliter in judicium deduci potest, licet actum sit examine appellationis, de nullitate incidenti, & accessoria ipsi appellationi. Ergo idem erit sortiori ratione, ubi appellatio, cui accesserit nullitas incidenter, fuerit deserta.

Verum, ubi nullitas simul cum appellatione principaliter in judicium adducitur, & deserta fuerit appellatio, major contingit controversia, siquidem placuit quibusdam, tunc deserta appellatione, non esse ulterius locum prosequendi nullitatem, quasi commune sit tempus appellationis prosequenda, & ipsius nullitatis examini, ac diffinitioni. Hujus sane opinionis auctores sunt Innocent. in cap. sepe de appellat. Bald. in l. qui testim. ff. de excusat. tutor. Salicet. in lib. 1. C. quando procurare non est necess. hoc deducens ex gl. ibidem, & Cuman. in d. l. si express. col. 3. à quibus libenter dissentio contrarium opinionem fecutus, atque ita existimo, in hac specie deserta appellatione, nondum finitam esse instantiam ad prosequendam nullitatem jam in judicium deducendam, quæ non restringitur his in limitibus, quibus appellatio jure censetur restricta. Etenim appellatione deserta hoc ipsum jure constat, statum causæ esse judicandum, ac si non fuisset appellatum, non tamen ex hoc præclusa est via nullitatem ipsam probandi, & prosequendi. Sic denique in specie opinionem hanc, quam nos probamus, probavere Batt. in d. l. si expressim. nu. 10. & ibi Imola. n. 16. Panorm. in d. c. dilecto. nu. 9. & ibi Franc. q. 58. Socin. conf. 10. col. ult. lib. 4. quorum Opinio mihi Communis videtur, ac frequentio-

quentiori suffragio interpretum probata: idcirco censeo, *cam tuctorem esse, & servandam fore, quamvis qui priori loco fuere citati contrarium sequantur: non enim video locum aliquem juris Canonici, vel civilis, ubi eorum sententia probetur, præsertim quia causa nullitatis ita principalis est in hoc casu, ut ipsa causa appellationis, quod superius probavimus.*

## C A P U T X X V.

*Quando nullitatis objectio impedit sententiæ exceptionem, præsertim ejus, quæ vel tertia est, ac cæteris conformis, vel in instantia revisionis lata.*

## S U M M A R I A.

- 1 *Executio fieri non debet pendente lite super nullitate sententiæ, nisi trium sententiarum conformium.*
- 2 *Nullitas evidenter ex actis constans impedit executionem trium sententiarum.*
- 3 *Tres sententia conformes, etiam in criminalibus executioni mandanda sunt.*
- 4 *Nullitas procedens à defectu jurisdictionis impedit executionem trium sententiarum conformium.*
- 5 *Tres sententia, quando dicantur conformes, & rursus n. 6.*
- 6 *Sententia ultima, que aliquid precedentibus addu, vel detrahit, an sit conformis primis? & ibi exponitur opinio Angeli, in l. unica. C. liceat tertio provocare.*
- 7 *Pendente restitutionis in integrum lite, an sit locus executioni trium sententiarum conformium?*
- 8 *Traduntur & in hoc capite plures intellectus ad clem. primam, de re judicata.*

**P**roximo in capite attigimus, an pendente nullitatis causa sit aliquid novandum, possit renovari? & obiter pœnitimus quandoque executionem sententiæ impediri per nullitatis exceptionem, id vero hac in parte latius examineate constituimus ex eo, quod passim practicis obvium sit, & ad cuiusdam Regiae constitutionis intellectum maximè conduceat. Constituenda igitur est conclusio quædam in hunc sane modum: Sententiæ executio nullitatis exceptione non aliter impeditur, quam si ea probari expeditique summatiæ, atque intra breve tempus possit. Nam cum sententia transferit in rem judicatam, & ejus executio sit summatiæ agenda, nihil est admittendum ad eam impediendum, quod altiorem indaginem requirat, l. à divo Pio. §. si super rebus. ff. de re judic. idcirco conclusionem istam jure veram opinantur Rot. judic. decis. 280. in novis. Batt. & omnes in l. 4. §. condemnatum. ff. in jud. Bald. in l. ab executore. n. 7. C. quorum appell. non recipi. Franc. in c. dilecto. de appell. q. 10. Matth. de Affl. decis. Neapol. 283. text. optim. & illuc Doctor. in l. ult. C. si ex falsis instr. quam Opinionem Communem esse testantur Alexand. in conf. 33. n. lib. 1. Sebas. Vantius in tract. de nullitatib. cap. quot & quibus modis nullitas proponi possit. n. 32. Idem facerunt Alex. Jason. & Junior. in d. §. condemnatum. col. 1. & 2. præterim Franc. à Ripa. Quibus adde Rebuff. part. 1. super leges regias. tit. de sentent. execut. art. 7. gl. 10. n. 4. qui n. 8. assertit in regno Franciæ non posse nullitatem proponi, nec tractari absque appellatione. Eundem legere quispiam poterit in tract. de supplicationibus art. 7. gl. 1. ubi tradit, an in eodem regno admittatur nullitatis allegatio contra sententiam principis, ejusve supremi senatus, tangitque ibidem, an id jure communii probari possit. Ex his appetet, qua-

nam ratione intelligendus sit text. in d. §. condemnatum. l. ex ff. de appell. c. de re judic. Clem. pastoralis. eod. tit. l. i. C. quando provoc. non est necess. i. C. si à non compet. jud. quibus probatur sententiam nullam non habere vires, nec effectum sententiaæ, nec esse mandandam executioni. Id enim verum est, modo summatio, & statim probari valeat ipsa nullitas, secus autem respondendum erit quoties hæc exceptio longius examen requirat.

¶ Huic vero conclusioni est & altera subjicienda, quæ manifeste dictat, † non esse impediendum executionem trium sententiarum conformium per executionem nullitatis. Hæc constat in Clem. i. de re judic. cuius decisio eam rationem habet quod latis tribus sententiis, quæ sunt sibi ipsi conformes, maxima oriatur calumnæ præsumptio adversus voluntem exceptione nullitatis earum executionem impedit. Etenim vehemens admodum est præsumptio pro illa sententia, quæ per appellationem, aut supplicationem suspendi non potest, juxta ea, quæ traduntur in c. in presentia. derenunc. & in c. quoniam contra de probat. sic regia lege sententiam in secunda instantia revisionis latam apud supra Regis tribunalia, tradendam fore executioni, non obstante nullitatis exceptione aliave oppositione quamque. l. 25. tit. 3. lib. ord. 2. (hodie lib. 2. tit. 19; lib. 4. Resopil.) & l. 44. in prag. Regum Catholicorum (hodie l. 5. tit. 12. l. 4. Recopil.) Idein adnotavit Guido Pap. q. 50. scribens non impediri executionem apud Gallos sententiæ latæ in Parlamento Principis, etiam in prima instantia, per exceptionem nullitatis. Quia illa adhuc pendente supplicationis iudicio executioni tradenda est, more atque usi forensi ejusdem regni. Regia vero lex apud nos hoc ipso æquissima est, quod ea sententia non possit per appellationem, aut supplicationem suspendi. Sed & in eo casu, quo sententia prima lata in prætorio Regis mandanda foret executioni non obstante supplicatione, quæ admittenda est absque præjudicio executionis, sub cautione idonea peragenda item & in eo similiter casu, quo secunda sententia sub eadem cautione traditur executioni non obstante supplicatione secunda, quæ ad ipsum Regem proponitur, de quibus tantisper tractavi c. 23. n. 8. posset optimè admitti usus forensis, cuius Guliel. meminit. in d. q. 50. ut minime impeditur executio sententiæ per exceptionem nullitatis.

¶ Potissimum hoc placet, quia in prætorio principis, quoies nullitas opponitur contra processum ipsum in prima, vel in secunda instantia, ex eo, quod ordo juris non fuerit servatus, etiamsi jam sit conclusum in causa, admittitur opponens nullitatem ad allegandum, & probandum intra certum diem, ut fiat reparatio eorum, quæ videntur minus solemniter facta fuisse, & habentur rata ea omnia, quæ acta sunt juris ordine non servato, ant quando iterum repetuntur, juxta gloss. & illuc Doctor. in l. mutar. ff. de procurat. non nt in specie ista, & expressum Matth. de Affl. d. 262. col. ult. & Guid. Pap. in d. que. 50. quibus illud est adjiciendum, plures posse contingere defectus in ea cognitione causarum, quæ ad suprema principum tribunalia expediuntur, ex quibus non debet ita facile censi processus, ac si factus esset per judicem aliquem inferiorem, quemadmodum Rebuff. tradit in d. tract. de supplicationibus art. 7. ing. 1. qui alios allegat, præsentim Innocent. Felin. in conf. de re judic. Matth. de Affl. d. 283. Paris. conf. 218. lib. 1. Regia vero constitutio, & Clementis Papæ responsio non ita distincte intelligenda, sed aliquot expositis interpretationibus ad eam expeditiorem intellectum, facilioriisque præsumptio, ut vere appareat, quando nullitatis exceptione impedit executionem trium sententiarum conformium, aut ejus quæ ultima est in regio prætorio,

- torio, quæque supplicationem non admittit.
- ¶ Primum igitur sunt qui censem, † adversus tres sententias conformes, admittendam esse nullitatis exceptionem ad impediendam executionem, ubi nullitas ipsa notoria est & evidens ex actis. Hujus opinionis auctores sunt Oldra. *conf. 106.* Bald. in *l. 1. Cod. ne liceat tertio provocare.* Card. & Bonif. in *d. Clemen. 1. de jud. Franc.* in *c. dilecto. de appellat. q. 52.* Cornæus *conf. 204. 2. lib. Imol. in l. de pupillo. 6. qui opus. ff. de novi oper. nunci. Dom. conf. 24.* Jas. *conf. 44. colum. 1. lib. 3. Gratus conf. 72. conf. 80.* & *conf. 85. col. 1. rursus idem Dom. conf. 95. col. 1. text. opt.* & illic Felin. in *c. inter cetera. de re jud. Jas. in l. 1. n. 8. ff. de novi operis nunci.* idem Jason. in *l. si is, ad quem. col. 3. ff. de acq. hered.* Curt. Sen. *conf. 59 col. 6.* Curt. Jun. in *l. sub praetextu. C. de transact. Alc. lib. 1. de verb. signific. col. 21.* Aymon. in *conf. 3. col. 1.* Joan. ab Amicis in *conf. 128.* quorum *Opinio Communis* est, cui videtur suffragari text. in *l. veteres. ff. de itinere, actuque privat.* Ex quibus ut propriè tot auctorum mentem explicemus, constat non idem respondendum fore, ubi nullitas, quæ objicitur, offertur cum probatione statim, & in continentia, ut aiunt, assumenda, & quæ hoc modo offertur, nam etiam hac nullitate ita opposita, non impeditur executio trium sententiarum conformium, ut resolvunt Alex. Jas. & apettius R. pa in *l. 4. §. condemnatum nu. 15. ff. de re die.* alioqui nullitas, quæ objicitur, aique offertur cum probatione ipsa statim, & incontinentia assumenda, impedit executionem trium sententiarum conformium, profecto parum utilitatis induceret dicta Clementina constitutio, ac vere † nullam vim majorem tribuissest tribus sententiis conformibus, quam uni, quæ transisset jam in rem judicatam, juxta ea, quæ in initio hujus capituli adnotavimus. Unde opinio quorundam, qui dubitatunt, admittendam fore exceptionem notoriæ, & evidenter nullitatis contra tres sententias conformes ad impediendam earum executionem, ut dubitare visus est Imol. in *d. Clemen. 1. col. 4.* Rom. in *singul. 287.* & juniores quidam in *d. §. condemnatum*, est accipienda in huic sensu, ut procedat, quoties nullitas non est notoria ex actis, sed aliunde. Arque hæc item sunt maximi momenti ad intellectum constitutionis, tametsi Guido Papæ in *d. q. 50. sen-sent.* non esse impediendam executionem sententia late in regio prætorio, quoties ea est executioni mandanda cautione data, pendente adhuc supplicatione, propter exceptionem nullitatis, quæ evidens sit ex actis.
- ¶ Secunda constat interpretatio, ut admittenda sit nullitatis exceptio ad impediendam executionem trium sententiarum conformium, quoties executio semel facta minime posset retractari, quod notant Cardin. in *d. Clemen. 1. col. 2.* Bald. in *l. si feriatis. ff. de abit.* Rom. in *sing. 277.* Paul. de Cast. Alex. Jason & Ripa. numer. 21. in *d. §. condemnatum.* ex Cyn. & Bald. in *l. ab executione. C. quorum appell. non recip.*
- ¶ Tertia nihilominus constituitur ad eandem constitutionem conclusio, † secundum quam, in pœnis quæ postmodum revocari ac retractari possunt, etiam in criminalibus causis, & questionibus tertia sententia primis conformis, non obstante nullitatis exceptione, tradi debet executioni.
- Hanc conclusionem exponit gl. in *Clement. 2.* communiter inibi recepta, in *verb. quamvis.* Ex qua & illud solet sæpiissime adnotari, quod licet alioqui dictio, *Alius,* implicant similes causas, & qualitates cap. de *re script. gloss. in leg. si fugiti. C. de ser. fugi.* tamen si adjectatur dictioni universali, complectitur quascumque etiam dissimiles qua-
- litates, sicuti ejusdem gloss. *memores responderunt* Imol. ibi, Panorm. in *conf. ult. lib. 1. Soc. conf. 3. ult. l. 3.* atque ita Romæ sententiam pronunciatam fuisse assertit Ludov. Gom. in *reg. de triennali. qu. 2. licet Felin. in d. c. sedes. col. 7.* Jason in *l. si unus. in fine principi. ff. pac.* videantur dubitate, aut vera sit prædicta communis adnotatio. Decius tamen in *d. c. sedes.* eam defendit, ut saltem procedat juxta materiam subjectam, & per pensa diligenter ratione legis, & ipsius dispositionis, de cuius interpretatione tractabitur.
- ¶ Quartò animadvertisendum est, non esse necessarium ad effectum dictæ Clementinæ constitutionis, quod tres conformes sententie latæ fuerint successivæ absque alterius dissimilis media pronunciatione, cum satis sit; eas latas fuisse in eadem causa, secundum Paul. & Barb. declaratio. *d. Clem. sicuti.* nec sufficeret una sententia lata simul à tribus judicibus, ut illic explicat Bonif. col. 2.
- ¶ Quintò est eadem Clem. constitutio intelligenda etiam in tribus sententiis interlocutoriis. Nam tradentur executioni, si fuerint conformes, non obstante nullitatis exceptione, gl. ibi *Communi-ter probata in d. Clem. 1. Alex. in rub. ff. de re jud. Fel. in eadem rubr. col. 5.* Rota in *novis 113.* Abb. in *c. causam matr. de offi. deleg. colum. 2.* tametsi aliqui regulariter appellatione *Sententia* intelligenda est de definitiva, non de interlocutoria gloss. Abb. & Felin. in *c. cum olim. de test. gloss. item in leg. 1. §. viduum. ff. quando appellan. sit. obtinet ergo hæc quinta conclusio propter eandem rationem, quæ deducta ab ejusdem constitutionis mente plane probat idem esse respondendum in sententiis interlocutoriis, quod & in definitivis, præsentim quia & verba ipsius constitutionis ipsum significant, dum *in parte 1. simpliciter sententia meminit, in 2. vero expresse de definitiva responderet.**
- ¶ Sextò, illud in controversiam venit, an tres *Sententia* conformes sint excquendæ? an differenda earum executio propter exceptionem nullitatis obiectæ à tertio, qui non litigavit, nec fuit per eas condemnatus? Quam questionem superius examinavimus *c. 15. n. 9.*
- ¶ Septimò, his accedit non omnino aliena, ita satis concinna interpretatio, ut executio suspendi debeat, si adversus tertiam sententiam alii omnino conformem objecta sit nullitatis exceptio ex eo, quod † Judex, qui eam pronunciat, non habuit Jurisdictionem ad cognitionem causæ, nec ad ejus diffinitionem, quasi hic defectus adeo sit potens, quod impedit executionem, quemadmodum in specie ista tenerunt Anchæ. & Abb. in *d. Clem. 1. de re judic.* Dom. in *conf. 24. colum. 5.* Felin. in *cap. ea que colum. 2. de re judic. idem in cap. pa-storalis. col. 4. de exceptio. noviores in lib. 4. §. con-demnatum. ff. de re judic. Alex. in *conf. 77. num. 8. lib. 2.* Bald. in *l. generaliter. colum. 1. C. de Epist. & cler.* Rom. *conf. 42.* & *conf. 175.* Paul. *Castren. conf. 99. lib. 2.* Hippo. in *singul. 10.* idem in *l. ult. n. 49. ff. de jurisdictione omn. jud.* Ludov. Gome. in *tract. utrinque signature. 75.* quibus adstipulatur glos. insignis in *Clem. unic. de sequestra pos.* & fruct in ver. non obstante. Quam sequuntur illic Card. Abb. & Imol. ex ea notantes, sublata nullitatis exceptione, non censi sublatam illam, quæ à defectu jurisdictionis procedit, ad idem est optima gl. in *c. nosfra in verb. momenti de procurat.* & in simili gloss. in *c. exceptionem. in verb. condemnandus de excep.* & alia in *c. super eod. de crim. fals.* tradit Barb. in *c. juravit. col. 3. de probat. qua ratione Regia l. 2. si. 15. l. 3. ord. (hodie l. 2. tit. 17. l. 4. Recop.) quæ statuit, exceptio nem nullitatis opponendam esse, aut de nullitate agendum**

agendum fore intra sexaginta dies à tempore latè sententiae, erit fortassis intelligenda, ut procedat in aliis nullitatibus, non in ea, quæ à defectu jurisdictionis oritur. Et quanvis visum fuerit quibusdam hanc regiam constitutionem diem istam præfigere allegationi nullitatis contra sententiam, ubi agitur per actionis viam de nullitate, quasi perpetua sit exceptio nullitatis, ut objici possit per exceptionem nullitas quocumque tempore. Ego contrariam sententiam potius probarem ex mente legis, & ideo existimo exceptionem nullitatis contra sententiam, jure Regio non esse admittendam post sexaginta dies. Quod poterit multis comprobari, sed præcipue, quia ubi exceptio principalem vim habet ab actione, nec consistit in puris exceptionis viribus, perpetua non est, imo erit perempta ipsam actione, sicuti ex l. ult. ff. rem ratam haberet. & l. pure. §. ult. ff. de doli excep. deducere videntur Bartol. in l. ff. de excep. Alex. Pan. & Jaf. in l. nam & postea §. si minor. ff. de jurejur. Paul. in l. Titio Seio. §. ult. ff. de legat. 2. Fel. in cap. si autem. col. 5. de re script. ubi hoc sensere Abb. & alij. Sed eleganter idem explicat Decius ibi, & Socin. in d. l. 1. ff. except. idem in l. qui agentis. numer. 16. ff. eod. rit. quasi secus sit, quoties exceptio solis exceptionis viribus innicitur, nullam vim principalem accipiens ab actione d. l. pure. §. ult. is enim, qui potest agere actione illa principali, à qua exceptio potissimum vires accipit, nec agere vult intra tempus datum ad agendum, non poterit postea uti exceptione illa quæ omnino & potissime oritur, ac vim habet ab actione sibi jure concessa. Vnde minor Iesus non poterit per exceptionem restitutionis in integrum beneficium consequi nec obtinere, si intra diem à lege datum ad eam petendum, omisit ex auxilio agere, atque illam petere, quod Paul. Castrén. Alex. & Jason. notant in d. §. si minor. atque hæc obiter dicta sint ad Regiæ legis intellectum Ceterum contra hanc septimam interpretationem folet deduci auctoritas glos. in d. Clem. de re jud. in verbo pendere, quam ibi sequuntur Card. Imol. & Bonif. col. 8. Corse. in repertorio. in verb. fori competencia Barb. in rubr. de foro compet. constat enim ex d. gl. tres sententias conformes mandandas fore executioni, etiamsi objiciatur nullitas quæ oritur à defectu jurisdictionis ipsius judicis qui sententiam definitivam pronunciavit post appellacionem juste ab interlocutoria propositam, quam justam & rectam fuisse pronunciatum est à judice superiori. Attamen utraque opinio defendi potest. Nullitas siquidem, quæ oritur à defectu jurisdictionis, tunc impedit executionem trium sententiarum conformium, cum nullam umquam jurisdictionem is index habuit ad ejus causæ cognitionem, vel definitionem: quippe qui ab initio jurisdictione omnino caruerit; atque ita est admittenda gl. in d. Clem. unic. de sequestra. possess. & fructu. at ubi Index jurisdictionem habuit, quæ post modum aliqua ex causa deficit, aut elisa est, tres sententiae conformes erunt tradendæ executioni, non obstante nullitate, quæ hac de causa oriatur, quemadmodum probat gl. in d. Clem. 1. de re judic. sic etenim quæstionem istam definire videntur Angel. Aret. in §. appellatur Instit. de except. col. 7. Alexand. in d. conf. 77. num. 8. & seqq. Franciscus à Ripa in d. §. condemnatum num. 25. Id vero procedit ex mente glossæ & Doctor. quoties tempore ultimæ sententiae jurisdictione non erat omnino extincta, nec elisa, sed suspensa, & elidibilis ex futura judicis superioris pronunciatione, ut in exemplo glossæ constat, & ideo si jurisdictione semel ab initio vere data, & compe-

Didaci Covarr. Tom. II.

tens judici tempore sententiae fuerit jam extinta, & elisa, quia pronunciatum est, bene appellatum ab eo fuisse, erit nulla sententia ex defectu jurisdictionis, poteritque nullitas hæc opponi ad impediendam executionem trium sententiarum conformium, quemadmodum ex præmissa resolutione appareat, & Alex. in d. conf. 77 optimè probat. Idemque Angel. & Ripa post gloss. palam asseverant, & optimè Paul. Parisius conf. 109. lib. 4. col. 2. scribens adversus tres sententias conformes, non posse ad impediendam earum executionem opponi nullitatem procedentem à defectu jurisdictionis, quoties Index jurisdictionem habebat, exceptione tamen elidibilem.

Hinc sanè deducitur, posse impediri executionem trium sententiarum conformium, & verè impediri per exceptionem nullitatis ex eo procedentis, quod sententia lata fuerit à Indice delegato per rescriptum impetratum ab excommunicat. Rota in antiquis 21. & Felin. in cap. exceptionem col. 4. de except.

¶ Octavo loco prædicta constitutio intelligenda est, & intelligitur, ubi tres sententiae verè sunt conformes, non autem, ubi duæ sententiae sunt latæ in principali, & tertia super desertione appellationis, † nam in hac specie non obtinet responsio Pontificis in d. Clem. 1. imò poterit opponi exceptio nullitatis adversus has tres sententias, ut impediatur earum executio. Quod notwithstanding Rota in antiquis 417. Rom. in singu. 287. Oltrad. conf. 106. ex quibus apparet, non esse duas sententias conformes, quarum altera lata est super desertione appellationis à priori sententia propositæ, & idem de tribus sententiis respondendum erit, sicuti respondet de duabus Corn. in consil. 14. & consil. 38. col. 2. lib. 4. & Aym. Savilla. 183. col. 1.

¶ Nonò ex proxima interpretatione adhuc expendi, & examinari poterit, quod Rota scribit in antiquis 424. existimans, non dici tres sententias conformes, quoties latis duabus sententiis conformibus tertia fertur, quæ pronunciat illas duas nullas fuisse, ac deinceps pronunciatur quarta, quæ revocat tertiam, & confirmat duas quæ primo latæ fuerunt. Eamdem opinionem tenuerunt Rom. in singul. 288. & Aymon. in d. conf. 183. n. 3. dubius tamen. Vnde in hoc casu non erit admittenda constitutio decis. Clem. 1. imò poterit executio impediri, præsertim quia licitum est appellare à quarta sententia, quatenus tertiam super nullitate latam revocat, ut fatetur Aymon. qui negat ab eadem appellari posse quæ ex parte duas primo latas confirmat, & est eis conformis. Huic opinioni principali accedit, quod ad hoc, ut sententiae dicantur conformes oportet, in omnibus, & omnino conformes esse, sicuti eadem Rotæ decisio manifestè sentit. Contrariam opinionem possimus ex eo probare, quod non est necessarium ad impediendam appellationem, quod tres sententiae sint omnino conformes. Satis enim erit, in aliquo articulo eas esse conformes, ut in illo admittenda non sit appellatio, quod notant Paul. Castrén. in consil. 163. lib. 2. Alex. consil. 77. colum. 4. lib. 2. Dec. in consil. 385. Curt. Jun. in consil. 30. colum. 1. Qua ratione cum in nostra quæstione sint tres sententiae conformes in principali articulo, consequitur planè earum executionem non esse impediendam, etiamsi à quarta sententia fuerit appellatum super nullitatis quæstione. Hanc tamen controversiam ita dirimere conabimur, ut quoties à secunda sententia fuerit appellatum, & quia in eam appellationem adhuc nullitatis causa venerit, atque ideo Index tertiam sententiam pronunciavit, quæ duas præcedentes nullas fuisse declarat, & ab hac ter-

tertia demum appellatur, eaque revocata fuerit, & priuæ confirmatæ, profecto negari non possit, in hac specie tres esse sententias conformes nec admittendam fore nullitatis exceptionem ad impediendam earum executionem, quamvis ab hac quarta sententia possit appellari ex ea parte, qua de nullitate definitivit, & ad eum effectum, quod nullitas possit iterum examinari.

Quòd si latæ fuerint due sententiae in principali conformes, à quibus appellatum non sit, sed tantum adversus eas proposita fuerit actio, vel exceptio nullitatis, & feratur sententia quæ pronunciat, eas nullas fuisse. & ab hac item appellatur & pronuncietur sententia revocans primam, & declarans, duas sententias primas validas fuisse, easque confirmat: tunc ni fallor locus erit decisioni Rotæ. Non enim sunt istæ tres sententiae conformes super principali. Idque probatur ex eo, quod judicium, in quo de principali agebatur, finitum erat per duas sententias, à quibus non extitit appellatum, nec de principali quæstione agi potest, donec actum & finitum sit judicium secundum, in quo tantum de nullitate controvèrtitur. Idecirco licet quarta sententia confirmet primas, non pronunciat super quo jam extincta erat quæstio, sed quia non obstante nullitate in hac quarta sententia revocatur secunda, & pronunciat primas validas fuisse, idèo primæ confirmantur. id est, censentur liberæ à nullitatis vitiis.

- 6 ¶ Decimò, non incongruè queritur † an illa sententia dicatur alteri conformis, quæ illam confirmat, adjecto tamen aliquo moderamine, aut sanè aliqua declaratione adscripta, quæ aliquid priori sententiae addet; & quibusdam placet, non posse dici; has sententias conformes, quia posterior aliqua ex parte diversa est à priori, quod norat Cynus in l. unic. C. ne liceat tertio provocare, quo in loco eleganter Ang. asseverat, posse tertio appellari à sententia, quæ novum gravamen infert; quippe quæ condemnet reum in id, de quo priores sententiae minimè tractavere. Idem probant, & sequuntur Barth. Soc. conf. 39. col. 3. lib. 4. vers. c. tertium. Philip. Franc. in c. directe. de appell. num. 6. Aymon. in d. d. conf. 183. ad finem. & Rober. Maranta in tract. de ord. judiciorum. par. 6. n. 270. c. appellazione. Qua opinione passim apud supra Regis tribunalia utuntur advocati supplicantes à sententia, quæ revisionis dicitur, & secundo loco actis iterum visis ab auditoribus regiis pronunciatur, quoties ea priorem sententiam confirmat aliqua declaratione, moderatione vel actione apposita. Etenim ab hac nova supplicatur adjectio, auctoritate Angelii. Ego vero quoties poterit ex sententiis deduci, eas in aliquo conformes esse, quoad hanc partem opinor non esse admittendam appellationem, nec supplicationem, nec fore impediendam executionem harum sententiarum, si ea fieri commode potest pendente appellatione super novæ tertia vel ultimæ sententia adjectio, qua in re omnes mihi convenire videntur. At si tractemus, sitne admittenda appellatio, vel supplicatio ab hac tertia, vel ultima sententia quantum ad adjectiōnem, censeo veram esse opinionem Angelii, ubi super illa nova adjectio non fuerit in priori instantia, nec in primis sententiis actum tacite vel expressè, sed tantum in ultima instantia per sententiam fuerit definitum, quod in dict. nova adjectio continetur. Sed si nova ultimæ sententia adjectio tacite, vel expressè fuit in primis instantiis, & sententiis tractata, examinata, & definita, non video qua ratione locus sit opinioni Angelii, quia non potest verè dici ultima sen-

tentia prima super ea re, sed propriè ultima, atque ita Angel. ipse in ratione, qua utitur, hoc ipsum sentit, & ideo caute opinio Angel. est admittenda, & cautius inquirendum est, an exempla, & species contingentes convenienti ejus unicæ rationi. Quamobrem ipsius Angel. verba hoc in loco adscribam. Hanc, inquit, legem limita, quod non liceat tertio provocare, iubaudi, nisi per tertiam sententiam inferatur novum gravamen, quia tunc ab illo gravamine nunquam extitit appellatum, ergo est opus appellatio. Pone exemplum, si judex in tertia sententia condemnavit victimum in expensas omnium causarum; de quibus expensis non fuit habita consideratio per judices primarum causarum, poterit etiam appellari ab ista tertia sententia pro expensis factis in d. tertia lite, quia de illis non est judicatum nec primò nec secundò, & ideo potest appellari, quia semper est prima. Hæc Angel. cujus exemplum, & rationem liber altius expendere. Nam ubi expensa fuere petitæ ab initio litis, nec fuit facta condemnatio, nec absolutio, si hactenus super expensis non est lata sententia, nec absolvens, nec condemnans, & modo fertur sententia, in tertia instantia, quæ condemnat in expensas trium, omniumque judiciorum præcedentium, non constat sibi Angel. dum concedit hanc sententiam esse primam super expensis, & ab ea posse appellari ratione expensarum tertij judicij, cum & ea prima sit non solum in expensis tertij judicij, sed & in expensis priorum judiciorum, unde perspensa ratione Angel. licebit appellare ab ultima sententia, etiam propter expensas primi ac secundi judicij. Nam ubi petitæ sunt expensæ, & Judex omisit earum condemnationem, non censetur absolvisse ab expensis, imò jure omissa est earum condemnatio secundum Anton. Imol. & Felin. in c. significaverunt. de exceptio. col. 2. per l. 1. C. si advers. rem judicat. juxta gloss. intellectum, quem Communem esse fatetur illic Alberic. idem notat & repetit idem Imola in cap. ult. col. ultim de exceptio. & poterit comprobari ex traditis à Felino in cap. cum inter de re judic. num. 15. igitur, utcumque exemplum Angelii consideretur, apparel super omnibus expensis esse hanc primam sententiam. Quòd si dixeris, per omissionem condemnationis expensarum censi viatum absolutum: idque Panormitanus voluit in dicto cap. significaverunt. 3. col. tunc posset opinio Angelii, quoad exemplum defendi, quia hæc ultima sententia prima est super condemnatione expensarum tertij judicij, & tercia super aliis expensis, in quibus primas sententias tacite absolventes revocat. Et tamen ex hoc queretur, quod ubi prima & secunda sententia expressim de expensis, vel condemnando, vel absolvendo, meminerint, ac item tercia idem fecerit, poterit appellari à tercia ratione expensarum ultimæ instantiæ, in quibus est prima, non tertia sententia, quod nusquam vidi admissum fuisse nec opinor in praxi admittendum fore. Etenim frequentissimè ultima sententia condemnat in expensis ultimæ instantiæ, primis sententiis absolventibus vel condemnantibus, & sicut in principali non admittitur appellatio, nec supplicatio, ita nec ratione harum expensarum, de quibus ab initio judicij actum est generaliter, quia petitæ fuit condemnatio expensarum, verum ubi expensæ ab initio non fuere petitæ usque ad tertiam instantiam, in qua fit condemnatio expensarum omnium præcedentium judiciorum, eamdem, & majorem difficultatem habet opinio Ang. quia si appellatio admittenda foret ex ratione expensarum ultimæ instantiæ, eodem jure admittenda est, quoad expen-

**expensas precedentium judiciorum**, in omnibus lata sit unica tantum sententia super petitione in ultima instantia proposita, quæ prima esse videtur.

¶ Vnde Angeli exemplum, ubi expensæ ab initio petitæ fuerunt, & super eis est facta semper pronunciatio expressa, non est in praxi admissum, nec unquam, quod meminerim fuit admissum: cum super omnibus expensis præsentibus, & futuris facta sit petitio nec potuit fieri condemnari super expensis ultimæ instantiæ ante sententiam in ea latam. Alioqui semper licet appellare à quacumque sententia ratione expensarum ultimi judicij, aut denique supplicare, quoties appellatio; vel supplicatio, alioqui non admitteretur, si ultima sententia prima censetur super expensis. Quod si in prima, & in secunda instantia non fuerit facta condemnatio expensarum petitarum ab initio, profecto nulla est ratio, quæ potius permittat appellationem ab ultima sententia ratione expensarum ultimæ instantiæ, quam secundæ, juxta Panormitanæ sententiæ, aut quam primæ, cum de his unica tantum sit lata sententia secundum opinionem Imol. & idem erit quoties non fuere petitæ expensæ usque ad tertiam instantiam, quo fit, non satis sibi constare Angelum ipsum in ejus exemplo. Idcirco si ejus opinio in expensarum specie admittenda est, quæ fortassis admitti potest, ubi nulla est facta expensarum petitio usque ad tertiam instantiam, aut secundum opinionem Imo. quoties petitæ fuerunt, & tamen omissa est condemnatio, non tantum erit admittenda, quoad expensas ultimæ instantiæ, sed etiam quoad omnes.

¶ Undecimo predictæ Clementine constitutio ni aptari potest & alia interpretatio, an sit recipienda, servandaque ubi latè sunt tres sententiæ, quarum prima condemnat in centum, secunda in octuaginta, tertia in sexaginta aureos? & Barba in conf. 10. lib. 1. col. 3. existimat, has sententias tres esse & conformes in minori summa. c. 1. de arb. in 6. idem sentiunt Zanzelius, & Cardin. in dīb. Clem. 1. num. 2. quorum opinio, etiamsi vera sit, tunc obtinebit, cum ille, cui prejudicat diminutio quantitatis, consentit expressè aut tacite sententiæ latè in minori summa, & denique omnibus, quoad illam minorem quantitatem: alioqui non potest horum auctorum opinio admitti ex his, quæ ipse tradidi lib. 2. Variar. Resol. cap. 2.

¶ Duodecimo, licet alioqui frequentiori sententia receptum sit † executionem sententiæ impediri pendente lite super restitutione in integ. l. unic. C. de in integr. restit. postulata, ne quid novi fiat. Inno. gl. Abb. & omnes in c. suscitata. de in integr. rest. Rota in novis 379. Capel. Thol. & illuc. Aufrer. q. 54. Paul. Paris. conf. 100. col. ult. l. 4. Imo. Cuma. & Alex. in l. 4. §. condemnatum. ff. de re jud. ubi Jal. num. 26. & Ripa n. 30. fatentur hanc Opinionem Communem esse contra Bar. ibi. Qua de re optime Ripa tractat, & Rota in novis 446. attamen adversus tres sententias conformes, ut earum executio impediatur, non poterit objici quod super restitutione in integr. lis pendeat Bald. in l. unic. col. ult. C. ne liceat tertio prov. Alex in d. §. condemnatum. col. ult. cuius opinio quandoque Rotæ servata & admissa fuit, quandoque contraria, ut asserit Cassad. decis. 1. de in integr. rest. Nam contrarium tenet Salic. in d. leg. 1. C. ne liceat tertio provocare. & Capel. in d. q. 54. mihi vero potius placet opinio Alex. propter presumptam à jure calumniam presumptione admodum urgente, quæ in hac specie sufficit decis. cap. suscitata. Idem quia,

Didaci Covarr. Tom. II.

sententia principis mandatur executioni propter summam ejus auctoritatem etiam pendente lite super restit. in integr. adversus eam petita. Sicuti secundum alium intellectum ex d. c. suscitata deduxerunt Innoc. & Doct. ibi Alex. & Jas. & Ripa in d. §. condemnatum. Vitalis in tracta. clausule. c. nih. novari. restitutio. in integrum pendente Aufrer. in d. q. 54. Cors. in sing. verb. in integrum restitut. Capi. in Neap. decis. 52. quin & opinioni Baldi refragatur, quod notat glos. & omnes, maximè Bal. Jason. & Deci in l. postquam liti. C. de pañt. in gl. ult. & tamen ex eadem resolutione respondebitur.

¶ Decimotertiò, etiamsi non impediatur trium sententiarum conformium executio per objectionem nullitatis, impeditur tamen ratione solutionis expensarum, & fructuum, si condemnatus allegat, & probat inopiam, ex c. Odoardus. de solutio. disputatque Chassa. decis. 11. tit. de rescript. & nos in simili multa scripsimus lib. 2. Ver. resol. c. n. 9.

¶ Decimoquarto predicta Clem. responsio † non solum obtinet in tribus sententiis conformibus, sed & obtinebit in duabus conformibus sententiis, à quibus ex lege per principem lata non est permissa, nec licita provocatio: quod Paulo Paris. placet in conf. 109. n. 15. lib. 4. post Bald. in l. ult. col. ult. C. de sent. & interloc. omn. jud. qui idem tenent, quoties provocatio à duabus conformibus tollitur per statutum hac de re validum.

## C A P U T   X X V I .

### S U M M A R I A .

De recusationibus Judicum, eorum præsertim, qui ab ipso rege in hoc munus eliguntur, ut in ejus summis prætoriis jus unicuique reddant.

- 1 Quid jura civilia de recusationibus Indicium statuerint?
- 2 Recusatio Indicis quo tempore sit proponenda?
- 3 Iure regio quo tempore recusari debeant Indices summi prætorijs, & auditores?
- 4 Minor, & Ecclesia, an sint in integrum restituendi ad proponendam causam recusationis?
- 5 Intellectus ad text. in c. si contra unum. de offic. delegat. in 6. & quid agendum quoties unus ex pluribus Indicibus delegatis recusatur.

¶ Tiamsi nulla humana lex hac de re fuisset in specie statuta, optime lector, ratio ipsa faciliter ostenderet eorum judicia nobis fugienda, omnibusque modis avertenda fore, quos propter odium, inimicitiam aliamve causam suspectos habebamus; aut tandem justè opinamur, maximè amicos esse, & propensos hisce, qui nobiscum aliqua de re controvertunt. Idecirco æquissimo consilio factum est, ut nemo cogatur æquum ferre Indicem qui sibi sit adversus, suspectus & inimicus, c. quod suspecti. 3. q. 5. l. apertissimi. C. de indic. qua de re multa tradidere juris utriusque interpres, potissimum Speculator: & è junioribus Stephanus Aufrer. in tracta. de recusationibus. Lanfranc. in c. quoniam contra de probat. in verbo, recusationes Præposit. in c. postremo. de appellationibus & Joan. Ferrar. in tracta. de recusationibus Indicium, à quibus poterit quispiam plura petere ad hunc tractatum pertinentia. nos etenim pauca hoc in loco tradere constitutimus in ea questione, qua queritur, quo tempore litis sic proponenda recusatio adversus Indices, qui summis prætoriis

toriis assistunt de omnibus totius regni gravamini bus judicari?

Iure sanè civili, quoties & ordinarius recusatur, & censetur suspectus, non tollitur ab eo Jurisdictio, imò poterit ipse de causa cognoscere adjuncto sibi simul Episcopo loci, quem socium debet adsumere ad ejusdem cause cognitionem & definitionem auth. si vero de jud. moribus tamen receptum est, quod Iudex recusatus recipiat sibi socium non Episcopum loci, sed alium quempiam bonum & candidum virum ad obscurandum, quæ de ipso oborta est, suspicionem; quemadmodum testantur Paul. de Castr. Salic. Bald. Jas. & alij in d. authent. si vero congerit. Dec. in c. cum speciali. in princ. de appet. col. 2. & Alex. in conf. 12. lib. 6. col. 1. quemadmodum ab aliquibus refertur, qui tamen impliciter disputat de intellectu auth. constitutionis quæ definitivit, Episcopum loci assumendum esse in socium à judge recusato: lex verò Regia 22. tit. 4. part. 3. expressim probat communem totius orbis Christiani interpretationem, atque ita sit, ut passim judec sacerdotalis recusatus adsumat sibi socium virum aliquem doctum, & integræ opinionis: nec adsumitur Episcopus loci, sicuti frequenter fit: nec usquam hac in re ulla contigit forensis disceptatio: Eodem jure civili nulla est necessaria mentio cause ad judicium recusationem in ipso libello recusationis: sed satis erit, judicem ipsum dici suspectum cum juramento, quod ea recusatio calumniosè non propontitur. gloss. & communis in d. l. apertissim. quam opinionem sequuntur, ac fatentur communem esse Panor. in cap. si quis contra. nu. 12. de foro compet. in repet. Lanfranc. in d. l. quoniam contra in verb. recusationes. col. 2. Aufrer. in tract. de recusation. num. 3. & Dec. in d. c. cum speciali in princ. imo Regia lex 22. tit. 4. part. 3. addit hoc juramentum tunc esse necessarium, cum petitur ab adversario vel judge, non alias. Quamobrem, etiam jure communi maximè dubium est quod scribit Carol. Ruin. conf. 6. lib. 4. n. 5. & 6. asseverans, non esse satis juramentum hoc praestari ab ipso recusante, sed exigi præcisè, quod feratur à judge ut recusatio teneat: sicuti latè conatur ipse probare, tametsi praxis contrarium admiserit. Sufficit etenim & id jure satis certum est, juramentum istud ab ipso recusante fieri, & praestari in ipso libello recusationis, etiamsi à judge non fuerit delatum. text. opt. in l. ult. C. de judic.

¶ Recusatio autem proponenda est ante litis contestationem: omnium & siquidem dilatoriarum prima censetur, ne per alterius exceptionis objectum videatur quis in judicem consensisse, & ideo ipsum reculare non valeat l. apertissimi. C. de judic auth. offeratur C. de litis contest. c. cum speciali de appet. gloss. opt. & illic communiter approbata in c. pastoralis. de except. in verb. protestatæ. gl. in c. inter monasterium de re judic. quam dicit esse ordinariam. Jas. in l. si convenerit. ff. de jurisdict. omn. jud. 33. notant idem Jas. in l. apertissimi. C. de jud. n. 11. Bart. & alij in l. non vindicatur. in 2. ff. de jud. idem Bart. & illic Alex. & omnes in l. quidam consulebant. ff. de re judic. col. 2. quam opinionem scribunt communem esse Aret. col. 6. & Dec. nu. 24. in c. 1. d. judic. Felin. optimè in d. c. inter monasterium. n. 4. etenim is, qui alias exceptiones opponit, petere videtur à judge super illis sententiam & pronunciationem: atque ideo consentire videtur in ejus jurisdictionem. l. sed eti suscepit. ff. de judic. in d. c. inter monasterium. Quod si causa recusationis post litis contestationem cognita fuerit ipsi recusanti, & is non habuerit prius ejus cause scientiam, poterit post litis contestationem praestito hujus

ignorantiae juramento, judicem recusare: quod in reculacione equissimum est, argumento textus in c. insinuante. de officiis. de legat. præsentim quia & aliq exceptiones; que jure sunt ante litis contestationem proponendæ, admittuntur post item contestatam, etiamsi prius fuerint ortæ, modo ipse reus post litis contestationem earumdem cognitionem, ac scientiam habuerit, textus optimus in c. pastoral. de except. idque expressim probat gl. in l. error. in verb. facti C. de juris & facti ignor. cuius opinionem sequuntur Bart. & DD. ibi communiter, ut fatetur illic Jas. n. 16. eadem tenuerunt Sal. & Alex. & alij, in l. ita demum. C. de proc. Ant. Abb. & ceteri in dict. c. pastoralis. ubi Dec. n. 18. fatetur hanc opinionem communem esse: quam & Fel. ibi probat n. 20. etiamsi contrarium tenuerit gl. ult. ibid. & gl. in l. qui procur. dat. §. 1. ff. de procuratoribus in verb. omiserit. Paul. Castr. in d. l. ita demum. idem in l. exceptionem. C. de probat. col. ult. Ang. in l. de die §. si servus. ff. qui satisf. cog. latè Aret. in c. 1. col. 2. de accusat. qui hanc sententiam veriorem esse censet, cui suffragatur Regia lex 8. in legib. Madritiis. tametsi priorem opinionem probaverit. l. 1. tit. 8. lib. 3. ord. & verè quoties potest aliqua negligentia imputari excipienti, satis equa est posterior opinio, quod Alex. in l. si mulier. col. ult. ff. sol. matr. & Carol. Ruin. conf. 6. n. 9. lib. 4. tenuerunt, cum alioqui æquior sit communis sententia potissimum in exceptionibus maximi prejudicii, atque ita passim servatur, imò etiam post litis contestationem, & diem datum jure regio ad opponendas quascumque exceptiones, & post sententiam interlocutoriam, qua utraque pars ad probandum admittitur, allegantur, proponuntur, ac recipiuntur novæ exceptiones, & aliq quæcumque absque ullo discrimine: de hisque parte petente intelligitur sententia probationis, ut manifestum sit his, qui praxim optimè tenent. In recusatione autem illud est absque ulla controversia, quod admittitur, quoad judicem ordinarium inferiorem in quacumque parte litis proponantur. Nam absque ullius cause expressione jure civili, solo tantum juramento præstito recusatio admittitur, nec est necessaria probatio cause, ut diximus, mirum non erit quoad ea in quacumque parte litis admittatur, etiamsi ante litis contestationem orta fuerit: ubi verò est necessaria expressio, & probatio cause tunc sanè poterit controverti, ac disputari. quod modo tractavimus, & erit jure satis constitutum, admittendam esse post litis contestationem causam recusationis, quæ ante orta fuit, & tamen nunc accessit ad cognitionem recusantis.

¶ Sic & post conclusum in causa recusatio admittitur, etiam ubi causa probanda est, modo ea causa sit orta & habuerit originem post ipsius litis conclusionem. text. in c. insinuante. de officiis. delegat. cuius argumentum tenet hanc opin. Fel. in d. c. pastoralis. n. 17. & ibi. Dec. n. 9. idem Fel. in d. c. insinuante. n. 15. Franc. in d. c. cum speciali. n. 22. de appet. post Imol. in c. judex de officiis. delegat. in 6. contra Dominici distinctionem, ibi: sed & si causa suspicionis orta fuerit ante conclusionem in causa, adhuc recusatio proponi poterit post conclusionem in duobus casibus: primò ubi causa suspicionis ita notoria est, quod nullam probationem exigat, tunc etenim indistinctè proponi poterit secundum Imol. Francisc. & Fel. in præcitatissimis locis, quamvis alioqui recusationis causa quæ probanda sit, & probatione indiget, non sit admittenda post conclusionem causæ & litis: ut notant Joan. Andr. & Imol. n. 19. c. 2. de ordin. cognitione. Dominic. in d. c. Judex. quia post conclusionem causæ probationi locus non est. c. cum dilectis. de fide

*de fide instrument.* Secundo quoties causa recusationis orta ante conclusionem causæ pervenit postea in cognitionem recusantis quemadmodum notat Franc. in d. cap. cum speciali. num. 22. nam in hoc casu poterit proponi recusatio, & causa recusationis probari: ut ipse asseverat.

¶ Hujus autem opinionis disputationi est præmittendum, quod exceptio utcumque dilatoria, si oriatur post litis contestat. admittenda tunc est, & opponi poterit gloss. communiter recepta, *in verbo*, *de novo*. in d. c. pastoralis. gloss. per text. ibi in d. c. insinuante. gl. & Bald. illius text. auctoritate in l. 2. C. de confortibus ejus d. litis. glos. in c. exceptionem de except. tradunt Abb. Fel. & Dec. in d. c. pastoralis. Abb. & Fel in d. c. insinuante. Jas. in d. l. error. C. de jur. & facti ignor. n. 17. idem Jas. in d. l. ita demum. C. de procurat. 2. col. atque ita idem erit in recusationis causa, quod antè tractavimus, etiam post conclusionem in causa, quamvis excepta recusationis propositione, quibusdam placeat, non admitti. post conclusionem in causa exceptionem illam, quæ orta fuerit post ipsius causa conclusionem, c. cum dictus. de fide instrum. c. audit. de procurat. Ant. Abb. & Fel. n. 16. in d. cap. pastoralis. quasi conclusio in causa præcludat omnino viam oppositioni exceptionis cujuscumque quæ probationem exigat, etiamsi orta sit post conclusionem in causa. Atque hæc opinio magis communis est. tametsi Dec. in d. c. pastoralis. n. 9. existimet, exceptionem ortam post conclusionem causa opponi, & debere admitti. etiamsi probationem exigat: cuius opinio admittenda est in praxi, quoties à sententia statim pronuncianda, nec appellari, nec supplicari potest, hoc etenim dictat æquitas illa, quæ deducitur à ratione text. in d. c. pastoralis. Nihilominus secundum opinionem communem regulariter judicandum est, nisi in exceptione recusationis, quæ juxta opinionem Imol. Felin. Dec. & Franc. potest proponi, & probari post conclusionem in causa, si orta fuerit tunc.

¶ Sed ubi exceptio ante conclusionem orta, & post conclusionem venit in cognitionem ipsius excipientis, communiter recepta est, non posse proponi, ut probatio ejus admittatur post conclusionem in causa, quamvis conetur contrarium probare Rod. Zuares. alleg. 5. cuius opin. suffragatur illi sententiae, quam de recusationis causa dixit Phil. Franc. in d. c. cum speciali. Nam & id causa recusationis, ut diximus superius, quedam est peculiaris ratio à ceteris exceptionibus distincta, ex qua facilius fit ejus receptio post conclusionem in causa, quam aliarum exceptio num: & adhuc mihi videtur dubia opinio Franci, & non omnino conveniens opinionibus hac in re frequentissime receptis.

¶ Jure autem Regio, & quoties recusatio proponitur contra judices, qui apud suprema Regis tribunalia reddunt jus litigantibus, quique auditores vocantur, quia probatio causa requiritur, statutum est in hac materia de recusationibus per pragmaticas hujus regni constitutiones Catholicon Regum Fernandi & Elisabeth. recusationem post conclusionem in causa esse admittendam, & probari posse testibus, aliisque legitimis probationibus, si recusationis causa fuerit orta post conclusionem litis, in quo pragmatica constit. convenit cum opinione Imol. Franc. Fel. & Dec. cuius meminimus in vers. 6 post conclusionem. Quod si recusationis causa orta est ante conclusionem litis, etiamsi post eamdem conclusionem qui judicem recusare vult, ejus cognitionem habuerit, non est admittenda ex ea causa recusatio post con-

Didaci Covarr. Tom. 1 I.

clusionem in causa, ut probari causa possit testibus, sed tantum juramento ipsius iudicis recusati: quod eisdem constitutionibus respondetur, eaque responsio constat jure communii ex conclusione. Joan. And. & Imol. in d. c. de ordin. cognit. num. 19. & Dominic. in d. c. Index de offic. delegar. in 6. quorum mentionem superius fecimus. Nam probationi locus non est, bene tamen juramento iudicis recusati: quia juramenti delatio non est propriæ nec verè probatio: & potest quacumque parte litis fieri, maximè in causa recusationis, quæ non est principalis, nec principaliter examinatur, sed incidenter ac summarie: siquidem in causis summariorum Judex potest post conclusionem in causa exigere juramentum, & interrogare litigantem, etiam ad petitionem adversarij. gloss. in Clem. sèpè. in verbo, interrogabat de verb. signif. quam illic sequuntur Card. Imol. & Georg. Nat. Franc in c. 1. de confess. in 6. & in c. 1. de jura. cal. cod. lib. Hippol. in l. 1. §. si quis ultra. num. 66. ff. de quest. & Alex. in l. 4. §. hoc autem judicium. ff. de dam. infect. col. 3. Denique opin. Philipp. Franc. in d. cap. cum speciali. prædicta Regia constituere refellitur, dum ipse Franc. opinatur judicem posse recusare post conclusionem in causa, si causa recusationis ante litis conclusionem orta, post eam fuerit nota ipsi recusanti, & super hoc admittendam fore quacumque ordinariam quod manifestè contrarium est legi Regiae, qua passim utimur.

¶ Ceterum illud queritur, an sit locus accusationi judicis, quoties sententia ab eo est scripta, & subscripta traditaque tabellioni vel actuarii, ut pronuncietur; & Rupellanus lib. 1. forens. Instit. cap. 48. scribit non esse admittendam hanc recusationem, cum jam res sit judicari cœpta, & nihilominus eam quotidie apud Hispanos admittimus. illud fortassis apud Gallos frequentius est, ac denique utilis ad tollendas tot calumnias, quibus in Iudicium recusationibus passim litigantes utuntur. Qia ratione nuper Regia Majestas decrevit, non esse admittendum recusationem regij auditoris post subscriptam ab ipso judice sententiam, sed & hoc anno Domini 1554. Regis editio cautum est, non posse regios auditores, neceorū quæcumque recusari post triginta dies à die, quo acta processus fuere publicè relata: & visa per eosdem judices ad sententiam pronunciandam, & item definiendam.

¶ Frequenter vero est in questione, † an minor vel Ecclesia recusans judicem, regiumque auditorem ex ea causa, quæ orta fuit ante conclusionem litis, & tamen eam proponit post ipsam conclusionem, petitur ad probationem causa per testes, petita ad hoc restitutione in integrum, sit admittendus, vel admittenda concessa prædicta restitutione ad probationem ordinariam causæ, & profectò videtur multis rationibus non esse hanc in integrum restitutionem concedendam.

¶ Primo ex l. auxilium. §. sexaginta. ff. de minor. ubi minor non restituitur adversus lapsum temporis dati ad accusandum, cuius auctoritatis meminere Bart. in 1. §. nunciatio. ff. de novi oper. nunci. col. ult. Bald. in l. cum quidam §. si pupille. ff. de usur. atque idem in dilatione data ab homine, vel judice ad accusandum: quia licet Juriscons. in d. §. 26. tractaverit, & responderit de die data à jure eadem videtur ratio in die dato à judice. Nec enim restituendus erit minor ad accusandum post diem à judice datam, sicut nec restitueretur post diem datam à lege. Quod not. Aret. in c. licet. de accus. n. 11. ubi Fel. col. 2 tenet

tenet eamdem conclus. quam nos adnotavimus ex d. l. auxilium. §. 26. Quin & Bard. in l. ult. n. 5. C. in quib. caus. in integr. rest. non est necess. hoc ipsum verum esse censet, minor etiam si velit accusare patris occisores, quam opin. reprobat Joan. Mauritius in tract. de in integr. rest. c. restit. 160. ex eo, quod si alioqui maxima contingit laesio filio, cui foret imputandum, si patris occisi mortem non ulciceretur, & homicidium puniendum non curaret. His accedit, quod & generaliter ad cuiuscumque criminis accusatorem restituitur minor post tempus datum ad accusandum, si constet summarie de laesione: & sic delictum esse probari secundum Bart. in d. l. 1. §. nunciatio. col. ult. Abb. in c. auditis. col. pen. de in integr. rest. Egid. à Bellamera in d. 38. igitur non potest minor restitu ad recusandum judicem Regium præsentim auditorem, post diem lege Regia constitutum ad hoc.

¶ Secundò huic opinioni patrocinatur, quod minor non est restituendus ad opponendum crimina, vel defectus contra electum. gl. in Clem. 2. verb. graviori. de procur. Spec. in tit. de in integr. restit. §. qui autem. vers. sed pone. Abb. in d. c. auditis col pen Fel. in c. fraternitatis. de test. n. 6. Card. in Clem. 1. q. 14. de in integr. rest. Fel. in d. c. licet. col. 2. de accus. Aret. in l. 1. C. de in integr. Præp. in c. pen. col. ult. de respons. impub. Jo. Lup. ix c. per vestras. §. 26. n. 9. de donat. inter vir. & uxor. quo fit, ut pari ferè ratione non sit concedenda minori restitutio ad recusationem judicis proponendam.

¶ Tertiò eidem opinioni accedit Regia lex quæ statuit, minorem non esse restituendum ad opponendum defectus, & exceptiones contra testes, sic etenim cautum extat l. 16. inter Madritias constitutiones: [bodie l. 1. tit. 8. lib. 4. Recopilat.] quæ satis jure comprobatur ex proxime dictis: ut ipse Jo. Lup. adnotavit.

¶ Quartò ex eo, quod retractus legalis jure sanguinis, non sit admodum favorabilis, sed fortassis odiosus; itidem jure regio decisum est, non esse minorem in integrum restituendum ad retrahendum post tempus à lege datum l. 7. tit. 7. li. 1. ord. [hodie l. 8. tit. 1. lib. 5. Recop.] idem de jure Gallico probat latè Andr. Tiraq. de retract. li. §. 35. gl. 2. scribens id inductum fuisse ea ratione, quod jus hoc retrahendi sit odiosum: tametsi jure communi non sit neganda in hac specie in integrum restitutio. c. constitut. de in integr. restit. quibus adde Joan. Mauritium in tract. de in integrum restit. c. 290. & 100. & c. 398.

¶ Quintò, in ejusdem opinionis probationem adduci & illud poterit, quod minor non est restituendus ad opponendas exceptiones dilatorias post diem à lege datum ad eas objiciendas, secundum Innoc. in c. coram de in integr. restit. Card. in Clem. 1. eodem tit. q. 15. Alex. in additionibus ad Bart. in d. l. 1. §. nunciatio. ff. de novi operis nunc. Capicum in Neapol. decis. 13. Igitur cum recusatio judicis sit exceptio dilatoria, ut probat gl. in d. c. pastoralis, cuius superius meminimus: videtur quidem, non minorem restituendum ad ejus propositionem Hujus tamen Innocentiane opinionis ratio ea est, quod exceptiones dilatoria sunt modici præjudicij, & ideo restitutio negari possit. l. socio. de in integrum restitutio. ut hinc possit lego expendere, quantum ponderis habeat hæc quinta ratio ad questionem de recusatione judicis.

Vidi tamen non semel, sed frequentissimè contrarium in hoc regio Granatensi prætorio servatum fuisse, admissisque minores, & Ecclesiastis, aut Rempubl. beneficio restitutio in integrum ad probandas, post conclusionem in causa recusationis, causas quæ ante ejusdem litis conclu-

sionem ortæ fuerant? quam opinionem aliquot rationibus comprobat Joan. Mauritius tract. de in integr. rest. c. 233. ex eo potissimum, quod durum sit coram suspecto judice litigare. dicit l. apertissimi. C. de judic. Nec minori obesse debet, quod causam conculserit absque objectione & recusatione judicis propter causam, quæ tunc aderat, & orta erat ante litis conclusionem; nam hoc inconsultè pretermisso minor censetur, quod ex in re fuisset diligenter bonus pater familias versatus, ut cum semper subsistat eadem suspicionis causa, habeat simili ratione minor restitui. Denique hæc posterior opinio receptior est, tametsi multis rationibus prior probari videatur.

¶ His verò libenter adjecerim id, de quo semel scio dubitatum in causa Ecclesiastica, quæ per querelam illata violentia à judice Ecclesiastico delata fuit ad hoc regium Granatense prætorium. ¶ Etenim jure Pontificio quoties recusatatur judex, de causa ipsa recusationis cognoscunt judices quidem arbitri à litigantibus electi, qui si competerent justè recusari judicem, non poterit is de causa cognoscere, text. in c. cum speciali in prin. de appell. c. si quis contra clericum de foro comp. c. suspicionis. de offic. deleg. c. judex ab Apostolica. eodem tit. in 6. ubi gl. & DD. communiter: atque idem jure civili statutum erat in quodam casu d. l. apertissimi. C. de judic. ea etenim constitutio definit, arbitros eligendos esse, quoties Judex delegatus recusatur. Sed si causa fuerit delegata pluribus judicibus cum clausula: quod si non omnes: & unus ex eis recusetur, non sunt arbitri eligendi ad tractandum causam recusationis, sed collegæ, qui non recusantur, de eadem poterunt, & debent causa cognoscere. text. elegans. in c. si contra unum de offic. deleg. in 6. queritur tandem an id sit respondendum, ubi causa pluribus judicibus delegatur cum clausula: & eorum cuilibet? & sanè quibusdam fortassis videbitur idem propter eamdem rationem, quæ expressa est in d. cap. si contra unum. Siquidem ad collegam recusati ratione dictæ clausule debet cognitio causæ pertinere: quæ quidem ratio ibidem obtinet, quoties causa plurib; committitur cum clausula: & eorum cuilibet. Nam uno ex judicibus impedito, qui de causa cooperat cognoscere, alter de eadem cognoscere poterit. cum plures. de offic. deleg. in 6.

¶ Nos verò contrariam sententiam rationibus aliquot conabimur instruere: imò quod eligendi sint arbitri: & primò, quia in d. c. si contra. in specie scribitur, secùs esse in aliis judicibus, qui dati non fuerint cum dicta clausula, quod si non omnes. Hi autem dantur sine illa, ut constat, imò cum alia clausula differenti: igitur non erit in his judicibus, de quibus agitur, servanda responsio.

¶ Secundò, est animadvertisendum, quod judicibus datis cum clausula: & eorum cuilibet, competit jurisdictione in solidum, nec est necessarium, simul eos de causa cognoscere, nec possunt simul eam examinare: siquidem unus tantum ex eis potest de causa cognoscere: idcirco dum iste impeditus non est, cæteri non possunt causam ipsam tractare, quia carent jurisdictione. Ergo non poterit uti jurisdictione quoad recusationem: quia nondum appetat, alium impeditum esse, qui verè cooperat jurisdictionem exercere, quod si semel pronunciatum fuerit, judicem illum esse suspectum, tunc poterit alius Judex ex collegis causam ipsam examinare. d. c. cum plures.

¶ Tertiò ad idem conductit plurimum maxima ratio discriminis. Nam in priori clausula omnes jurisdictionem habent: & ideo mirum non est, quod de unius recusatione cognoscant cæteri

ceteri, in posteriori autem non habent omnes jurisdictionem ab initio actualem, sed tantum is, qui ea uti coepérat.

Quartò: in causa prioris clausulae omnes simul in eodem loco de causa cognoscunt: ideo cum simul procedant, par est, & congruum, quod ad recusationem collegae non nominentur arbitrii. At in posteriori clausula sèpè contingit iudices esse diversorum locorum, atque ea ratione esset maximum inconveniens, quod si Judex Salmanticensis delegatus recusaretur, esset hujus recusationis causa deferenda ad collegam, qui esset Toleti, aut Zamoræ.

Quintò: & aliud accedit argumentum ab aburdo, & inconvenienti: quod si dentur tres iudices cum clausula: & eorum cuilibet. & recusetur unus: esset maximum discrimen, quis ex collegis tractatur sit recusationis causam: cum unus posset eam examinare, & fortassis vellat quilibet ea uti jurisdictione: ac item qui litteras obtinuit, vellat eligere judicem, ejusque adversarius alium. Quod si dixerit, hanc electionem pertinere ad eum; qui iudices delegatos impetravit nihilominus facillimè alter electum judicem recusaret: unde sequeretur maximum discrimen litis, quæ dilatio esset apud alterum litigantem facillima.

Deinde, & sextò, collega electus ad recusationis causam, dubio procul pronunciaret iudicem recusatum suspectum esse, ut solus ipse cognosceret de causa, cujus cognitio alioqui ad ipsum non pertineret. Quod videtur non omnino conveniens juris, & iustitiae executioni. Sic denique hæc opinio probari posset, quæ tamen adhuc dubia videtur quibusdam, qui re diligenter examinata, poterunt dexterius hanc questionem diffinire.

## CAPUT XXVII.

De expensis, & earum condemnatione, hoc in capite traduntur multa,

## SUMMARY.

1. *Victus condemnatur in expensis victori, etiamsi absque dolo, temere tamen litigaverit, etiamsi juramentum calumnia præstiterit.*
2. *Victus etiam in criminalibus, victori condemnatur in expensis.*
3. *Expensarum condemnatio est omittenda, ubi victus habuerit justam litigandi causam.*
4. *Statutum municipale conveniens juri communi an habeat speciale vim præter jus commune?*
5. *Condemnatio expensarum tunc fieri debet, cum fuerint petite.*
6. *Expensarum taxatio quo pacto fieri debeat?*

**E**xstat utriusque juris regula, qua instruimur, victum esse victori condemnandum in expensis c. calumnian. de pénis cap. olim. in 2. de privilegi. c. finem litibus. de dolo & contu. l. proverbi. §. sin autem alterutra. C. de jud. Regia l. 8. tit. 3. & l. 7. tit. 22. part. 3. quibus in locis ad hanc condemnationem frequentius notatur calumnia litigantium, ita quidem, † ut hæc malitia causa sit condemnationis, quæ in favorem victoris sit, ad reprimendum litigantium calumniam. Propriè verò calumnia in animo consistit, & ex dolo oritur, eaque in hac specie contingit, ut per fraudem adversarius ne lite vexetur. Et nihilominus huic regulæ locus erit, etiam ubi quis absque dolo, temere tamen litigaverit, inconsulte quidem, ac nullo adhibito consilio probat tex. in l. eum quem temere. ff. de jud. & in d. §. sin autem alterutra. notant Pan. & DD. in d. c. calumniam.

Bart. & alij, in d. §. sin autem alterutra. Laifranç in c. quoniam contra. de probatio. vers. expensa. col. 3. quid autem sit temeritas, deducitur ex l. 1. in fin. ff. de eo per quem factum erit cap. nullum. 30. q. 5. unde constituitur prima declaratio a præscriptæ regulæ intellectum.

¶ Secunda eadem fermè ratione traditur interpretatio, ut tandem vietus victori condemnandus sit in expensis, etiamsi ab initio litis juramentum de calumnia præstiterit. Barto. & omnes in d. §. sin autem. Bar. in l. 1. §. ff. ad Turpil. Bar. in d. l. eum quem temere. Abb. & alij in d. c. finem litib. n. 21. Soc. in rég. 131. Lanfr. in dicto verb. expensa. n. 8. qui afferit hanc opinionem communem esse, idem fatetur Abb. in d. c. calumniam. quam & totus mundus sequitur, ut testantur Sa-lic. in l. qui crimen. C. qui accus. non poss. in fin. & Jas. in d. §. sin autem. n. 11. etiamsi contrarium probaverit gloss. in d. c. fin. & in c. in pri-mis. 2. q. 1. & in auth. de judicib. §. oportet. collat. 6. quarum opinio expressim lege Regia 7. tit. 22. part. 3. auctoritatē juris habet: quia illicidem statuitur. Quod est usu forensium frequentissimo abrogatum. Nec vidi umquam hac de re controverti: imò passim vietus arbitrio judicis condemnatur in expensis, etiamsi præstiterit juramentum de calumnia.

¶ Tertiò, hæc ipsa regula obtinet, etiam apud judicem arbitriatum: nam & is condemnat vietus victori in expensis. Host. in summa. tit. de arbit. §. qualiter ad effectum. verb. sed numquid potest. Spe. eod. tit. de arbit. §. ult. sed cum. & Jas. in d. §. sin autem arg. l. 1. ff. de arbitris.

¶ Quartò, eidem regulæ locus erit non tantum in civilibus causis, † sed etiam in criminalib. text. in d. §. sin autem. adjuncto initio ejusdem legis. l. pen. de fruct. & liti expens. Bar. in d. l. 1. in princ. ff. ad Tertul. gl. in c. de dol. & contu. Henr. in d. cap. calunn. Jas. in d. sin aut. col. 7. quorum opinio communis est secundum Aret. & Fel. in c. accedens. de accus. Hipp. in sua Prætic. 5. supereft. & in l. patre. ff. de q. n. 18. & Nicel-lum in concordia. gl. 47. licet Lanfr. Orianus in d. cap. quoniam contra. in verb. expensa. col. 1. teneat contrarium. & disputet latè Anania in d. c. accidens. est etenim passim receptum, in criminalib. reum vietus cōdemnari in expensis, absq; ulla fermè exceptione, de expensis ratione contūacia factis nulla est dubitatio: nā in his dubio procul jure fit condēnatio gl. in c. cū dilecti de dolo & contu. quæ ult. est, & illuc Bald. gl. itē in l. qui crimen. C. qui accus. non poss. ubi text. hac de re optimus.

¶ Quintò, hæc cōdēnatio expensarū fieri potest, etiā ubi quis fuerit vietus per interlocutoriā sententiam. Etenim non expectata definitiva pronunciatione, Judex poterit condēnare vietu in expensis in ipsa interlocutoria sententia. gloss. Abb. & alij in d. c. finem litib. Bald. Saly. & Paul. in l. sanctimus. C. de judiciis. Jas. in dicto §. sin autem alterutra. n. 19. scribens, hanc opinionem communem esse, Quod si Judex velit cō-dēnatio ista differre ad definitivā, poterit hoc facere: & si non fuerit appellari ab interlocutoria, nō poterit postea appellari à condēnatione expensarū, quæ ratione interlocutoriæ sit definitiva, secundum Abb. & Dec. in c. sape. c. ult. de appell.

¶ Sextò, † condēnatio expensarū tunc jure omittenda est, cum quis habuit justā litigandi causā. text. in l. qui solidū §. etiā. ff. de leg. 2. & illuc omnes gl. communiter recepta in d. c. finem litibus. & in d. §. sin autem. de sent. latè ibi Jas. gl. in c. sa-cro de sent. excom. & in auth. de judicibus. §. oportet. collat. 9. & in c. 1. de elect. in 6. Regia lex 7. tit. 22. part. 3. quamvis in du-bio præsumptio sit contra vietu, quod non ha-buerit justam litigandi causam. gl. in d. c. calum. in auth. generaliter. C. de Episcop. & cler. tenent alterutra. notant Pan. & DD. in d. c. calumniam.

Bal. & Jas. in d. §. fin autem alterutra. Bal. & Sal. in auth. novo jure. C. de judiciis. sensit Abb. in d. c. finem litib. nu. 22. tametsi gl. ibi hac in re variaverit. Sed & Pan. in d. c. calumniam. asseverat hanc opinionem communem esse. Hæc verò sexta declaratio non tantum procedit in prima instantia, sed & in causa appellationis: nam & in ea non sit condemnatio expensarum adversus eum, qui habuit justam causam litigandi, ut notant Abb. & omnes in d. c. finem litib. contra gl. ibi Minor tamen causa excusat ab hac condemnatione expensarum in prima instantia quam in causa appellationis: quemadmodum post alios tradit Dec. in c. ut debitus, de appell. n. 21. sicut & minor causa excusat reum, quam actorem: ut idem Deci. scribit. in l. qui in alterius. ff. de reg. juris.

¶ Judices verò qui Rome in Rotæ prætorio jus reddunt litigantibus, semper condamnant victum vitori in expensis, etiamsi is habuerit justam litigandi causam, nisi ea justa causa oriatur ex prima sententia pro eo lata, & secunda sententia pronuncietur ex novis allegationibus, vel probationibus, ut fatetur Ludovic. Gomez. in regul. de annali poff. quæst. 41.

¶ Hæc tamen sexta declaratio non est admittenda, quoties expensæ debentur jure actionis. Nam ab his non excusat justa causa litigandi. gl. in d. §. oportet, quæ sing. est secundum Bald. in c. brevi. de jurejur. & Jas. in d. §. fin autem. col. 2. est & similis gl. in l. 3. §. si rem. ff. de leg. 3. quam dixit notab. Jas. in §. actionum. de act. nu. 52. commendant & Aret. Alex. in l. venditores. ff. de verb. obl. tradit latè Hipp. in d. l. patre & marito. ff. de q. n. 25. q. o fit, ut qui de evictione tenetur, ex contractu venditionis passim condemnetur in expensis, etiamsi justam habuerit litigandi causam.

¶ Idem erit, ubi expensæ debentur ratione contumacia: in his etenim sit condemnatio, etiamsi contumax habeat justam litigandi causam. in d. cap. finem litib. in prin. Sal. & Jas. in d. §. fin autem. col. 3. quia ha expensæ debentur propter primam citationem gl. in c. 1. de dolo & contum. 6. & in summa. 4. q. 5. not. Lanfr. in d. c. quoniam contra. n. 33. in verb. expensa gl. in c. querelam de procur. & illic Abb. idem Abb. & Fel. n. 15. in d. c. quoniam contra. Hipp. in d. l. patre n. 43. Abb. & Fel. in c. accus. Quo in loco Fel. existimat, vocatū ad judicium tribus dilationibus unica voce datis, & in tertia cōparentem, non teneri ad expensas primæ, nec secundæ dilationis, earumve ratione factas. Ego tandem opinor, quod licet justa causa litigandi non excusat ab expensis, quæ ratione contumacia debentur, tamen ab eisdem excusat justa causa non comparandi in judicio ad diem usque præfinitam: argumento gl. in c. 1. de dolo & contumacia in 6. & l. contumacia. & l. quæstum. ff. de rejudica. & c. querelam de procur.

¶ Sunt etiam qui opinentur, hanc condemnationem expensarum, quæ fieri debet adversus temerè litigantes, non esse omittendam propter justam litigandi causam, si cum juris regulis conveniat speciale alicujus urbis † statutum & municipalis lex, quæ dicet, victum vitori condemnandum esse in expensis. Ea siquidem lege vietus, qui justam causam habuit litigandi, eisdem in expensis condemnabitur. Hujus opiniois auctores fuere Bar. in d. l. 3. §. si rem. ff. de leg. 3. Abb. in c. unico. col. de plus petitio. gl. in auth. de exhiben. reis. versi causam. quam dixeré singularem esse Crem. in sing. 120. & Corsetus in singul. in verb. pœna quam opinionem fatentur communem esse Hipp. in d. patre vel marito. n. 29. & idem in sing. 207. & Ludovic. Gom. in c. 1. 218. de constit. in 6. & quibus alijs citantur, qui huic

sententia acceperunt. Et his suffragatur, quod statutum, seu municipalis lex idem disponens quod jus commune, addit speciale vinculum, & majorem vim juri communi, textus optimus in c. 2. de præbend. in 6. qui de consuetudine tractat. Ejusque meminere plures, maximè Barb. in cap. consuluit. de offic. deleg. n. 32. idem in c. 1. de rescript. n. 65. not. Bart. in l. 1. in prin. ff. ad legem Falc. Bar. in d. §. si rem. Abb. in c. ult. de obser. jejunij idem Abb. in c. cum venissent. de inf. & alijs, quorum meminit Gom. in d. c. 1. num. 220. idem voluit Aret. in c. 1. de rescript. Hæc tamen conclusio non probatur in d. c. 2. cum consuetudo, cuius illic mentio fit, non sit conformis juri communi, quod eo tempore statutum erat, imò contraria, ut constat. Et præterea non est conveniens, nec jure satis receptum, quod lex à Principe statuta post quam semel recepta fuerit, ex eo speciale vinculum habeat præter alias leges, quod sit diu moribus & consuetudine idem observatum. Idcirco adversus hanc conclusionem Bart. in d. l. 1. ff. ad legem. Falc. tenent inibi Imo. & Alex. in prin. col. pen. gl. celebris in verb. facti. quam Anch. eleganter defendit in d. c. 1. de constit. in lib. 6. text. opt. ubi Panor. idem notat. in cap. 1. de cognat. spirit. & est argumentum ex c. cum aliquibus. de rescript. in 6. quam opinionem fatentur communem esse Fel. in c. 1. de rescript. n. 15. & Jo. Crot. in d. c. 1. de constit. in 6. col. penul. qui hac de re latè disputat. Sed in specie opinionem Bart. in d. §. si rem. quoad condemnationem expensarum reprobant. Matthesilla. notab. 18. Alex. in l. properandum §. fin autem. col. 2. de jud. & ibi Jas. latius col. 2. & 3. Bald. in l. terminato. C. de fruct. & liti. expens. & Carol. Mol. in conf. Alex. 183. lib. 5. ad finem. Eamdemque sententiam ipse veriorem esse censeo, asseverans, etiam extante statuto, vel lege municipali, ut victus vitori condemnetur in expensis, non esse condemnandum in his eum, qui justam habuerit litigandi causam. Quod si vera foret opinio Bartoli, minimè esset admittenda quoad leges regias, quæ juris communis, non statutorum, nec legum municipalium jure censemur. Tunc sanè posset opinio prior obtinere, quando statutum aliquid adderet juri communi. Cujus rei exemplum in hac materia traditur quoties statutum, quod victus vitori condemnetur in expensis, non dirigit verba in ipsum judicem, sed potius inducit obligationem quandam ipsius victi, aut eam vitori tribuit: sic sanè victus teneatur vitori ad expensas: vel vitor expensas petat, & obtineat à victo: in hac etenim specie licet causa justa excusat victum ab expensis, poterit tamen vitor expensas petere à victo, etiamsi Judex earum condemnationem omiserit: quasi actionem vitor habeat ad eas petendas: quemadmodum Matthesi. existimat, & post eum idem adnotarunt Alex. in d. l. 1. col. pen. ff. ad leg. Falcid. idem in d. §. fin autem alterutra. Fel. in d. c. 1. de rescript. idem Fel. in c. significaverunt de exceptio. col. 3. atque ita est hæc quæstio definienda. Nec omnino certum est, Bart. opinionem in decis. §. si rem. communem esse, cum constet, multos juris utriusque Doctor. contrarium tenuisse, quorum mentione fit in præcitatissimis locis.

¶ Septimò, tunc fit † condemnatio in expensis, cum fuerint petitæ: alioqui Judex non tenetur victum vitori condemnare in expensis, gl. ordinaria in c. ult. de rescript. illic communiter recepta notant Abb. & Fel. in c. significaverunt de except. Alex. & Jas. in d. §. fin autem alterutra. n. 30. idem Jas. in l. universa. C. de precib. Imp. offerent. col. 1.

col. 1. Corset. in singul. in vero. expensae. & Hipp. in singul. 684. Judex vero, si velit, poterit condemnare victum vitori in expensis factis post litis contestationem, etiam si non fuerint petita. gl. in d. c. finem litib. Bart. & illic alij in l. 4. §. hoc autem judicium. ff. de damno infect. Dec. in c. sepe. de appell. col. ult. Jas. in d. §. sin autem. col. 8. arg. Aediles. §. sciendum. ff. de addit. edit. duo tamen tradit Jas. in d. §. sin autem alterutra. quæ practicis jure, ac meritò videbuntur dubia. Primum, quod sit satis, peti ab auctore vel reo ferrari sententiam pro se: ut Judex teneatur condemnare victum in expensis: & id voluit Bald. ibid. Alterum quidem, quod post latam sententiam eodem die poterit vitor petere condemnationem expensatum ex ratione. l. Paulus. in prima ff. de re judica. Hæc etenim sicut nec illud, quod adnotavimus ex gl. in d. c. finem litib. non video in praxi recepta fuisse.

¶ Sed quis expensarum condemnationem petierit, eaque faerit à judge omisa, non poterit appellare vitor ab omissa condemnatione expensarum l. ult. C. quando provocare non est necess. Quæ tunc obtinet, cum adversarius appellat à sententia: quia si victus non appellaverit, potest vitor à sententia provocare: qua ex parte omessa fuit condemnation expensarum, ut eas obtineat: quemadmodum ex decis. l. ult. adnotarunt ejus rationem observantes Ant. Abb. & omnes in c. significaverunt. de exceptio. & idem erit, quoties appellat victus à sententia, in eo, in quo ipsi præjudicat, non aliis: tunc etenim eadem ratione, cum appellatio non suspendat sententiam, nec deferat causam ad judicem appellationis, quoad omissam condemnationem expensarum, quæ ipsi victo utilis est, non contraria, sicut Pan. & Felin. col. 2. asseverant. in decis. c. significaverunt. idem Abb. in cap. cum Ioannes. col. ult. de fid. instrumentorum. poterit vitor ex ea causa provocare.

¶ Ceterum hæc vera sunt, ubi omessa fuit expensarum condemnation, quia Judex non videtur ab eis absolvere victum, quod adnotavimus i cap. 25. nu. 6. Attamen si Judex in sententia absolverit expressè ab expensis, tunc sanè necessaria est appellatio vitoris, alioqui transiret quoad expensas sententia in rem judicatam, etiam adversario simpliciter appellante, atque ideo permitta est in hac specie appellatio à sententia ratione expensarum: nec locum habet d. l. ult. sicut probare conatur contra Pan. ibi Ant. Imol. & Fel. col. 2. in d. cap. significaverunt. auctoritate illius cap. juncta interpretatione gl. 2. idem Imo. in cap. ultim. de except. col. ultim.

¶ Sed vera sunt in expensis, quæ officio tantum judicis mercenario petuntur: quasi secus sit in expensis, quæ jure actionis debentur: has etenim poterit vitor petere, etiam lata sententia quæ transferit in rem judicatam, & omiserit expensarum condemnationem. text. optim. in l. 4. C. depositi. notant Imo. & Rom. in l. si tertius. §. Celsus. ff. de aqua pluvia arcend. sensit gl. magna in c. finem litibus. de dolo & contumacia. cuius conclusionis exemplum patet in expensis, debentur ex contractu, & verè sunt conventionales. Idem, ut quidam opinantur, idem erit in expensis, quæ debentur ratione contumacia. Siquidem expense ratione vitoriae, sive fuerint factæ ante litem contestatam, sive post, debentur officio judicis. Quæ vero causa contumacia fuit ante litis contestationem, debentur actionis jure: quæ autem postea factæ fuerint officio judicis, secundum communem in d. cap. fin. li-

tib. & Ripam. in dict. §. hoc autem judicium. n. 82. atque ita intelligenda est glos. magna in eod. cap. finem litib. Quæ asseverat, expensas factas ante litis contestationem jure actionis deberi.

¶ Octavo, est omnino hac in re observandum, expensas, in quibus victus vitori condemnatur, taxandas esse à judge secundum qualitatem litigantium ex proprio quidem arbitrio, ut tandem præmissa taxatione vitor juramentum præstet, se verè impendisse quantitatem illam, quæ per judicem fuerit definita. gl. magna in d. c. fin. litib. & c. 1. §. 2. de elect. in 6. gl. in c. dilecti. de for. comp. & inibi Pan. & Doct. tex. optimus in c. olim de injur. Abb. in c. ult. de his, que vi sen met. caus. fuit Jas. in l. si quando. C. unde vi. n. 20. post alios, quorum meminit, idem probat regia lex i. tit. 18. 3. ord. [hodie l. 3. tit. 22. li. 4. Recop.] Nam cum hoc juramentum sit de veritate, non de affectione, oportet præcedere judicis moderamen ipsum juramentum; & hæc de judicialib. expensis: nam de extrajudicialibus qualiter probari debeant. tractant gl. & DD. in d. c. dilecti. gl. in l. unica. verb. subtilitatem. & illic latè Rebuffus. C. de sent. quæ pra co, quod interest.

## C A P U T X X V I I I .

De his rebus, quæ in dotem dantur æstimata.

### S U M M A R I A .

1. *Æstimatio rerum dotalium facit in dubio, etiam si pretium in arbitrium alterius conferatur.*
2. *Æstimatio an faciat emptionem, quoties apponitur clausula, quod dos restituatur eodem modo, quo data fuit?*
3. *Clausula, quod res restituantur eodem pretio, quo fuerint estimate, an impedit venditionem fieri per estimationem?*
4. *Intellexus l. si estimatis ff. solut. matrim.*
5. *Quid operetur clausula, ex qua datur electio quoad res, vel estimationem marito vel uxori?*
6. *Æstimatio quarundam rerum dotalium tacite à jure constituitur.*
7. *Æstimatio absq; certa quantitate an faciat emptionem?*
8. *Inopia mariti an impedit presumi emptionem ex estimatione?*
9. *Æstimatio an faciat emptionem quoties pretium non est justum; & inibi intellexit ad l. 16. tit. II. part. 4.*
10. *Traduntur alij tres casus, in quibus estimatio non facit emptionem, & explicantur.*

**E**X multis dotalibus instrumentis, quæ apud Regia tribunalia passim in judicio producuntur, plura vidi, in quibus res in dotem traduntur estimatione quadam ad numerorum certam quantitatem definitæ: eaque ratione non infrequens contingit dubitatio, an res ita in dotem traditæ sint matrimonio soluto restituendæ omnino, vel an sit satis, quod restituatur earum rerum estimationis, aut præcisè ad hujus solutionem teneatur ipse maritus, & ejus haeredes. Quæ in re illud est maximè adnotandum, † estimationem rerum dotalium emptionem & venditionem constituere & efficere. text. celebris, qui hanc conclusionem probat in dubio: ubi aliud non fuerit expressum in l. quoties C. de jure dot. gl. in l. si inter virum Cod. eo tit. l. plerunque. ff. eod. l. ex convent. C. de pætis. Quo in casu expressè appareret contractus dotis, & subintelligitur contractus venditionis, arg. l. sing. ff. si cert. per. atque ita hanc opinionem, quæ communis est, sequuntur plures, maximè Soc. conf. 56. lib. 1. verb. septimus casus. Rubeus. in conf. 5. Soc. Jun. in conf. 141. li. 1.

Alex,

Alex. cons. 156. n. 1. li. 3. & alij quorum minimis Tiraq. l. 1. de retract. §. 1. gl. 14. num. 20. text. insignis in l. 16. & 18. tit. 11. part. 4. not. Bart. in l. si ut certo. §. nunc videndum. ff. commodati. col. 2. qua quidem regula constituta sunt aliquot in practicis exemplis examinanda, quæ amplius aperient hujus tractatus difficultatem.

¶ Primum etenim constat hanc opinionem veram esse, etiam ubi ab initio dantur res in dote absque certa estimatione; pacto tamen expresso, quod haec res estimantur per arbitros ad id electos, atque ita dantur res in dotem estimatione illa estimatione, quæ fuerit per arbitros definita nec illi arbitri eam estimationem definierint. Nam censentur datae res illæ estimationæ ea estimatione, quæ facit emptionem ad premium illud, quod tempore traditionis res illæ justè valebant. Fit enim in hoc casu estimatione ab ipsa lege, quemadmodum eleganter hac in specie respondet Soc. in cons. 56. li. 1. col. penult. hujus opinionis auctorem allegans quendam ex junioribus in l. estimata. ff. solut. matr. is verò est Bald. Novellus quem citat & sequitur. Bart. Soc. in cons. 60. lib. 3. quasi favore dotis arbitris non arbitrantibus, locus sit arbitrio boni viri l. 3. de dot. promiss. l. cum post. §. gene. ff. de jure dot. de quo statim latius vers. 7.

¶ Secundò apparet ex his, quod si præcesserit dotis promissio in certa quantitate, & secunda fuerit rerum quarundam traditio pro dote promissa: illæ res censentur estimationæ illa estimatione, quæ facit emptionem: quemadmodum visum est Bart. Soc. consil. 69. lib. 4. col. penultim. quem sequitur Socin. junior in d. consil. 141. col. 2.

¶ Tertiò, quod mihi fortius & audacius dictum esse videtur, eidem Socin. in d. consil. 69. colum. penult. placet, quod si priori marito fuit promissa dos certæ quantitatis, & deinde secundo ac posteriori marito sit promissa dos absque certæ quantitatis mentione: & res quædam pro dote tradantur huic posteriori marito simpliciter, censentur datae pro quantitate priori viro promissa, & estimationæ illa estimatione quæ emptionem facit. Quia dos data priori viro, in dubio videtur etiam posteriori promissa. l. divus. & l. dotem, ff. de jure dot. l. pen. §. uxor. ff. solut. matrim. l. cum maritus. §. Titius. ff. de pæct. dot. Cynus in auth. sed quamvis. 3. quest. C. de rei uxor. actio Bart. in disputat. incipienti, quadam mulier habens amplum patrimonium, hac etenim ratione Soc. ipse usus est ad hujus conclusionis probationem.

¶ Quartò, adeò verum est, & estimationem rerum dotalium in dubio emptionem efficere ac venditionem, ut id etiam obtineat, quoties datis rebus in dotem, eisdem estimatis, apposita fuerit clausula hæc, quod solut. matrim. res illæ tradantur & restituantur his modis, & formis. quibus datae fuerant. Nam hæc verba hunc sensum habent, ut integræ fiat dotis restitutio, quoad prætaxatam estimationem: sic tandem opinatur Anton. Ruber in consil. 5. cui refragari videtur text. in l. si inter virum. C. de jure doti. l. ult. ubi Bal. Fulg. & Salyc. C. de pæctis. dot. l. si estimatis. ff. solut. matrim. quibus in locis probatur rerum dotalium estimationem non efficere venditionem, ubi adjicitur in contractu clausula illa, quod solut. matrim. illæ res in dotem data restituantur sub eisdem pretiis. Nihilominus istæ clausulæ differre videntur, cum hæc posterior magis aperiat mentem contrahentium, à quibus actum esse par est, & præsumi potest, quod matrimonio soluto fiat earumdem rerum restitutio, non quoad estimationem, sed præcisè quoad ipsasmet res, idcirco prior clausula maximè distincta videri poterit à po-

steriore, de qua ulterius hoc in capitulo tractabimus numero sequenti.

¶ Sed ex contrario constitui debet & conclusio, quæ primam ad proximam & usum forensem distinguit deducat in hunc sanè modum. Rerum dotalium estimatione non efficit venditionem nec emptionem constituit, quoties deduci potest ex pacto contrahentium, expresse vel tacite, estimationem factam fuisse ad aliud effectum, non ut venditionem efficeret. Probat hanc conclusionem text. in l. si estimatis. ff. solut. matrim. & fatentur omnes utriusque juris interpretes, qui questionem istam tractavere: præsertim Soc. in d. consil. 56. li. 1. text. optim. in d. l. si inter virum. C. de jure dot. & illic omnes hoc ipsum adnotarunt. Quod apertius explicabitur traditis aliquot illationibus, quæ hanc controversiam attinunt.

¶ Primò ex hoc patet, & estimationem rerum dotalium non efficere emptionem, ubi adjicitur huic estimationi, quod soluto matrimonio restituantur uxori pro eodem pretio, quo fuere estimationæ text. singul. in d. l. si inter virum, & inibi Bald. Bart. Salic. & alij post gl. & Cyn. text. opt. in l. ult. ff. de pæct. dot. cujus estimationis effectus est, quod soluto matrimonio res ipsæ estimationæ, si extant minimè diminutæ, aut nulla ex parte deteriores, restituenda sunt uxori. At si deteriores fuerint effectæ culpa mariti, tenebitur is ad estimationem præfinitam in contractu: sicuti probatur in dictis locis, & est communis omnium interpretatio. Tenetur tamen maritus in hac specie de culpa levissima, secundum Paul. de Castr. in d. l. estimatis. ff. solut. matr. n. 3. tametsi res istæ dotales nihilominus sint, de quorum periculo propter præscriptam estimationem maritus tenetur, si id contigerit ob culpam ejus etiam levissimam, ut ipse Paul. existimat idem repetit Paul. ipse in l. pen. §. mancipia. ff. solut. matrim. qui utrobique censet, maritum non teneri, nec ad res, nec ad estimationem, in hoc casu, si res perierint, aut deteriores fuerint effectæ absque ipsius ulla culpa. Idem notant gl. ultima & Salic. in d. l. si inter virum, quam sequitur asleverans communiter receptam esse Soc. in d. consil. 56. col. 2. lib. 1. cum alioqui regulariter maritus pro rebus dotalibus teneatur de dolo, lata culpa, & levi, non de levissima. l. etiam. §. 1. & illic omnes. ff. solut. matrim.

¶ Vnde infertur intellectum text. in dict. §. mancipia. quo in loco Jurisconsultus scribit, maritum teneri de periculo rerum dotalium estimationarum, ubi ipsi estimationi adjecta fuit clausula prædicta, quod res soluto matrimonio pro eodem pretio restituerentur uxori. Est etenim intelligendum, maritum teneri de culpa levissima, non tamen de periculo absque ejus ulla culpa contingenti. Regia verò l. 20. tit. 11. par. 4. cum hoc Jurisconsult. responsum in linguam & sermonem Castellanum traduceret, non tam dictæ clausulæ, quam pacto expresso tribuisse videtur, maritum teneri de periculo rei date in dotem: ut eadem Regia constitutio fortassis sit intelligenda quoad periculum absque ulla culpa mariti contingens, quod & Regia. l. 18. eod. tit. in ultimis verbis sensisse videtur, non quoad culpam levissimam.

¶ Hinc etiam constat interpretatio hujus clausulæ, quæ ita concipitur, ut res dotales estimationæ, soluto matrimonio pro eodem pretio uxori restituantur: est etenim hic verus sensus; quod si res illæ tempore matrimonij soluti valent, idem premium quo fuerunt estimationæ sit satis easdem uxori restitui: si vero res sunt minoris valoris

valoris propter culpam, etiam levissimam mariti, teneatur ad estimationem praefinitam in contractu quod notat Paul. Castr. in d. §. mancipia quod si absque culpa viri res perierint, vel factae sint deteriores, aut ratione temporis earum valor fuerit minor absque ulla rerum laesione, satis erit easdem res uxori restitui & tradi à viro, qui non poterit invita uxore res easdem sibi retinere soluta estimatione.

¶ Hujus autem periculi ratione maritus in hac specie consequitur commodum illud, quod partus ancillarum, alioqui ad uxorem pertinentes, ipsius viri efficiuntur, nec eos tenebitur restituere uxori matrimonio soluto. Partus autem intellico matrimonio constante editos. text. insignis in d. §. mancipia. secundum communem intellectum. Nam Jurisconsultus nihil aliud ad effectum istum exigit, quam periculum marito incumbens ex clausula superius tradita, licet Regias l. 20. tit. 11. par. 4. exigat, quod maritus receperit in se periculum rerum dotalium aestimatarum absque venditionem. Quin & eadem lex sensit, partus ancillarum dotalium ad virum pertinere: si editi fuerint matrimonio constante, quoties ipse periculum ancillarum, etiam non aestimatarum, in se suscepit quoad interitum, vel quoad diminutionem tantum. Cujus decisionis aquissima ratio est, & deducitur à responso Jurisconsulti in d. §. mancipia. Sed & fortassis pactum hoc expressum ita conceptum, majorem vim & potestatem obtinebit, quam tacitum, quoad hoc ut maritus teneatur etiam absque ulla ejus culpa, etiam levissima res dotales perierint, vel fuerint deteriores effecta.

¶ Secundò deducitur ex d. principali conclusione, estimationem non facere emptionem, quoties adjicitur pactum, quod res aestimatæ soluto matrimonio restituantur uxori, si tunc extiterint habita tamen ratione augmenti & diminutionis, boni viri arbitratu. text. optim in d. l. aestimatis. Quem Paul. & Castr. & alij sic inibi interpretantur. & Soc. in d. conf. 56. colum. 2. li. 1. hujus autem clausulæ ille potissimum constat effectus, quod res illæ, si soluto matr. extent etiam apud tertium, quia nondum perierunt, restituentæ sunt uxori, ab eaque peti poterunt ipsam res, aut earam justa ejus temporis estimatione: ut Paul. Castr. post alios explicat in d. l. si aestimatis. & est communis opinio. Etenim cum dominium non sit verè translatum in maritum, immo matrimonio soluto sit penes ipsam uxorem, quia estimatione non fecit emptionem, poterunt res istæ ab uxore revindicari argum. l. quod si fundas. ff. de fundo dotali. Sic sane in hac specie propter vim & potestatem præscriptæ clausulæ, si tempore matrimonij soluti res extantes sint majoris estimationis, hoc augmentum cedit lucro mariti, modò non sit augmentum intrinsecè contingens: si verò sint minoris estimationis extrinsecè ob culpam, etiam levissimam mariti, damnum hoc marito incumbit: & propterea consequitur commodum traditum à Jurisconsulto in d. §. mancipia. nec tenetur maritus de diminutione, aut interitu absque ulla ejus culpa contingenti, secundum Paul. de Castr. in d. leg. si aestimatis. & Salic. in d. leg. si inter virum. C. de jur. dot.

¶ Tertiò colligitur, adhuc estimationem rerum dotalium emptionem non efficere, si pactum sit, quod res ipsæ matrimonio soluto restituantur. Etenim in hoc casu idem respondendum erit quod in præcedenti, etiam si non fuerit adjecta clausula illa: *habita ratione augmenti, & diminutionis*: quia hæc censemur tacite subintellecta:

quenadmodum sensit Paul. de Castr. in d. l. si aestimatis, num. 5. & tenent Soc. in d. conf. 56. vers. quartus casus lib. 1. idcirco ea, quæ proxime diximus, erunt & in hoc casu repetenda.

¶ His verò prænotatis, est adnotandum, quod licet alioqui res dotalis non possit à marito alienari, etiam consentiente uxore, ut Institut. quibus alienare licet. in pr. & per tot. ff. de fundo dotali. attamen in his tribus casibus fundus dotalis poterit alienari à viro consentiente uxore: quamvis soluto matrimonio uxor petere valeat estimationem in ipso contractu dotis definitam text. sing. secundum omnes ferè juris civilis ejus interpres in dict. l. si aestimatis. Cujus meminere idem tenentes Bald. Novel. de dote par. 7. privileg. 1. num. 10. Jo. Campegius de dote par. 1. q. 40. probat idem text. in l. nnica, §. & cum lex. C. de rei uxori. actio. & in l. ult. ff. de pact. dotali. ex qua apparet hoc procedere five res dotalis sit mobilis, five immobilis, secundum Paul. de Castr. in d. l. si aestimatis. num. 19. tametsi text. in d. l. si aestimatis loquatur de rebus mobilibus. Quod est in hac materia memorie & menti tenendum idem notat Joan. Lup. in rubr. de donat. §. 17. num. 8. pulchre Salyc. in l. interest. C. de usufruct.

¶ Horum autem trium caluum illa potissimum ratio traditur in d. l. si inter virum. & in l. cum post. §. cum res in dorem, ff. de jure dori. Quod hæc estimatione facta sit non causa venditionis, aut emptionis: sed ut cognoscatur, an res sit effecta deterior: vel pretiosior. Vnde Socin. in d. conf. 65. inquit, facta simpliciter estimatione cum pacto, quod res ipsæ matrimonio soluto restituantur, tacite subintelligi clausulam illam, cuius meminit Juris. in d. l. si aestimatis. Et idem illuc tenet Paul. de Cast. ut diximus. Quamobrem periculum rerum dotalium contingens culpa etiam levissima mariti viro incumbit: non uxori: cui tamen accedit damnum absque ulla mariti culpa eveniens, sicut ipsius rei augmentum intrinsecum nulla facta per maritum melioratione,

¶ Quod si hæc vera sunt, ut videntur à Doct. recepta inde constabit intellectus ad l. 19. tit. 11. par. 4. quæ expressim asserit augmentum & damnum rerum dotalium aestimatarum ipsi actori accedere, & ad ipsum pertinere, quoties estimatione facta est ad effectum, ut appareat matrimonio soluto, an res sint effectæ viiores, ac pretiosiores. Nam quoad damnum rerum est constitutio intelligenda, ubi id contigerit absque ulla mariti culpa etiam levissima. Siquidem damnum ipsis rebus ita aestimatis contingens culpa viri, etiam levissima, non pertinet ad uxorem, sed ad maritum. Atque ita erit predicta regia lex interpretanda; ut conveniat his, quæ jure communi decisa sunt.

¶ Quartò, tunc estimatione rerum dotalium emptionem manifestè facit, cum pactum fuerit soluto matrimonio, res ipsas, vel earum estimationem arbitrio & electione mariti restituendas esse. l. plerunque. ff. de jure dot. Regia l. 18. tit. 21. par. 4. notant omnes in d. l. si aestimatis. Adhuc tamen non est hæc ipsa pactio vera emptio, quia si maritus eligat tradere, ac restituere ipsas res, etiam deteriores, obligationi satisficiat, modò non fuerint deteriores effectæ, culpa saltem levi ipsius mariti l. sane. ff. de jure. dot. quam ita explicat Paul. in l. aestimata. ff. solus. mar. idem sensit d. Regia. l. 18. ad f. dum, inquit, marito eligente restitutionem earumdem rerum, augmentum, & diminutionem ipsarum pertine-

pertinere ad uxorem, nisi diminutio culpa viri contigerit, aut ipse vir in se suscepere damnum ipsorum rerum dotalium. Nā ubi estimationem emptiōnem effecerit veram: quia praeceps ipsa estimatione restituenda est, dubio procul damnum & periculum ipsorum rerum utcumque contingens, etiam absque culpa mariti levissima, ipsi marito imputatur, quemadmodum uxori incumberet, si nulla fieret estimatione rerum dotalium, damnum absque culpa levi mariti contingens. d. l. plerumque. d. l. 18. tit. 11. part. 4. l. etiam. §. 1. ff. solut. matrim.

Sed in hoc quarto casu, maritus, re penitus extinta, etiam absque ulla ejus culpa levi, vel levissima, tenebitur praeceps ad estimationem, quod probatur in d. l. plerumque cum l. sequent. optimè tradit Paul. de Castr. in d. l. estimata qui in d. si estimatis scribit, posse in hac specie maritū res alienare absque ullo consensu uxoris l. quod si fundus ff. de fundo dot. idem adnotavit Ludov. Rom. in d. l. si estimatis, numer. 22. & sequentibus. quibus in locis ab his & aliis receptum est in dubio quoties in contractu dotis actum sit, soluto matrimonio res ipsas, vel eorum estimationem restituendam fore, electionem ad ipsum maritum pertinere: idque apertissime constat in l. plerumque §. ult. & notat Socin. in dict. conf. 56. col. 2. li. 1. quod si electio rerum vel estimationis expressim uxori fuerit excepta in contractu dotis: tunc maritus matrimonio constante non poterit res dotales estimationes alienare absque consensu uxoris d. l. quod si fundus. Harumque rerum periculum ad maritum pertinebit, si uxor elegerit estimationem: sicut & in eo casu augmentum ipsius erit viri. At si uxor elegerit res ipsas, planè augmentum earum, & damnum ipsi actori accident: quod satis constat ex l. 19. tit. 11. par. 4. & d. l. plerumque. tenebitur tamen uxor meliorationes rerum mariti opera, & impensas factas ipsi viro solvere: etenim hoc non tollitur per actionem superius commemoratam. Ex his vero poterit lector expendere, an Carol. Molin. in consuet. Parif. titul. 2. §. 56. numer. 4. recte intellexerit Juriscons. responsum in d. l. plerumque.

Quinto, si mentem ipsorum contrahentium & rationes Jurisconsultorum consideremus, manifestum erit, multum nocere marito, estimationem simpliciter factam in contractu dotis earum rerum, quæ licet non constant numero, pondere, nec mensura: usu tamen consumuntur: tenebitur siquidem maritus ad estimationem præfinitam, etiamsi res fuerint consumptæ, vel attritæ per usum ipsius tantum uxor. Textus est celebris in l. estimata, ff. solut. matrim. ubi Bar. & omnes illius responsi rationem, & decisionem commendant ex eo, quod hæc estimationem emptiōnem in dubio effecerit, & ideo maritus præceps tenetur ad estimationem: cum sit perfecta ipsa rerum estimationarum venditio.

Sexto constituitur à lege absque pacto contrahentium & tacita quadam rerum dotalium estimatione, quoties res in dotem date consistunt in Pondere, numero, vel mensura: nam soluto matrimonio tenerur maritus ad earum estimationem, licet fuerint absque ejus culpa consumptæ. gl. in sing. in d. l. estimata, ff. solut. matr. per text. in l. res in dotem, ff. de jure dot. cuius hæc sunt verba. Res in dotem data, que pondere, numero, mensuræ constant, mariti periculo sunt, quia in hoc datur, ut maritus eas ad arbitrium suum distrahat, & quandoque solut. matrim. ejusdem generis & qualitatis alias restituat vel ipse, vel heres ejus. Hactenus Juriscons. cuius ideo in specie memini, quod gl. non satis sensum

illius responsi explicauerit. Siquidem maritus non tenetur ad estimationem, sed ad restitutionem aliarum ejusdem generis & qualitatis. sicuti optimè admonet Paul. de Castr. in d. l. estimata. not. Joan. Lup. in rubr. de don. §. 17. num. 8. Regia l. 21. tit. 11. par. 4. quæ est singularis. Est ad hoc ratio elegans ex l. 2. §. mutui datio. ff. si cert. per. quo in loco res istæ dicuntur ejus esse conditionis, ut in suo genere functionem recipient: id est, quæ propter naturæ vel artis similitudinem recipient promiscuum usum, ita quod una possit alterius vice fungi: ut frumentum cum frumento: vinum cum vino, oleum cum oleo: aut tandem formalem & substantialem equipollentiam res istæ habent in suo genere, ut una res uniformiter fungatur vice alterius, & substantia liter: sic quod non eadem res, & certa in individua specie reddatur: sed eadem res, & certa secundum veram & realem substantiam genere & qualitate solvatur, id est, solvi possit: quemadmodum explicant Carol. Molin. in tract. de contractib. n. 17.

Septimo ut rem istam amplius exponamus, non prætermittemus disputationem hanc: at & estimatione rerum dotalium efficiat emptionem quoties certa quantitas ipsius estimationis expressa non fuerit. & Bart. in l. si ut certo, §. nunc videndum, ff. commodati, num. 5. afferit non constituit emptionem ex hac estimatione, quæ incerta. Unde si dictum sit in contractu, res illas tradi estimationes, nulla estimationis definita quantitate, non efficitur emptione: atque ideo re perempta non debetur estimatione. Quam opinionem sequitur Curt. Jun. in l. ex convent. col. 2. C. de pactis. adduciturque Bar. text. in l. quidam. §. 2. ff. de legat. 1. ubi re legata alicui, & gravato legatario, alteri premium ejusdem rei restituere: re ipsa perempta non tenebitur legatarius ad premium, nec ad estimationem: ut Bart. censet, quia incerta fuit estimatione, quasi non sit locus Jurisconsulti responso, ubi testator legatarium gravaret alteri certam ipsius rei estimationem restituere: quod tenent idem Bar. in l. vir uxori, ff. de dote preleg. Paul. de Castr. in d. §. 2. idem Paul. & illic Jaf. in l. Titia textores, §. ult. ff. de leg. 1. text. opti. ad hoc in d. l. vir uxori quam sic intellexere Alex. in leg. quod te mibi, col. 2. Soc. numer. 12. Dec. num. 6. & illic Purpurat. col. 3. & 4. qui hanc opin. Bar. sequuntur, licet quoad intellectum d. leg. vir uxori. dubitaverint, ut statim trademus. Oportet enim examinare, an opinio Bart. probetur in locis ab eo adductis.

Nam quod attinet ad intellectum, l. quidam, §. si tibi. non constat illius responsi ratio ex pretij certa definitione, sed à voluntate testatoris, qui legavit per fidicommissum premium, servi respectu & ratione ipsius servi: & idcirco videtur dedisse primo legatario, cui servum legavit, electionem dandi servum legatum alteri legatario, vel ejus premium, scribit gloss. illic recepta in d. §. si tibi. Quamobrem accedit conclusio illa communis ferè omnia in l. quod te mibi, ff. si cert. pet. cuius ipse memini in l. 2. Variar. resolut. c. 4. n. 14. asleverans non teneri quæ perempta re ad ejus estimationem, nec ad illam quantitatem, quæ respectu & ratione illius rei & specie debetur, quoties debitor rem ipsam extrahet posset invito creditori dare. Igitur in specie & casu Jurisconsulti, etiamsi quantitas certa foret à testatore nominatim expressa, idem esset dicendum: quia testator illam quantitatem omnino respectu & ratione rei & specie legavit, & posset primus legatarius tradendo rem ipsam liberari ab obligatione legati: atque ita contra Bart. illum text. intel-

intellexerunt Aretin. & Alex. in d. l. *Titio testores*, §. ult. ff. de leg. 1. ubi Jas. non satis certus est de hujus conclusionis veritate, quæ constat ex d. l. *Titie*, §. ult. & multis aliis locis & auctoritatibus, quæ latè adducuntur in d. l. *quod te mihi*. Nec tamen iustior, maximam esse Batt. & Paul. Cattr. auctoritatem quoad prædictum intellectum & interpretationem: tametsi videam non satis urgere rationes ab eis pro hac parte adductas, cum non conveniat J. C. differentia ita quantitatis certæ ab incerta.

¶ Eadem ratione respondendum erit adversus Bar. & tequaces Jurisconsulti responsum in d. l. *vir uxoris*, etiam obtinere ubi quantitas esset incerta: quia mortuis dotalibus mancipiis vivo testatore qui legaverat uxori pro eis æstimationem, aut quantitatem, & post mortem eorum non revocante testatore legatum voluntas ejus constat, ut legatum debeatur, etiam mortuis dotalibus servis, quæ quidem ratio ita obtinet, ubi est legata quantitas incerta, ac si certa foret expressum relicta: quemadmodum Aret. & Alex. in d. l. *Titie*, §. ult. & ibi Jas. idem Jas. num. 15. Dec. num. 6. Ripa num. 18. adnotarunt in d. l. *quod te mihi*. Unde non placet Bar. inducere in d. §. nunc videndum, pro hoc septimo intellectu.

¶ Sed huic septimæ declarationi suffragatur ratio ab eo deduxta, quod æstimatione censemur quædam propria venditio. *l. ex conventione*. *C. de pactis*. Venditio autem non constat sine præcio. *l. empti fides*. *C. de contrah. empti*. §. præmium. *Instit. de empti*. & *venditio*. Igitur cum in hoc casu æstimator fiat absque quantitate certa, consequitur, eam non efficere emptionem. Nam quod superius attigimus in hoc capite, versic. primum, procedit, quoties prætij quantitas, & definitio collata est in alterius arbitrium: tunc etenim illo non arbitrante favore dotis, ut res sit periculo mariti, non uxoris, succedit ad æstimationem faciendam boni viri arbitrium, & sic æstimator faciet emptionem: quod est uxori favorable: secus autem ubi prætij & æstimationis definitio in nullius arbitrium fuit collata. Quod deducitur ex *l. ultim. C. de contrah. empti*. quo fit, ut hic septimus intellectus ex Bart. & Curt. adnotatus jure possit probari & defendi; legitio tamen Fabianum in tractat. *de empti*. §. quæst. vers. circa tertium. qui tractat, an valeat venditio, quæ fit absque præcio certo, nec collatum alterius arbitrium, ut succedat judicis æstimatione, maximè re tradita. Illuc etenim adducit auctores varia probantes: ex quibus disputati poterit contra Bart. & Curt. Juniotem, quibus nihilominus accederem in hac dubia quæstione: multa siquidem sunt supplenda, ut ex certa æstimatione rerum dotalium, emptionem constituamus, præseruimus rerum immobilium.

¶ Octavò, quibusdam placet, + æstimationem rerum dotalium in dubio non efficere emptionem, quoties eo tempore, quo fit æstimatione, maritus dotem recipiens non est solvendo, nec habet bona, ex quibus æstimationem rerum dotalium solvere possit. Hujus opinionis censentur auctores Bald & Salic. in *l. interest*. *ad fin. C. de usufructu*. Cremensis in *singul. 18. Joan. Lup. in c. per vestras. in repet. rubric. de donationib. §. 17. num. 8. Jas. & Dec. in d. l. ex convenientie*. *C. de pacti*. idem Jas. in *§. actionum*, *instit. de actio*. n. 84. Soc. Juniot. in *conf. 141. li. 1. n. 12*. qui rationem hanc adducit. quod lex non potuerit fingere, præmium æstimationis datum fuisse pro rebus uxori à marito inopi, & rursus illud præmium receptum in dotem. Quæ quidem ratio, ut ingenuè fatear, adeò debilis mihi videtur, ut plane censem eam indignam esse cuiusvis mediocriter docti auctoritatē: attamen nihil in hac specie fingitur impossibile: siquidem maritus ille pauper potuisset habere natura, & jure præmium illud, quo fuere res

dotaes æstimatae. Sic tandem ipse opinor falsam esse opinionem istam, quam in hoc vers. 8. tradidimus, etiamsi tot juris utriusque interpretes eamdem probaverint: scito etenim, æstimationem rerum dotalium in dubio efficere emptionem: nec video alicui probari, hoc non procedere, ubi manus, res illas accipiens, eo tempore non fuerit ita dives, quod potuisset tunc æstimationis præmium reddere, lmò quidquid Cremensis Jas. Dec. Joan. Lup. & Socin. scripserint, Bald. & Saly. in d. l. interest. hanc conclusionem minimè tenuerunt, ut plane mirer, cur viri diligentissimi sic in referendis veterum sententiis fuerint hallucinati. Et enim Bald. & Salic. nihil aliud voluerunt, quam quod mulier possit utili rei vindicatione agere ad rem æstimataam, etiam ea æstimatione, quæ emptionem fecerit, in subsidium quoties maritus aut hæres non habet bona, ex quibus solvatnr dotis æstimatione ipsi uxori. Quod not. gloss. celebris in *l. in rebus*. vers. *æstimat. ff. de jure dot.* quam illic sequuntur omnes, & Bal. Nouel, *de dote*. part. 7. *privilegio 23. & part. 8. privileg. 7.* atque idem Jas. in *diel. §. actionum. n. 84. & in l. traditionib. C. de pact. col. ult. Bal. in l. ex conventione. 3. opposit. C. eod. tit. idem Bal. & pulchrè Sal. in d. l. interest.* qui non negant, æstimationem fecisse emptionem, sed probant, quod ubi æstimationem fecerit, possit etiam tunc in subsidium uxoris agere utili rei vindicatione ad rem æstimataam, quæ per tertium possidetur titulo lucrative, vel oneroso. Atque ita non potest verè adduci Baldi auctoritas pro hac opinione, quam in hoc versic. ex tot auctoribus retulimus: & quam iterum paulò diligenter retulit Joan. Lup. in *repet. cap. per vestras* §. 21. num. 2. dubitans, an in casu inopie res æstimatae tali æstimatione, quæ emptionem constitutat, pereant ante restitutionem periculo uxoris: & tandem opinatur, eas petite vieti periculo. Quod ipse absque dubio libentissime probavet. Nec refert, quod Bald. & Salic. scribunt, data inopia mariti rem istam ita æstimataam, manere dotalem: quia non intelligunt, quod verè sit dotalis: sed quoad effectum consequendi dotem, ne illa pereat. & præterea hi auctores non tractant de inopia mariti, tempore contractus dotalistantum, sed de inopia ejusdem eo tempore, quo dos ab uxore repeti potest. & ideo idem respondissent, quoties tempore contractus maritus esset dives, modò postea pauper fuerit effectus. Illud verò non est prætermittendum, quod opinio gloss. in d. l. *rebus*: obtinet, etiamsi uxoris consenserit alienationi rei æstimatae, quæ facta fuit per maritum eo casu quo æstimatione fecit vel non fecit emptionem secundum Sal. in *diel. l. interest. ad fin. & Bald. Novel. de dote*, part. 8. *privilegio 7*. Sed si uxoris egerit utili rei vindicatione ad rem æstimataam ei æstimatione, quæ fecit emptionem juxta opin. gloss. præciratæ, adhuc dubitatur an possessor possit condemnationem restitutionis rei effugere offerendo æstimationem ipsius rei? & sanè Marian. Socin. in *conf. 224. lib. 2. vers. quin imò. & Jason. in l. traditionibus. C. de pactis n. 20*. eleganter responderunt, noui esse in hac specie præcisè necessariam rei restitutionem, sed satis esse, quod tertius possessor offerat præmium æstimationis. Quod probatur ex eo, quod hic tertius possessor, jus habens à marito, possit uti ejusdem defensionibus, quibus maritus uti potuisset: quemadmodum satis constat, cum in jus mariti succellerit, maritus autem satis fecisset uxori ad dotem agenti si æstimationem daret: ideo satis manifestum est quod Soc. & Jas. adnotarunt. Deinde uxoris non potest agere ad rem æstimataam quando æstimatione fecit emptionem, nisi in subsidium: quia ex bonis mari non potest consequi æstimationem propter eius inopiam. Ergo tantum ei competit utilis rei vindicatione in effectu ratione illius æstimationis: & verè

licet sit utilis rei vendicatio, tamen hæc non differt quoad restitutionem dotis ab hypotheca: quamvis quoad prælationem, & alios effectus possit differre: quam nobis sequor ipse Socin. & Jason. tentiam, etiam si latè probat Socini opinionem Anton. de Fano in tract. de pignorib. §. part. membro, §. num. 28, qui multa alia tradit hac in re, quæ sunt memoriarum commendanda: eum legitio, licet ejus assertio, qua ex parte Socinum improbat mihi nusquam placuerit.

¶ Nonò eit egregiè observandum, & aestimatio rerum dotalium tunc efficere emptionem, cum aestimatio sit ad quantitatem dignam pro ipsorum rerum præcio justo, quasi dicendum sit, non efficere venditionem aestimationem illam, quæ non fuerit facta pro præcio justo: secundum Bald. Salic. Jason. & Dec. in dict. l. ex conventione. Joan. Lup. in cap. per vestras. de donat. inter virum & uxorem, super text. §. 21. num. 4. Aret. cons. 84. col. 2. Bald. in l. 1. quæst. 3. C. commoda. Barbar. in cons. 19. colum. 4. lib. 4. Socia. Jun. in dict. cons. 141. lib. 1. colum. 4. quibus suffragatur gloss. in l. 1. §. in verb. agendo ff. de superficiebus, quæ probat ex quantitate præcij præsumi contractum venditionis, vel alium ab eo dissimilem. Cujus meminere Corset. in sing. in verb. contratt. Jaf. in l. 1. col. 5. C. de jure emphyr. Panorm. in consil. 116. lib. 2. colum. ultim. sic denique hanc novam conclusionem communii omnium sententia probatam ac receptam esse alleverat Socin. Jun. in dict. cons. 141. num. 21. quo in loco ad ejus probationem post Salyc. Inducit duos text. scilicet l. 3. §. 1. ff. de cond. casu. data & l. si in C. si mancip. ita fuerint alienat. ego verò hanc opinionem tunc admitterem, cum aestimatio facta fuerit præcio minus justo ex deceptione ultra dimidiam: etenim in hoc casu propter maximam præcij justi diminutionem vel augmentum præsumitur ad alium effectum factam fuisse aestimationem, non ad constituantem, nec efficiendam emptionem: quod mihi probatur, & sit verisimile ex ipsius Salic. verbis in d. l. ex conventione qui scribit aestimationem, constituere, & efficere emptionem, ubi facta sit pro præcio justo, vel fere justo. Alioquin enim, si in distinctione contractum admitteremus, cum varia contingent de justo præcio sapissime testimonia, nec præmium justum consistat in individua certitudine, maximus esset locus litibus hac de re & controversiis, nec posset frequenter ad præxim induci communis illa regula, ex qua diximus, aestimationem rerum dotalium in dubio emptionem efficere. His accedit Regia lex satis insignis in l. 16. tit. 11. pars. 4. qua cautum extat, in aestimatione rerum dotalium qui simpliciter facta fuerit, non esse permittendum, quod uxor, vel maritus aliquam etiam intra dimidiam justi præcij, læsionem patiantur: imò si aestimatio fiat pluris, vel minoris justo præcio, læsio est reparanda: ut eadem lex respondit, Ergo lex illa non statuit aestimationem factam pro præcio majori, quara justitia commutationis patiatur, non efficere venditionem: sed maximè censet eam factam esse, modò justum præmium per additionem, vel diminutionem constituantur. Unde textus hic satis posset induci contra Baldum, Salicetum, & communem, nisi fortassis Regia constitutio ita intelligatur, ut obtineat quoties læsio contingit, intra dimidiam, quod si ultra dimidiam læsio in præcio contigisset, tunc locus sit opinioni Bald. & aliorum, ut aestimatio non faciat emptionem, saltem ubi læsio esset in uxoris damnum.

¶ Decimò, regula juris, quam superius tradidimus est vera, & procedit & ubi res dorales alicuius minoris traduntur marito estimate auctoritate tutoris, & decreto judicis, ac denique ea forma, & solemnitate, quæ iure necessaria est in alienandis rebus minorum. Nam etiam si quibusdam vilium fuerit, posse res mi-

notum dati in dotem pro ipsis minoribus absque decreto judicis, & id fortassis non sit à publica utilitate alienum: receptius tamen est, decretum exigi ultra turoris auctoritatem ad donationem dotis, illarum equidem rerum, quæ non possunt absque decreto alienari, etique dotis causa sufficiens ad justitiam alienationis, text. & ibi gl. & DD. in l. lex qua tutores C. de administr. tutorum. notatur in l. 1. C. si advers. dotem. tradit. part. in l. si constante. ff. solut. matrim. num. 77. optimè Fabian. de Monte in tractat. de emptione, q. 5. vers. sequitur videre de forma. col. 26. unius quest. Nec potest dubitari de hac conclusione, quoties non tantum agitur de simplici donatione in dotem, sed de donatione illa, quæ per aestimationem emptionem facit, & est vera propriaque alienatio d. l. ex conventione. C. de paclis. Unde opinor aestimationem rerum dotalium minoris non efficere emptionem absque decreto judicis etiam si tutoris auctoritas accesserit. Quia ratione posset contingere, aestimationem rerum dotalium patrum emptionem efficere; utpote si quædam ex rebus dotalibus aestimatis sint ejus conditionis & qualitatibus, ut à tute absque decreto alienari possint, & facta fuerit aestimatio absque decreto judicis. Etenim in hac specie aestimatio facit emptionem quoad res illas, quæ possunt per tutorem alienari absque decreto. Quod est notandum omenino: quia passim contingere potest.

¶ Quod si rerum immobilium facta sit aestimatio à tute absque decreto judicis, & ita datæ fuctint res in dotem, poterit uxor soluto matrimonio ratam habere hanc aestimationem, & præmium illius eligere ac petere, si sibi ea eleccio uisa sit utilior. Hanc tentiam ex eo probamus, quod Episcopus ratam possit habere alienationem rerum Ecclesiæ absque solemnitate sede vacante factam, gl. in c. 1. ne sede vacan: in verb. sede vacante, quam commendant & sequuntur Abb. in c. causam qua in secundo, de judic. col. ult. idem in cap. diversis fallaciis. col. 2. de cleric. conjug. & in consil. 84. lib. 2. Aret. in consil. 77. col. penit. Jaf. in l. non eo minus. n. 3. Ced. de procurat. quibus accedit Matthel. notab. 156. Fulgos. & Jaf. in l. cum hi. §. eam transactionem. num. 3. de transactionib. textus optimus in l. Julianus. §. si à pupillo, ff. de alio. empi. pulchriè Innocent. in cap. 1. & illic omnes de his, quæ sunt à prelat. sine consensu e. minor etenim, vel Ecclesia poterit ratum habere contractum factum absque juris solemnitate: nec potest alter huic ratificationi contradicere: quod probat text. in d. §. si à pupillo & idem erit in Ecclesia, secundum Innoc. & alios, quorum modò meminimus. Sicut contractus dolo contrahentis gestus, licet sit nullus, potest ratus haberis ab altero; qui dolum non adhibuit gl. Bald. & omnes in l. juris gentium §. prætor ait ff. de paclis gl. in l. eleganter, in verbo, nullam. & illic Bar. ff. de delo Jaf. in §. actionum, n. 41. de actioni. & tradit Bald. in l. dum. C. de pericul. commod. rei vendit. idem Bal. in l. C. plus valere quod agi. colum. 2. sic igitur uxor potest ratam habere aestimationem rerum dotalium, & immobilium factam absque decreto judicis, ut talis aestimatio emptionem faciat in ipsis uxor's utilitatem, si ipsa velit matrimonio soluto eligere aestimationem, nisi quis dixerit, gloss. & communem, cuius modò meminimus, procedere in vera, & propria venditione, quæ fuerit absque ullo dubio facta, non tamen in hac aestimatione rerum dotalium, quæ ex præsumptionibus venditio censetur, atque ideo hæc præsumptio cessare videtur ex utraque parte, quoties non accederit contrahenti ea forma, quæ ad veram venditionem est necessaria: quasi ob defectum formæ dici possit contrahentes noluisse uti aestimatione ad effectum venditionis.

¶ Undecimò, illud hoc in tractatu non erit obli- vioni tradendum, quod rerum dotalium aestimatio emptionem facit: quando fit statim tempore tradi- tionis,

tionis, aut tempore quo dos constituitur, vel paulo post: seclusus autem erit, ubi semel dote tradita, & constituta, ex intervallo postea matrimonio constante fit æstimatio: hæc enim non facit emptionem, cum non sit verisimile contrahentes per novationem à priori contractus lege discessisse: & præterea nec donatio fieri possit inter virum & uxorem, nec alienatio rei dotalis, quæ forsitan ex hac æstimatione, quæ emptionem efficeret, sequeretur, atque ita hanc undecimam conclusionem tenent Bald. Salic. Jason, & alii in dict. l. ex conventione. Atetin, in dict. consil. 83. col. 2. Barbat. consil. 19. col. 4. lib. 4. Soc. Jun. in dict. consil. 141. colum. 4. num. 24. Joan. Lup. in repet. c. per vestras. super textum, in princ. §. 21. num. 4. de donat. inter virum & uxorem.

¶ Duodecimè, ne quem decipiat junioris cuiusdam dubitatio, non verebor adnotare, minimè forcè necessarium ad hoc, ut æstimatio faciat emptionem, quod res æstimatae sint presentes. Nam dubio procul sicuti rerum absentium sit vera, & propria venditio, ita & hæc præsumpta per æstimationem. Quod nemo usquam negavit ex his, quos memoria tecno me legisse. Quamvis Joannes de Nevizanis in *Sylva nuptiali*, cap. ampliant. 1. n. 72. de hac opinione dubitaverit propter Bart. auctoritatem. in l. si propter. ff. rerum amotar. & Jurisconsult. in l. ejus. & in l. res. ff. de rei vindicatione. à quibus illud tantum probatur quod rei æstimatae dominium non transit in illum, cui per æstimationem venditur, nisi præsens ipsa res sit. Id vero non urget, nec dubitationem inducit, siquidem & in vera venditione, ac perfecta non tradit dominium ante traditionem, & nihilominus vera est: propria & perfecta venditio ex ipsa conventione. Sic & in æstimatione conventa consensu contrahentium venditio à jure constituitur, etiam res æstimata præsens non sit, quia hoc non est necessarium. Imò ipse censeo, etiam re præsenti per æstimationem non transferri dominium, nisi prius rei traditio fiat, nec contrarium probatur in d. l. ejus & in l. hec si res, nec in d. l. si propter. Quibus in locis quædam specialia traduntur responsa, quæ specialem rationem habent, quæ palam ex ipsorum Jurisconsultorum verbis constant.

## C A P U T   X X I X.

Dé creditore privilegium habente, an possit agere ad pecuniam solutam posteriori creditori qui eam consumpsit?

## S U M M A R I A.

1. Creditor prior hypothecam & privilegium prælationis habens potest agere contra posteriorum creditorem, cui fuit soluta pecunia, etiam si ea sit bona fide consumpta.
2. Creditor habens hypothecam absque privilegio, vel privilegium absque hypotheca in actione personali, an eodem jure uiri possit?
3. Et quid ubi posterior creditor habet causam onerosam?
4. Hypotheca generalis etiam tacita futura bona debitoris complectitur.

**E**xstat pulchra. & insignis Cæsarum constitutio in l. pecunia. l. de privil. fisc. qua expressim responderet, fiscum priorem creditorem agere posse ad pecuniam posteriori creditori à debitore solutam etiam si jam consumpta sit bona fide, si debitor sit inops, nec habeat bona, unde possit fisco satisfacere. Idem probat textus in l. deferre. §. ultim. ff. de jure fisci. Nec in fisco est alia controversia: cum is dubio procul hoc privilegium habeat. Sed prædicti maximè dubitant, sine idem in quocumque priori creditore, qui privilegium habeat, & præsertim in uxore ratio-

*Didact. Covarr. Tom. II,*

ne dotis agente. Nam hoc dubium vidi semel, atque iterum in hoc Regio Granatensi prætorio maximè disputatum fuisse propter varias judicium, & advocateum sententias. Accursius sanè in dicta l. pecunia, palam assertit idem t̄ esse in quocumque priori creditore privilegium habente, & ad hoc citat. l. ex facto §. ultim. ff. de pecunia. l. sed an hic. ff. quod cum eo. quatuor auctoritatum prior tractat quæstionem istam, quoties tempore sublationis, quæ sit posteriori creditori, cautio ab eo exigitur, de restituendo quantitatem, quam accepit, si inferatur postea quæstio privilegii à priori creditore adversus patrem de pecunio filij, cuius nomine à patre sit solutio creditoribus: posterior vero idem ferè tradit respondens, creditorem privilegiorum præferendum esse his, qui non sunt privilegiarii: & hoc tempore solutionis debitorum fieri debet. Unde ex his locis non deducitur quod gl. est in d. l. pecunia. scripsit & adnotavit. Similis ramen gloss. est in d. l. sed an hic. & in d. l. deferre. §. ult: Quibus in locis Accursius decisionem l. pecunia, interpretatur ita benignè, ut obtineat, & servanda sit in quocumque creditore cui privilegium jure competit prælationis. Eandem conclusionem in hoc creditore privilegium prælationis in hypotheca habente probant, & sequuntur Petr. de Bella Petr. Paul. de Cast. & Salic. in dict. l. pecunia. Jac. ab Aten. & Batt. in l. pupill. ff. que in fraudem cred. & Matth. de Afflict. in decis. Neapol. 190. qui fateur hanc opinionem communem esse: quod sensim asseverare videtur Cum. in d. l. pupillus col. 2.

¶ His etiam, ut quidam opinantur, patrocinatur textus in l. ultim. §. & si prefatam. C. de jure delib. verb. si vero heredes. ubi hoc ipsum in quibuscumque creditoribus privilegium habentibus statutum est, ut possint condicere pecuniam solutam posterioribus creditoribus, qui non habent idem privilegium. Sed ea constitutio procedit, quando ab heredibus per iudicem coactis, & compulsis sit solutio debitorum ipsius defuncti: quasi aliud sit dicendum, quoties pecunia liberè, & sponte solvitur à debitore creditori posteriori. Nam in hoc calu prior creditor habens privilegium non poterit hanc pecuniam condicere, etiam extantem, nisi habuerit hypothecam, nec tunc agere poterit, ubi fuerit pecunia consumpta. d. l. pupillus. §. ult. qua ratione maximè dubia est communis Accursii, & aliorum interpretatio: quæ item improbari potest ex eo, quod etiam dominus aliquis pecunia, si ea per alium alteri sit absque ejus consensu data, & deinde consumpta, nequaquam agere adversus illum, cui pro solutione debiti. & aeris alieni data fuit, poterit: nec ad hoc ullum habet jure auxilium. l. si filiusfamilias. ff. si certum petat. igitur multò minus poterit agere qui tantum hypothecam, & prælationis privilegium contra illum secundum, aut posteriorum creditorem, cui à debitore pecunia soluta est, & denique consumpta per eum, ita ut penes ipsum non extet. Idcirco Fulgos, eleganter in dict. l. pecunia. ab opinione gloss. & aliorum discedit asseverans, illam constitutionem solūm obtinere in favorem aliorum creditorum quorumcumque etiam quibus hypotheca cum prælationis privilegio competit. Idem repetit propriam sententiam mordicus tenens ipse Fulg. in l. cum fundus. §. servum tuum, num. 4. ff. si certum petat. idem in l. ex facto. ff. de pecul. in fin. hoc ipsum tentat tenere Cuman. in dict. l. pupill. col. 2. quibus accedit elegans sententia Bal. in l. ubi adhuc C. de jure dot. colum. §. vers. sed pone maritus. Nam licet mulier habeat hypothecam ad bona mariti, poterit maritus liberè, ac tutò merces, & alias res venales vendere, atque earum ratione contrahere: nec uxori jus habet per actionem hypothecariam pretendi res illas pro dote: & hoc sanè fit, ne commercium impediatur. Idem tenet Paul. Paris. in consil. 69. lib. 4. n. 3. sic etenim in pecunia, cuius usus addit.

necessarius est ad humana commercia , si ea fuerit soluta per maritum creditorū , & denique bona fide consumpta , non poterit mulier actione ; quæ ad dōtēm datur , agere contra creditorem ad illius pecuniae restitucionem . Fit igitur , ut communis sententia non omnino certa , & fortassis in fisco sit specialis decisio text. in d. l. pecunia .

¶ Nihilominus vidi semel in hoc regio prætorio judicium sententia receptam fuisse communem opinionem in causa & privilegio dotis , tametsi res fuerit diligenter disputata . Nam & Bart. in l. 1. ff. solut. matrim. scibit Fisci privilegium etiam doti competeat . l. 2. C. de privilegio fisci . licet hoc receptum sit quoad hypothecam , non ita quoad alia fisci privilegia .

¶ Sed illud est diligenter observandum , dictam scilicet constitutionem , † quæ privilegium hoc tribuit fisco , ejusque communem interpretationem , quæ idem admittit in quocumque creditore privilegium prælationis habente , & hypothecam : non esse ferendam in aliis prioribus creditoribus habentibus priorem hypothecam , non tamen prælationis privilegium . In his etenim locus non est : d. l. pecunia , ut eleganter tradit Matth. de Afflict. in d. dec. Neap. 190. scribens , ita pronunciatum fuisse in prætorio Regis Neapol. etiamsi plures viti doctissimi , & maximi nominis apud Italos contrarium consulti respondissent . Quidquid hac de re Capicus voluerit decis. 78. dum conatur probare , quod responsum Imperatoris in d. l. pecunia . habet locum in priori creditore privilegiato quoad actionem personalem , etiamsi is non habeat hypothecæ jus , nec privilegium , quod , ni fallor , est adversum communī omnium interpretationi , & sententiae .

¶ Quid si vera est communis opinio , ea erit admittenda , non tantum † quoties pecunia bona fide consumpta , fuerit soluta secundo creditori ex causa lucrativa , sed & ubi soluta est secundo creditori ex causa onerosa : siquidem lex illa , quæ traditur in d. l. pecunia , & ejus privilegium obtinet , etiamsi ille posterior creditor , cui soluta est pecunia , & ab eo bona fide consumpta , sit creditor ex causa onerosa : quemadmodum illic omnes interpretes sentite videntur : licet Joan. Faber. in §. item si quis in fraudem , n. 25. Insit. de actio. tandem constitutionem , & communem ejus intellectum ita intellexerit , ut procedat in secundo creditore ex causa lucrativa , qui pecuniam sibi solutam bona fide consumpsit : non autem in creditore posteriori ex causa onerosa . Censet etenim Faber , adversus hunc creditorem , qui postigerit est , & pecuniam sibi solutam titulo , & causa onerosa , bona fide consumpsit , fiscum , nec priorēm creditorem , utcumque privilegium habentem , agere non posse . Quod mihi fallum videtur , si communis est admittenda interpretatio ad præcitatam , l. pecuniam .

¶ Cæterum , quando hac in parte de hypothecaria actione non vulgarem questionem attigerim , libentissime aliam itidem adnectam , quæ semel atque iterum in hoc Regio tribunal fuit per sententiam definita . Creditor enim egerat contra tertium possessorem cuiusdam rei actione hypothecaria , & juxta iuris regulas res fuit illi adjudicata , ut eam teneret in pignus , & hypothecam , donec quantitas debita solvetur : quemadmodum nos explicuimus lib. 1. Variar. resolut. c. 8. num. 1. tandem ipse creditor sibi tradita re jure pignoris , videns ipsum teneri ad computandos in sortem fructus ipsius rei ; atque ita cogi ad recipiendum particulares solutiones in maximum , & grave ipsius creditoris damnum , petit à judge , ut sibi licet in publica subhastatione rem illam vendere , si possessor ille tertius , à quo illam evicerat , intra diem judicis arbitrio datain non solveret sortem ipsam principalem , remque ipsam acciperet , quæsum est , an justè hoc petatur , & fieri possit ? Nam

hic tertius possessor non tenetur ad solutionem debitæ quantitatis , nec est in mora etiamsi ipsam non solverit intra decim , aut viginti annos . Ut tamen decisum fuit per sententiam , quod creditori licet publica subhastatione pignus sibi additum vendere , ut ex præcio debitam quantitatē perciperet , nisi tertius ille possessor intra præfinitam arbitrio judicis debitam quantitatē solvisset . Hæc verò definitiva sententia multis rationibus appetat justa , quas hic repetere omittam , quippe qui eas tradiderim lib. 3. Variar. resolut. cap. 8. num. 4.

Nec tamen illud est prætermittendum , quod practici frequentissime commemorant , nec alienum est ab intellectu d. l. pecunia , cum & queri possit , † an ea responsio procedat in pecunia per debitorem post contractum prioris creditoris acquisita ; sed huic quæstioni respondet altera constitutio , quæ ultima est , Cod. que res pignori oblig. possunt. l. 5. tit. 13. p. 5. hypothecam generalem bonorum alicuius non tantum comprehendere bona illius quæ tunc habet , sed etiam ea , quæ postea habebit : & sic bona futura . Quod obtinet etiam in tacita hypotheca , l. hoc editali §. his illud . C. de secundis nupt. gloss. communiter recepta in dict. l. ultima , quam opinionem sequuntur Rom. in singul. 146. Matth. de Afflict. decis. Neapolit. 335. latissime tractat hanc quæstionem Ripa in l. 1. col. 1. & sequentib. ff. de pignoribus , qui & hoc apertissime probat : sicut & constitutum , sive præcarium habet vim transferendæ possessionis non solum in bonis præsentibus , & jam quæsitis , sed & in futuris quoque & quærendis . Cujus rei extat exemplum : si quis donet omnia bona præsentia , & futura , atque continuet se possidere pro donatario . Nam tunc eo casu , quo donatio valida est , ex hujusmodi constituto transfertur possessio bonorum illorum futurorum tunc , cum erunt acquisita , sicut & nunc præsentium : quemadmodum diligentissime disputat Andr. Tiraq. in tract. de const. ampliatione 30. idcirco Cæsaris constitutio in d. l. pecunia , etiam erit admittenda quoad pecuniam quæsitam à debitore post obligationem cum priori creditore contractam .

### C A P U T XXX.

Quanam ratione practici utante in remittenda colonis , sterilitatis causa , pensione .

### S U M M A R I A.

- 1 Sterilitas quando dicatur contingere ad effidum remittendi pensionem ?
- 2 Regia partitarum lex de sterilitate adducitur , ejusque intellectus examinatur .
- 3 Inquilino alicuius domus an sit facienda remissio pensionis propter pestem , similemque causam eni ratione cui non potuit domo conducta .

J URE Pontificio , & Cæsareo constitutum est pensionem locationis colonis remittendam esse propter sterilitatem absque culpa ipsorum colonorum continentem , e. propter sterilitatem , de locato . licet , c. locati , & in l. si uno , ff. eod. iii. & illic l. ex conducto , §. si vis , & l. si merces , §. vis major . quibus convenit Regia lex 22. tit. 8. part. 5. ad quarum omnium decisionum aptissime congruentem intellectum dubitatur , quando haec sterilitas , ut remissio mercedis fiat , dicatur contingere . Quidam etenim opinantur , hoc juxta vulgi opinionem judicandum fore , ita quidem , † ut licet fructus colligantur prædiis conductis , si tamen vulgus judicaverit communī sententia , & opinione sterilitatem contigisse , fieri debeat remissio mercedis , gloss. in d. l. licet . , ubi Salicet. assertit hanc opinionem communem esse , idem tradit Alex. in conf.

*conf. 3. l. 1. Batt. in d. §. vis major. idem Bar. in d. l. nro. §. ubicumque, rursus idem Alex. conf. 107. lib. 3. nn. 18. sic sane licet hæc probatio non sit omnino iusta & sufficiens, quippe quæ sit incerta: quandoque tamen ab advocatis exhibetur ad testium examen hujusmodi interrogatio, quæ utilis est, & ad causæ definitionem plurimum conducit.*

¶ Aliis placet hoc relinquendum esse arbitrio judicis ex Baldi opinione in l. 1. C. si advers. vend. pignor. quo in loco dum textus mentionem facit de damno gravi, Bald. existimat, damnum illud grave censeri, quod judex fuerit arbitratus, atque ideo Bart. in d. cap. propter sterilitatem, censet arbitrio judicis relinquendam hujus dubitationis definitionem, ut ipse arbitretur, an contigerit ea sterilitas, quæ juxta juris utriusque regulas sit sufficiens ad mercedis remissionem. Idem ipse libentissimè probaverim, modò illud sit constitutissimum hoc judicis arbitrium non posse commolè, nec justè adhiberi, nisi priùs per probationes testium, & his similes ipsi judici constiterit, quod fructus fuerint ex predio conducto percepti: ut inde possit arbitrari, an damnum intolerabile colonus passus fuerit, & ideo fieri debeat remissio mercedis: non enim quocumque damnum sufficit ad mercedis remissionem, sed illud est necessarium, quod sit intolerabile, l. si merces, §. vis major. & cap. propter sterilitatem, & l. licet de locat. Quo sit ut necessaria sit quædam hac in re probatio damni contingentis, ex qua Judex commodè arbitrari valeat sine propter sterilitatem merces remittenda. Hoc igitur arbitrium instrui debet ex his opinionibus, quas juris utriusque interpres hoc de tradidere, & maximè poterit justificari ex communī vulgi opinione, ut modò commemoravimus, & ideo hoc in loco adscribam alia, quæ video passim recepta haecenus fuisse.

¶ Est etiam quorumdam sententia in hoc sterilitatis tractatu non prætermittenda, ex qua tunc constat sterilitas ad remissionem faciendam, cum colonus ipse patitur damnum in tercia parte fructuum, quos ex illo fundo colligere solitus erat. Sic Batt. in d. l. licet. Joan. Andt. Panorm. in d. c. propter sterilitatem, num. 13. & plerique alij opinantur: quibus minimè accedo, quippe qui existimat, hoc damnum non sufficere regulatiter, ut pro rata, pensionis remissio fiat.

¶ Quamobrem propius ad veritatem accessere qui existimatunt, sterilitatem ad pensionis remissionem eo casu sufficere quo tanta contigerit calamitas, ut colonus minimè collegit fructus, qui deducit expensis valeant dimidiā pensionis partem: quasi necessaria sit deceptio ultra dimidiā habita ratione pensionis conventæ, & ipsius temporis ac fundi conducti sterilitate, ut pro rata fiat remissio ipsius pensionis, Joan. And. Panorm. num. 12. & alij in d. c. propter. Cyn. & Bart. in d. l. licet. Paul. Castl. in l. ex conducto, §. si vis, ff. locati. Antonius de Butrio in d. c. propter sterilitatem. Alex. in conf. 112. & conf. 3. lib. 1. Paulus Patil. in conf. 38. lib. 1. quæ quidem opinio communis est secundum Aret. in conf. 52. col. 2. & Lud. Gozad. conf. 74. col. 1. item facet Patil. probatque eandem sententiam iterum Alex. in conf. 307. lib. 3. nn. 18. idem notat Francisc. à Ripa in tract. de peste, 2. part. n. 25.

¶ Sed & hæc sterilitas ad remissionem pensionis solet tunc definiti, quoties colonus non colligit dimidiā partem fructuum, qui ex eo prædio colligi solent, gl. in l. si in uno in pr. ff. locati. Alex. in dict. conf. 3. & in dict. conf. 107. nn. 15. Ant. & Imol. num. 15. in d. c. propter sterilitatem. Bald. in d. l. licet. Paulus Patil. in dict. conf. 38. col. ultim. quorū opinio satis conduit ad hujus controversiæ certam, aut saltem justam decisionem. Nam & eam esse communem asseverat Carol. Ruinus in conf. 81. & conf. 87. lib. 1.

Didaci Covarr. Tom. II.

¶ Bartolus vero in dict. l. si merces, §. vis major. ff. locati, in ea est sententia, ut opinetur, propter sterilitatem pensionis remissionem faciendam fore, ubi colonus deducit expensis nihil ex prædio condito percepit. Idem tenet Aret. in d. conf. 52. colum. 2. Paulus Patil. in d. conf. 38. col. ult. hanc tamen opinionem Panormitanus reprobat in d. c. propter nn. 13. ex eo, quod si esset vera, semper ratione sterilitatis fieret remissio totius pensionis, non autem alicius partis pro rata damni contingens: quod falsum est, quia etiam remissio pensionis fieri debet pro rata, seu ratione damni contingens, quamvis damnum id non acciderit ad omnium fructuum calamitatem, deducit expensis. Idque constat ex dict. cap. propter sterilitatem.

Verum Regia lex 22. tit. 8. part. 5. hanc questionem aliter diffinivit, duo subjiciens responsa que singularia sunt. Primum etenim tractat † de sterilitate illa, quæ tantam induxit colono calamitatem, ut nullos fructus omnino collegeat ex fundo conducto, & quidem nec expensis: nam in hoc casu lex appetissimè voluit, prorsus esse colonum liberum à pensionis solutione: quia nulla est iniurias in ea liberatione: cum & ipse colonus expensis & semina perdidet: ideoque iniuria non est, quod dominus ipsius prædiū locati pensionem nequam accipiat. Alterum ejusdem legis responsū celebrem apud praticos decisionem habet his sane verbis contextam.

¶ Pero si ecaescosse, que los fructos no se per dießen todos, e cogiere ellabrador alguna partida de ellos eftones in su escogencia sea, de dar todo el arrendamiento al Sennor de la heredad. si se atreviere à darlo, es no de sacar para si las dispensas, e las misiones que fazen en labrar la heredad e lo que sobrare delo al Sennor de aquella cosa, que tenia arrendada. Hacenus Regia constitutio.

¶ Ex qua palam probatur, verè dici ad remissionem pensionis sterilitatem contigisse, etiam eo casu, quo præter impensas, aliquot fructus collegerit colonus. Nam & tunc liber erit à pensione tota, si deducit fructibus ad expensis solvendas necessariis, velit reliquos fructus tradere ipsi domino fundi locati. Unde hujus legis auctoritate, Bart. opinio in d. §. vis major. refellitur: cum, & si colonus fructus aliquot percepit ultra expensarum valorem, & estimationem, tamen propter sterilitatem l. Regia liber erit à solutione pensionis, si fructus illos deducit expensis domino restituerit. Jure autem commoni quoties verè contigerit sterilitas, & colonus fructus percepit, etiam ultra expensarum estimationem, remissio pensionis fieri debet pro rata, id est pro ratione illius partis, quæ à solita fructuum collectione sterilitatis causa deficit: juxta text. in dict. cap. sterilitatem.

¶ Illud vero est animadvertisendum ad Regiae constitutionis intellectum, quod est necessaria sterilitas ad praxim hujus secundi tēsporsi, cuius modò mentionem fecimus. Qua ratione observandi sunt praescripti modi, quos tradidimus ad probandam sterilitatem, ut ea probata locus sit electioni, quam prædicta lex colono tribuit, ut vel integrum pensionem solvat domino, vel deducit expensis fructus percepitos restituat eidem fundi locatori. Unde si sterilitas non contigerit, huic electioni locus non erit: imò tenebitur colonus integrum pensionem solvere domino: nec poterit ab ejus solutione excusari ex eo, quod velit deducere sibi expensas, & fructus residuos domino tradere. Hoc etenim satis appetit ex dicta Regia lege, quæ calamitatem in fructibus propter sterilitatem requirit tametsi non diffiteat, colonum posse sibi consulere auxilio l. 2. C. de rescind. vend. quod maximè differt adhuc secundum legem Regiam ab hoc auxilio: quod sterilitatis causa iure canonico & civili colono competit.

Ggg 3

¶ Hoc

¶ Hoc ipsum constat ex eo quod subsidium ex l. 2. deducitur à læsione, quæ coartigat ab initio contractus in conventione pensionis, remissio autem sterilitatis causa sit, & fieri deberet, quoties post conventionem, etiam justissimè factam calamitas acciderit in ipsius fundi fructibus. Et idem potest fieri ut locus non sit actioni l. secunda, & tamen sterilitatis causa remissio fiat, sicuti & ex contrario absque ulla sterilitate potest ipse colonus agere ad rescissionem contractus ex ratione, quod in conventione pensionis fuerit læsus ultra justi prætij dimidiam: nec refert ad actionem istam, quod contingat sterilitas: cum sit læsio consideranda ex tempore contractus, post quem calamitas in fundi fructibus damnum grave colono inculit. Igitur quoties in conventione colonus non est læsus ultra dimidiam justæ pensionis, etiamsi læsionem patiatur: nec post calamitas contigerit, quia absque ullo casu fortuito fructus ex agro colligit, quos ferè solebat ager ille reddere: tunc sanè colonus non poterit sibi consulere actione l. 2. nec electione Regiae constitutionis, quæ palam ad ejus proxim sterilitatem exigit.

¶ Sed colonus is, qui uti voluerit propter sterilitatem Regiae constitutionis electione, quo res ita tutius, ac justius fiat, debet ipsum fundi locatorem interpellare, & requirere, ut per se, vel per alium praesens sit, vel assistat messium collectioni ad hoc, quod ipso praesente constet, quos fructus colonus perceperit ex ipso fundo, eosque deductis impensis accipiat. Etenim hoc cautissimè fit ad exactam legis Regiae rationem. Quod si colonus hac uti cautela omiserit, adhuc poterit uti legis Regiae electione per actionem, vel exceptionem, modò legitimè absque ulla fraudis suspicione constare possit data sterilitate, quos fructus ex fundo colleget, quantasque fecerit impensas.

¶ Vidi tamen non semel in hoc Regio Granatensi prætorio in questionibus sterilitatis omissa legis Regiae forma cum de sterilitate non planè appetet, aut sanè de ea constat, non tamen est, nec tanquam censeri potest, ut planè sit locus omnino juris utriusque constitutionibus nec fructuum perceptorum quantitas, nec impeasatum ratio ita commodè habeti potest propter controversia, maximèque varias testimonia responses: tametsi admodum vigeat aliqua sterilitatis probatio: vidi, inquam, in hac specie per definitivam sententiam remissionem fieri pensionis arbitrio judicantium pro ratione tertiae, vel quartæ partis. His vero iudiciis ipse sapientissime subscripti propter maximam hujusc definitionis aequitatem, & propter rationem earum constitutionum, & responsorum juris communis ex quibus in hac de sterilitate controversia obtinent esse apparat, pensionis remissionem pro rata, ut ajunt, seu pro ratione sterilitatis faciendam fore. Nam & ea, quæ superius scriptimus vers. aliis placet, & vers. ex qua palam probatur, huic opinioni suffragantur.

¶ His autem omnibus multa sunt adjicienda ex gloss. & illic Doct. in d. c. propter, item ex l. 23. tit. 8. par. 5. Bald. d. in d. l. licet, qu. 9. Hipp. in sing. 85. & in sing. 134. Gozad. cons. 83. & Bald. Paris. cons. 40. lib. 1.

¶ Hac planè obtinet in fundis conductis ab his, qui coloni dicuntur, atque adeo questionis est, an inquilino aliquius domus, qui eam habitate propter pestem non potuit sit pensio remittenda: & legibus etiamque rationibus congruit posse inquilinum & propter pestem à domo locata impunè abire, solvendo tamen pensionem ad eum usque diem, quo abierit: argumento text. in l. habitatores, §. iterum, ff. locat. l. 1. §. si pens. ff. de migrando, l. item queritur, §. exercitu, ff. locat. text. optimus in l. fundus; ff. eod. adnotarunt Cald. in cons. 5. tit. de locato. Soc. cons. 44. lib. 1. Joan. Baptist. de S. Severino in l. diem

fund. quest. 40. & illic Curt. Jun. ff. de off. assess. Fulg. in l. si in leg. §. si domus, ff. locati post gl. ibi idem Fulg. in l. cum in plures, ff. locat. in prin. Hipp. in sing. 615. Franc. à Ripa in tract. de pest. 2. part. n. 18. Arnold. Ferr. in consuetudin. Burdegalensib. tit. 8. §. 3. quorum omnium opinio teste Ripa communis est in hunc sanè sensum, ut ratione pestis sit inquilino remittenda pensio pro eo tempore quo non potuit causa pestis domum habitare. Hæc etenim opinio manifestè deducitur ex his auctoritatibus quas hi autores adduxerunt ad probationem hujus assertionis. Idcirco sunt cautissimè intelligenda multa, quæ hac in questione solent tractari. Nam quod ratione pestis possit inquilinus omnino dimittere domum conductam, ita ut cessante peste non teneatur eam habitare, ac solvere pensionem ejus temporis. quo potest eadem domo uti ad habitationem cessante peste: mihi falsum videtur: nec alicubi quod sciam, probatur, tametsi Panormit. in dist. cap. propter, §. verum. Hipp. in d. sing. 615. & Ferr. in d. §. 2. hoc ipsum probare fuerint conati, ut ipse Ferronus existimat, ad idem allegans Fulgos. in dist. leg. cum in plures, idem ipse Ripa tribuit Panormitanō in dist. cap. propter, qua in re falluntur Ripa, & Ferronus. Nam Panormitan. nu. 8. nihil aliud scribit, quam quod inquilinus propter pestem possit dimittere domum. Quod & nos modò probavimus ex communi sententia, quam etiam sequitur Rebuff. in auth. habita, C. ne filius pro patre, privileg. 11. non tamen ex hoc sequitur, velle Panormitanum quod cessante peste, & ejus temporis remissa pensione, non teneatur inquilinus domum ulterius habitare nec state contractui conditionis. Hoc etenim nec Panorm. nec Fulg. nec Hippol. tenuerunt. Qua rareione in hoc fallitur Ripa, quod hanc sententiam Panormit. adscriperit, etiamsi eandem opinionem quam nos probamus multis rationibus prober.

¶ Imò excepta causa pestis non est pars ratio, nec pars est jus domini locantis, & inquilini conductentis. Siq. idem dominus propter urgentem necessitatem, quæ post contractum contigerit, potest inquilinum expellere, & domum sibi accipere, ut si uxorem ducat. Inquilinus vero etiam hoc casu tenetur stare locationi, nec poterit domum dimittere absque solutione pensionis: quemadmodum tenent Barb. col. 4. in d. c. propter. Rom. cons. 431. Ripa in d. 2. num. 18. ex eo quod majus privilegium habeat ipse dominus domus locatæ, quam ejus inquilinus: & adeò licet ob urgentem post contractum necessitatem possit dominus domum locatam ad habitationem propriam petere, & à contractu discedere: ipse tamen inquilinus, etiamsi propter uxorem post conditionem ductam majori domo indigeat, non ex hoc à contractu jure discedit: nec potest domo discedere absque solutione pensionis. Quam opinionem ego veriorem esse opinor, etiamsi existimet Panormit. secutus posse inquilinum domum conductam defere absque solutione pensionis ex causa pestis, & ex alia quacumque simili: nempe propter bellum grave, & pericolosum: atque hoc est, quod Panorm. ipse vele sensit d. c. propter nn. 8. & Fulg. in d. l. cum in plures, & Hipp. in d. sing. 615.

¶ His vero adjiciam libentissimè Panormit. in d. c. nu. 8. asseverasse, fore difficultimum, ejus opinioam, quam de pensione remittenda tempore pestis adduximus: in practicis forensium actionibus admitti. Cui convenit quod Matthæus de Afflict. decis. 268. scribit ex consilio juris prudentum, Alfonsum secundum Neapolis Regem contrarium decreuisse. Quod quidem decreatum potius pertinet ad illius regni consuetudinem, quam ad juris rigorem, ut ipsem Matthæus insinuat.

# De jurisdictione in Clericos primæ tonsuræ. 631

## C A P U T   X X X I .

De sacerdotali, & laica jurisdictione in eos clericos, qui prima tantum tonsura sunt insigniti.

## S U M M A R I A .

- 1 *Jurisdictionis spiritualis & temporalis differentia & Clericorum exemptio à potestate judicis secularis, an sit iure divino, vel humano instituta?*
- 2 *Expenditur text. in cap. futuram 12. q. 1.*
- 3 *Exemptio Clericorum potuit à Romano Pontifice iure humano induci etiamsi non fuerit iure divino instituta.*
- 4 *Exemptio Clericorum, & eorum privilegia quoad forum, & canonem, an possit tolli vel limitari per Romanum Pontificem?*
- 5 *Consuetudo an possit hanc exemptionem Clericorum restringere?*
- 6 *Summus Pontifex justè potuit privilegium fori quoad Clericos conjugat. temperare, in c. unic. de Cler. conjugat. in texto.*
- 7 *Clerici conjugati quoad civiles causas subditi sunt judicibus secularibus.*
- 8 *Quæ dicantur uestes clericales? & quid in hoc possit consuetudo efficer?*
- 9 *Clericus conjugatus an sit cogendus solvere gabellas, censum, & alia munera iudicia per principem secularis?*

**E**cclasticae & spiritualem potestatem ita à temporali distinctam esse, ac fuisse constat, ut nihil deroget illi, aut detrahatur, quo minus & divinae Dei optimi maximi ordinatione sacerdotis Principes propriam exercere valeant jurisdictionem absque ulla veterum canonum, & conciliorum universalium lassione & injuria: præsertim ex eo, quod & ipse summus Ecclesiæ Pontifex non semel testatissimum faciat, se minimè velle Regiam civilem aut sacerdotalem perturbare jurisdictionem. Idcirco cautissimè agendum est ab his, qui vicaria Pontificum, vel Regum utuntur potestate; ne adversus eorum principum institutione, quibus ministrare, & subservire tenentur, alienam usurpent jurisdictionem: cum & in hoc potissimum divina Majestati offensa fiat. Nec mihi animus est, quemquam speciali notare culpa: etenim hoc majori cum examine diligentiorique censura gravore auctoritate inquirendum, ac decernendum fore: tametsi illud investigare conabor, quamnam ratione sedari iure possint frequentissima judicium Ecclesiasticorum, ac rursus ex adverso laicorum magistratum querelæ super ea jurisdictione, quæ in primæ tonsuræ Clericos exercenda est. Nam hac de te ita passim controvertitur, ut non alienum sit ab hujus operis instituto: nostrisque conatibus tractare, quando Clerici primæ tonsuræ possint per sacerdotales judices puniri, si crimen aliquod in Republicæ, vel alterius offensam commiserint? Quo in articulo multa sunt juris Pontificij, & Cælarei, & Regij responsa, quæ videntur questionem istam abolivisse: ad quorum intellectum tractari illud necessarium esse opinamur, ut persecutemur, quamnam iure divino vel humano Clerici fuerint à judicibus, & jurisdictione sacerdotali exempti: Nam & hinc apparebit, quid iura humana potuerint hac de re statuere, ac definire.

¶ Et sicut gloss. in cap. si Imperatores 99. dist. in verb. & discuti. scribit † Clericos ante omnem humanam legem iure divino fuisse, & esse exemptos à jurisdictione sacerdotali, idem notat gl. illic ab omnibus recepta in c. quamquam, de cens. in 6. quam opinio-

nem secuti sunt & omnes in d. c. si Imperatores optimè Card. in repet. c. perpendimus, 7. oppo. de sent. ex-comm. Roman. in sing. 41 4. Abb. Fel. & Dec. 2. col. in c. Ecclesia S. Mariae, de constit. Rota in antiqu. 840. & in antiquiorib. 2. de consuetudine. Abb. in cap. at si clerici, nu. 23. de judic. Aufieri. in Clement. 1. de officiis. ordin. vers. ad quest. candem sententiam itidem secuti assertum communem esse Fel. in c. 2. c. 1. de major. & obed. Rochus Curt. in c. ult. de consuet. fol. parvo, 1. col. 4. Rebuffus in concordatis, rubr. de protectione. Quorum omnium ea est concors sententia, quod hæc Clericorum exemptio sit omnino juris divini, cui per humanam legem derogari non possit. Idem probare conatur Driedonius de libertate Christiana fol. 109. Hujus autem conclusionis probatio à multis locis adsumitur, quorum aliquot ipse prætermittam libentissimè, quia vel pertinent ad leges divinas veteris testamenti, quia vel nova lege, & Christi morte abrogatae fuerint, vel nihil ad jus divinum attinent, quippe quæ ex humanis referantur legibus, quarum mentio sit in veteris testamenti libris. Adducitur tamen locus insignis ex testimonio David Prophetæ Psalm. 104. dicentis Nolite tangere Christos meos. Quo in loco Deus emissus videtur à Principibus Christos ejus: id est sacerdotes, qui Christi, hoc est, uncti & consecrati dicuntur. Secundò, ad idem adnotari solet locus ex novo testamento apud Matth. cap. 17. ubi Christus cum ab eo exigeretur census, Petrum interrogat dicens: Reges terra à quib. accipiunt tributum, à filiis suis, an ab alienis? Cùmque Petrus respondisset: ab alienis: Christus collegit conclusionem, Filii ergo liberi sunt. Ne autem eos scandalizemus, vade, & staterem, quem aperto ore pescis inveneris, da eis pro me & te. Ex hoc etenim loco argumentantur quidam, Christum emissum à tribut. Principium sacerdotium Clericos, qui filii ejus dicuntur, & qui sub Christo, & Petro, qui caput est Ecclesiæ, fuerint significati. Tertiò ad hoc textus in d. c. si Imperator. ubi Joan. Papa testatur, ex divina institutione Clericos non à secularibus Principibus, sed ab ipso Romano Pontifice & Ecclesiæ Prelatis esse judicandos. Quartò, hoc ipsum & summus Pontifex manifestè asseverat in d. cap. quamquam de censib. in 6. scribens, Clericos, & eorum res iure divino eximi à Principibus secularibus, & ab eorum tributis & exactiōibus. Quintò, his accedit testimonium Constantini Imperatoris, qui præsidebas in sancta Synodo, quæ apud Nicæam congregata est: cum querelam quorundam Clericorum conspiceret, eoram se deferendam, ait, Vos à nemine judicari potestis: quia ad Dei solius judicium reservamini, ut refert Gratian. in continua, ii. q. 1. & † in c. futuram, 12. q. 1. quem locum ex testimonio Melchiadis Papæ adducit: falso tamen: ut illic admonet gloss. & constat: quia Melchiades Papa ab Imperatore Maximino martyrio est occisus: & Maximinus Constantinum præcessit in imperio: ut tradit Platina. Nec enim Melchiades Papa potuit mentionem agere conversionis Constantini ejusque donationis in Ecclesiam collatæ, nec aliorum, quæ in d. c. futuram, commemorantur: cum post ipsius Melchiadis obitum sub Papa Sylvestro contigerint: quemadmodum ex chronicis constat: & probat eleganter Augustinus Eugubinus l. de donatione Constantini adversus Vallam pag. 148. & rursus ex testimonio Theophanis, pag. 158. Præsertim quod Nicænum Concilium, sive sub Sylvestro, ut quidam tradidere, sive sub Julio congregatum auctore Sozomeno lib. 2. cap. 17. post Melchiadis obitum contigerit ex omnium historicorum consensu. Quamobrem potius est asseverandum, text. præcitatum deductum fuisse ab illo capite, quod de primitiva Ecclesia, & munificentia Constantini magni habet primo conciliorum tom. fol. 132. ante dictum Constantini. Sed & illud quod eod. c. futuram, adducitur de Constantino

p̄sidente apud Nicenam Synodum, & judicium in Clericos recusante, traditur à Ruff. lib. 10. *historie Ecclesiastice*, c. 2. & Sozomen. lib. 2. *Tripartite, cap. 2.* sic sancitum quoddam in eod. cap. futuram, exponit: nempe, Constantinum primum Imperatorem Christianum fuisse: vel ex eo falso est, quod multo ante M. Julius Philippus primus omnium Imperatorum Christianus Romæ factus fuerit, sicut ex historicis admoget Corasius lib. miscell. 4. c. 23, sed & in l. din. C. de natur. liber. nequaquam dicitur, primum Imperatorem Christianum fuisse Constantinum, sed eum primum fide Christianorum Romanum munisse Imperium: quia Ecclesiarum ædificationem permiserit, omnibusque Romani Imperij subditis legem profiteri Christianam publicè quidem, quod nemo Cæsarum ante ipsum fecerat: quo in sensu accipiendum est; quod in dict. cap. futuram, traditur, ut verum sit ejus testimonium etiam refragante Corasio. Quod planè constat ex Eusebio de vita Constantini. Socrate Theodoreto, ac Sozomeno: atque item ex Laeliano lib. 1. divin. Instr. c. 1. Atque haec sunt autoritates, ex quibus receptum est, non humana leges, sed divina ordinatione Clericos à potestate seculari exemptos esse simul cum eorum rebus.

¶ Contraria opinio: immo quod Clerici lege divina non sint exempti à jurisdictione, potestate seculari, nec item eorum res, sed potius humana, probare & tenere conantur Innocentius in cap. 2. de majorita. & obediens. Petrus Ferrarens. in practica, tit. de confessoria. §. plenam, colum. 1. Alciatus in c. cum non ab homine, colum. 2. de judic. Carolus Molin. in additionibus ad conf. Alex. 8. lib. 1. Hanc item opinionem multis probat, & afferit veram esse Joannes à Medina in tract. de restituione, quest. 15. Et potissimum haec sententia constat, primum ex eo, quod nulla sit Evangelicæ legis, & novi testamenti lex, quæ Clericos à jurisdictione Principum secularium exemerit, & idem dici poterit, eos lege humana exemptos esse, cum non appareat divina lex, quæ verè divina sit, & post Christi adventum vim, & potestatem habeat, ex qua Clerici fuerint cum eorum rebus à jurisdictione Principum secularium exempti. Secundò, quia in primitiva Ecclesia Clerici & eorum res jurisdictioni Regum & Imperatorum suberant, ut constat ex multis Imperatorum: etiam Christianorum, legibus & constitutionibus latissim de personis ipsis, & rebus Ecclesiasticis, omnique disciplina Ecclesiastica, quæ continentur sub titulis C. de sacrosanctis Ecclesiis. De Episcopis & Clericis, & de Episc. audient. maximè in novella constitut. 83. ut Clerici apud prop. Episcop. ubi Justinianus ad supplicationem Episcopi Constantinopolitani dedit Clericis privilegium fori in civilibus tantum, & Episcopo non impedito: alias & omnino in criminalibus eos reliquit sub judice seculari. Plures alias haec de re Cæsarum constitutiones refert Carolus Molinaeus ad editum Henrici secundi Gallicorum Regis in prefat. n. 10. tametsi opus illud cautissimum sit à Catholicis legendum: siquidem is auctor multa tradit adversus Ecclesiastican jurisdictionem, quæ ipse libentissimè subiciebat, & subticenda esse censem: ne vel minima ex parte ob peculiares affectus, summae Romanorum Pontificum auctoritati præjudicium sit. Nam & Remundus Ruffus, Apostolice sedis adversus ipsum Carolum Molinæum, defensionem edito nuper libello acerrimè suscepit. Tertiò principalis conclusio deducitur ab auctoritate Pauli, qui cum videret causam suam iniquè tractari, ad Cæsarem appellavit, à quo eum oportere judicari dixit, Ad. c. 25. Quartò idem manifestè constat ex eodem Paulo ad Rom. c. 13. ubi scribit; *Omnis anima potestatib. sublimioribus subdita sit.* Quo in loco Chrysostomus adnotavit, illic obedientiam injungi omnibus, etiam si quis Evangelista sit aut Propheta: cum ista subiectio pietatem minimè subvertat. Et

tamen in eo capite Paulus de secularibus potestatisibus tractat præcipue, ut lector facilissime comprehende valeat, locum illum satis hanc posteriorē opinionem probare. Quæ efficacius quoad exceptionem à tributis inibi fulcit: cùm Apostolus scribat, omnem animam, & sic etiam Sacerdotes, subditam esse potestatibus secularibus, & ideo eisdem tributa præstat, & debere. Atque ita D. Thomas ibidem assertit, jure humano non divino Sacerdotes à tributis exemptos esse. Quintò hæc ipsa opinio comprobatur testimonio Petri in 1. Epist. c. 2. ita ad omnes etiam sacerdotes scribentis, Subditis estote dominis vestris sive ducibus ab eo missis, c. magnum II. qu. 1. Quibus tandem locis, & testimonii hæc posterior pars defendi potest, non obstantibus his, quæ priori loco tradita fuere, ut quidam opinantur.

¶ Non enim obstat locus ex auctoritate David, apud quem scriptum extat ore propheticō: *Nolite tangere Christos meos:* quia illud pertinet ad hoc, ut nulla fiat injuria, nec vis Sacerdotibus & Clericis: non autem illic prohibetur judicium Principum secularium in ipsos Clericos juxta juris ordinem exercendum: cùm & in veteri testamento ante legem Evangelicam dubio prœcul sacerdotes à principibus secularibus judicarentur. Nam quamvis Dominus inter Levitas, Sacerdotes & alios quoad officia, & reum seu terrarum possessionem discrimen constituerit, & voluerit Levitas & Sacerd. sacra tractare: attamen vivente Moysi illius iudicio ceteri omn. tam qui ex Levi, quam qui ex aliis descendebant, erant judicandi.

¶ Secundò non obstat locus apud Matth. cap. 17. quia illic non censentur à Christo omnes sacerdotes & Clerici liberi, & immunes à tributis: cùm non omnes Sacerdotes sint verè filii Regum: sed ex responsione Petri inferat Jesus libertatem filiorum Regis ad subintelligendam aliam conclusionem: ergo liber sum ego, qui sum naturalis filius eterni Regis, & omnipotens, qui universum regit: ut illic plures interpres locum illum intellexere. Quamobrem damnatus olim fuit error Marsilij Paduatis, affermantis Christum soluisse tributum, aut cennum illum Didracmæ necessitate obligationis coactum. Ut refert Cardinalis à Turre Cremata lib. 4. de Ecclesia, cap. 37. part. 2. & constitutionib. Joannis 22.

Tertia verò probatio, atque item quarta parum urgenter, quippe quæ sint intelligendæ juxta morem in Canonibus, & Pontificis constitutionibus observatissimum. Nam frequenter dicitur aliquid iure divino statutum ex eo, quod à veteri lege divina, aut ab aliqua veteris testamenti auctoritate originem duxerit: sicuti nos probavimus lib. 1. variarum resol. c. 17. tractatum de decimis exponentes. Atque ideo cùm aliquot in locis testamenti veteris constet, Sacerdotes in Principum privilegiis exemptos fuisse à tributis, sit sancitum, ut & apud Pontificis sanctiones scriptum sit, hanc exemptionem iure divino, aut lege divina inductam fuisse: præsertim quia plerunque dicitur Jus divinum quod in vetustissimis Ecclesiæ universalis conciliis, & synodis ad imaginem, & imitationem veteris legis fuerit statutum. Quod in dict. cap. adnotavimus. Nam & jus Canonicum latissimum dicendi modo divinum jus dici solet, cap. cum de diversis, de privileg. in 6. c. celebritatem de consecr. dist. 3. cap. violatores, 25. qu. 1. Leo Papa ad Anastasium Thessalonicensem, 85. c. 11. Idem Leo ad Episcopos per Africam constitutos ejus Ivo Catonensis meminit 5. part. 105. S. Thom. opusculo 73. cap. 5. Nec tamen ex hoc probatur aliquid lege verè divina, quæ vim hodie & auctoritatem habeat, nempe Evangelica, statutum fuisse. Sed & illud manifestum est, etiamsi propriè sint intelligendi præcitatæ canones de lege verè divina, id accipendum esse quoad quædam, & quoad illa, quæ verè ac propriè spiritualia sint de quibus statim agemus,

agemus. sic & illa Constantini publica apud Nicænam synodum confessio est ad hanc referenda: aut benevolentia potius Principis Christianissimi, quæm verè juri di vino tribuenda. Vel eo potissimum, quo ex Græca Sozomèni Historia lib. 1. c. 17. & Latina Epiphani interpretacione verba Constantini aliorum tendunt, aliumque sensum habent.

¶ Nos tamen omisis aliorum opinionibus, qui videntur rem istam juxta rigorem definiisse absque ultra congrua distinctione, aliquot conclusiones expōnemus, ex quibus, quid verè sit in hoc respondendum, manifestè constabit.

¶ Prima conclusio: in his quæ verè, ac propriè spiritualia, & Ecclesiastica sunt, Clerici à potestate, & jurisdictione Principis secularis jure divino eximuntur. Hoc probatur, quia potestas Ecclesiastica, quæ circa spiritualia versatur, ab ipso Deo est supernaturaliter lege Evangelica instituta, & Petro ut Principi, ac cæteris Apostolis, eorumque successoribus omnino commissa, non Principibus secularibus, ut constat: ergo Principes secularis nullam in his rebus potestatem habent. Qua ratione consequitur, non lege humana, sed divina Clericos in hisce rebus spiritualibus à Principibus secularibus exemptos esse. Nam si Clerici in his: quæ pertinent ad spiritualia non essent lege divina exempti à Principibus secularibus, sequeretur, ipsos secularis Principes aliquam lege divina habuisse potestatem spiritualiæ, & Ecclesiasticæ: quod adeò falsum est, ut id fuerit jam diu velut erroneum adversus Marsilium Paduanum in Ecclesia Catholica improbatum. Causæ verò, quæ ex natura sua spirituales sunt, & ad potestatem Ecclesiastica peculiariiter pertinent, sunt quæcumque de ordinibus, gradibus, sacramentis, observationibus, aliisque rebus Ecclesiasticis quæstiones, & controversiæ: quidquid denique inter quoscumque Christianos contingens ortum habens ex aliquo, quod specialiter ad Ecclesiam, legem fidemve Christianam pertineat: quemadmodum doctè tradit Albertus Pighius li. 4. de Eccles. Hierarchia, c. 2. col. 5. sic sanè otanes rationes, quibus probari potest Clericos jurisdictione seculari exemptos fuisse jure divino: ita accipiendæ sunt, ut ad hanc prim. conclusion. referantur.

¶ Secunda conclusio: In rebus temporalibus, & in criminalibus, quæ spiritualia non attinent, Clerici & eorum res non sunt jure divino à jurisdictione Principum secularium exempti. Hæc conclusio constat ex his quæ tradidimus ad probationem posterioris opinionis contra communem: atque ideo, si jure divino absque humanis constitutionibus res esset examinanda, respondendum foret, in hisce temporalibus nec Clericos, nec eorum res à jurisdictione seculari immunes esse. Unde quia per leges Canonicas, & Pontificias constitutiones Clerici & eorum res regulariter sunt à jurisdictione Principum secularium exemptæ, constituendæ sunt & reliquæ conclusiones.

¶ Tertia conclusio. Potuit f. nihilominus summus Ecclesiæ Pontifex Clericos, & eorum res à jurisdictione seculari eximere: idque conveniens fuit & est Christianæ Reipublicæ, non tantum in spiritualibus, quod jure divino jam erat institutum, sed & temporalibus. Hujus conclusionis auctor est Innocentius in c. 2. de majorit. & obediens. quam alij communiter sequuntur, præsertim Cardinal. in repet. c. perpendimus, de sentent. excom. oppo. 7. Aufretius in Clem. 1. de off. ord. vers. ad questionem. Hoc probatur, quia summus Pontifex potestatem habet ferendi leges in his, quæ sunt Ecclesiæ regimini, & administrationi conducibilia: conductit autem plurimum, quod ministri Ecclesiæ non implicent se negotiis secularibus, 2. ad Timoth. c. 2. cùm non possint commodè vacare ministerio divino, si trahi possint, & convenienti apud judices secularis: ergo utile quidem est & deinde necessarium ad liberius, & rectius ministran-

dum Ecclesiis, quod Clerici, & eorum res sint à judicibus secularibus immunes. Præsertim ex eo, quod hæc immunitas maximam originem ducat à divinis veteris testamenti institutionibus, à sanctorum Patrum testimonis, publicisque Imperatorum quotundam concessionibus: ut tandem totus ferè orbis Christianus in hanc exemptionem propter publicam utilitatem consenserit: cæque præter summorum Pontificum auctoritatem, hunc tacitum & expressum quandoque consensum habuerit. Hæc autem exemptione Clericorum quoad fori privilegium multis in locis probat: sed potissimum in c. at si clerici, c. clerici, & c. qualiter, de jud. c. 2. de foro compet. c. continua, & multis illius questionis c. 11. qu. 1. l. ult. tit. 2. lib. 16. codicis Theodosiani, & plerisque illius tituli constitutionibus ante Justinianum latis, l. 57. tit. 6. part. 1. l. 6. tit. 3. lib. 1. ordin. (hodie dic. l. 13. tit. 3. lib. 1. Recopilat.) De qua latissimè tractavunt Juris Canonici interpretes in præcitatissimis locis, & præter eos Aufretius in repetitione Clem. 1. de off. ord. Gulielm. Benedict. in cap. Raynulius, de testam. in verb. & uxori. in 2. nn. 322. & n. 410. Carolus. lib. 2. regal. Francia, cap. 17. Chassanæ, in consuetud. Burg. Rub. 1. §. 5. vers. Archidiaconus, num. 44. & Rupellanus lib. 1. forenum Institutionum cap. 34. Nicolaus Boëtius decis. 69. Eadem exemptione quoad tributa, & censum constat expressim in cap. quamquam, de censib. in 6. cap. non minus, de immunitate Eccles. traditur latè ibidem, & per Doctor. in leg. placet, & in l. ad institutionem. C. de sacrosanct. Eccles. in cap. si tributum. 11. qu. 1. Abb. in c. ult. de vita & honestate clericor. Felin. num. 76. & alii in cap. Ecclesia, de constit. Ripa lib. 2. responsorum, cap. 20. & 22. Chassanæ in consuetud. Burgund. Rub. 1. §. 4. n. 17. Aufret. in Clem. 1. de ordin. reg. 2. fallen. 27. Driedon. de libert. Christiana, pag. 109. & 198. Joannes Mauritus post Bart. in repet. leg. unice C. ubi mulier, & in quo loco fol. 45. & pluribus sequentibus. Regia lex hac re optima in l. 1. tit. 3. lib. 1. (hodie l. 11. tit. 3. Recop.) l. 51. & 54. tit. 6. part. 1. leg. presbyteros. Cod. de Episc. & Clericis. Sed Constantinus Magnus hanc Clericorum, & Sacerdot. immunitatem quoad solutionem census, & tributi, lege in universum lata stabilivit, auctore Sozomeno l. 1. Eccl. Hist. ex Greco codice c. 8. ¶ Quarta conclusio: Quamvis f. exemptione Clericorum à jurisdictione seculari jure tantum humano sit inducta: Princeps tamen secularis, utcumque summus sit, non poterit huic immunitati, aut exemptioni propriis legibus, propriave auctoritate derogare. Hæc conclusio multis probari poterit, sed principiè probatur ex his, quæ proxima in conclusione adnotavimus: nam si ad Romanum Pontificem, ut summum Ecclesiæ rectorem jure pertinet Clericos eximere à potestate seculari: & ea exemptione ab eo est ob publicam Ecclesiasticæ Reipubl. utilitatem instituta: plane consequitur, non posse hanc exemptionem ab alio quam ab eodem Pontifice revocari: cùm omnes secularis Principes sint in spiritualibus, & Ecclesiasticis rebus summo Pontifice inferiores, non superiores, nec æquales: & ideo legem superioris potestatem eam ferendi habentis tollere non possunt. Deinde cùm tota Respublica Christiana & ipsius Principes secularis in hanc exemptionem consenserint, eam minimè poterunt revocare: quod probatur ex his, quæ notantur in cap. novit. de judicio. & prætereà hæc revocatio maximè fieret contra Ecclesiasticæ libertatem, ut constat: igitur fieri non potest à Principibus secularibus, secundum ea, quæ tradantur in c. neverint. de sentent. excom. in c. Eccles. de constit. & cap. ult. de reb. Eccles. Cæterum post hujus operis secundam editionem prodit in publicum posterior pars commentariorum in 4. sentent. Dominic. Soto, qui distinct. 25. q. 2. art. 2. questionem istam diligentissimè tractans multa scribit, quæ milievidentur his, quæ ipse tradidi, convenire. ¶ Ex

¶ Ex his sane conclusionibus multa possent deduci, & disputari quæ justum profectò volumen exigent, & postularent, potissimum tamen aliquot hoc in loco, tractate conabimur, quæ sint hujuscem tratus resolutioni conducibilia.

¶ Primum etenim sese nobis obtulit Cardinalis sententia in c. *perpendimus, de sententi. excom. in repetitione oppos. 7.* qui expressim probat, & asseverat, summum Pontificem non posse tollere Clericorum exemptionem à jurisdictione seculari, quoad omnes Clericos, & quoad omnes causas in universum: licet optimè posit eam exemptionem quoad quosdam Clericos, vel quoad quosdam causas revocare: sicut & potest privilegium Canonis in universum abrogare. Hanc opinionem Cardin. sequitur Fel. in c. 2. de major. & obed. col. 1. Barthol. Chass. in consuetud. Burgundia, Rubrio. 1. §. 5. vers. Archi. n. 47. Auster. in Clementi. 1. de offic. ordin. regula prima. Ex quibus constat, iure tamen humano Pontificio non divino statutum esse, quod Clericum percutiens sit excommunicatus ea excommunicatione, à qua non possit per alium, quam per Romanum Pontificem absolviri. Quod verum est, nec negari potest; siquidem Innocentius II. in Concilio Lateranensi primus eam constitutionem edidit, quæ extat apud Gratianum 17. q. 3. c. si quis suadente. ut constat ex Palatina & Philippo Bergomate, in supplemento Chroniconum. unde in c. non dubium, de sent. excomm. ea constitutio Concilio tribuitur: tametsi apud Gratianum ipsi tantum Innocentio II. fuerit adscripta. Nec tamen ex hoc certum esse existimo quod Cardinali scribit. Nam etiam si possit Romanus Pontifex cum Cardinalium Concilio Canonis illius censuram tollere, quia iure humano fuerit indicta: nihilominus illius censura abrogatio Reipublicæ Christianæ conveniens non est, nec expedit illi honori qui Clericorum ordini jure debetur: unde si Papa Canonem hunc tolleret, procul dubio existimatè à censura excommunicationis liberum illum, qui Clericum percutierit; etiam si summum ipsum Pontificem à culpa, & peccato minimè excusat. Nam quamvis mutatio legum humanarum, quæ vim, & potestatem à voluntate, & consensu Principis accipiunt, commissit libero arbitrio Principum, ita quidem ut cessante voluntate legislatoris legem ipsam revocantis, cesse ipsius legis potestas: tamen ut Princeps ipse sit immunità à culpa, pescato, & injuria, quæ Reipublicæ fit, necessaria est regulatiter causa, quæ legis mutationem ac revocationem iustificet: cum teneatur Princeps eas leges ferre, promulgare novas, & veteres omnino servare illætas, quæ maximè necessariæ sint, vel utiles ad optimum Reipublicæ regimen, ejus tutelam, & conservationem: sicuti nos adnotavimus in c. *Alma mater, de sentent. excommun. in 6. 2. relectionis parte, in princ.* Quamobrem non omnino hac in parte accesserim Cardinali. Sed & dum ipse prætermittit exemptionem Clericorum à foro seculari jure divino fuisse institutam, & concedit, posse summum Pontificem quosdam Clericos, aut quosdam Clericorum causas ab hoc legis divinæ instituto eximere, non satis sibi constat: quia si illi Clerici, aut illæ Clericorum causæ jure divino sunt à foro seculari immunes, non potest summus Pontifex illam immunitatem tollere absque læsione juris divini, quæ nec in universum, nec in illa sui parte tolli potest à Principe humano: tametsi possit per summum Pontificem declarari: quod nos satis probavimus in Epitome in 4. librum decretal. 2. part. capitul. sexto, §. nono, & libro tertio Variar. resolut capitulo sexto, n. 9. Sed quia superius asseveravimus, hanc fori exemptionem Clericis jure tantum humano competere, non divino: conclusionem Cardin. ejus ratione omissa probamus, ex ea deducentes, non posse summum Pontificem hanc exemptionem

Clericis à foro seculari competentem in universum tollere. Esset enim hæc abrogatio maximè injuria ordini, & statui Clericali, & sacerdotali: nimisque ministeria divina perturbaret, funditus evertens sacrosanctam illam Sacerdotum, & ministrorum Dei majestatem à tot Cæsaribus, Regibus, & Principibus pluribus privilegiis ab initio & exordio militantis Ecclesiæ hactenus communitat, & ornatum: atque ita eandem opinionem Cardin. sequitur Jacobinus in tract. de conciliis lib. 10. art. 6. colum. 2. illud tamen ex eodem Cardinali, & sequacibus palam admittimus, & probamus: nempe summum Pontificem posse justè, & sanctè, quoties id visum fuerit expedire Christianæ Reipublicæ, temporali, & spirituali, hanc exemptionem à foro seculari clericis iure humano datam limitare, ac restringere, vel quoad quosdam clericos, vel quoad quosdam causas. Probatur etenim hoc ea ratione: quia hæc exemptio iure humano justis ex causis data est: & ideo poterit ex publica utilitate restringi, certisve limitibus distingui, ne quid in perniciem communitatis concessum esse videatur. Hoc vero constabit amplius ex his, quæ in sequentibus corollatiis, & allegationibus traduntur ad hujuscem questionis ubiorem cognitionem.

¶ Secundò ex præmissa resolutione constat, quid possit consuetudo circa exemptionem istam Clericorum à foro seculari. Nam text. in cap. clerici de jud. tradit non valere consuetudinem, quod clerici in criminalibus apud secularem judicem convenienter, quo in loco gloss. idem generaliter respondit videtur considerata ratione ipsa, qua utitur: & idem illic Panor. & Doct. notant. Rota in antiquis, 840. & 2. in antiquior. rit. de consuet. folio parvo. 39. & item 51. colu. 4. etiam si consuetudo sit immemorialis. Quorum omnium ea est potissima ratio, quod hæc exemptio fuerit instituta iure divino, cui nulla consuetudo derogare potest juxta text. in d. c. ult. Hæc verò ratio non est omnino certa, imò in plerisque casibus falsa, ut probavimus: & ideo dubia est opinio communis præsentis quia consuetudo mixta procedens à tacito consensu Clericorum & laicorum, maximam vim habet etiam in his, quæ Ecclesiastica sunt, quemadmodum adnotatunt gloss. & Doct. in cap. vir autem 5 de secundis nuptiis. text. optim. & illic Abb. in c. cum venissent. de eo qui mittitur in possess. caus. rei servante; & in c. cum causa de re jud. tract. Rochus in d. c. ult. de consuet. folio parvo 67. colum. 2. Quamobrem etiam existimet non posse consuetudinem tollere hanc exemptionem Clericorum, nec ita restringere, ac limitare, ut inde maxima Clericis, & ordini Ecclesiastico iuris faciat, gravissimumque immineat præjudicium ex eo, quod ministri Dei passim ad forum secularum inviti trahantur: opinor tamen aliquot in casibus posse per consuetudinem legitimè præscriptam exemptionem istam restinguere, ac limitari: Juris etenim est positivi & humani immunitas hæc: & ideo, nisi ex ea parte, qua dedecus imminet ordini Ecclesiastico, & grave damnum infertur quieti, ac tranquillitat ministeriorum Dei, poterit restinguere consuetudine legitimè præscripta, quæ procedat à tacito consensu Clericorum, & laicorum simul. Qua ratione consuetudo Anglorum, apud quos Clerici quicunque, etiam conjugati in sacris constituti coram judice seculari litigare cogantur super actionibus realibus mixtis, & personalibus tantum, mihi non satis iusta, & rationabilis videtur, nisi moderatam aliquod publica institutione ad justitiae modum obtinuerit: & ideo merito à juris Pontificii professoribus reprobatur: uti etiam improbat Rotæ judices in d. dec. 840. in antiquis & dec. 2. in antiquioribus. Hæc siquidem consuetudo multum impedit Clericos, ac retrahit à ministerio cultus divini: cum passim cogantur quacumque ex causa coram secularibus judicibus actionibus respondere,

pondere. Non ita iniqua est, imò fortassis aliquot ex causis admittenda, nec admodum improbanda, etiam si juxta factorum Canonum rigorem aliud respondendum foret, consuetudo illa, qua Galli absque ulla retractatione utuntur: secundum quam Clerici in actionibus realibus convenientur coram judicibus sacerdotalibus, ut testantur Joannes Faber, in d. §. ult. colum. 2. *Instit. de satisdat.* Astterius in Clem. 1. de offic. ordin. regul. 2. n. 5. & Guilielmus Benedictus in cap. Raynatus, de testam. in verb. & uxorem, in 2. n. 322. Boëtius, decisi. 69. n. 20. & Andreas Tiraquellus, in lib. 1. de retract. §. 32. gl. 1. n. 81. & plerique alij. Non enim audeo forensem istum Gallicum usum, & praxim utique damnam: etiam si apud Hispanos nisquam viderim opinionem istam admitti: si quidem clerici, etiam in realibus actionibus apud Judicem Ecclesiasticum, non sacerdotalem convenientur.

¶ Tertio illud est observandum, quod etiam si exemptione clericorum à foro sacerdotali, & ejus potestate ac jurisdictione foret secundum communem opinionem jure divino inducta, id obtineret quoad Sacerdotes, Diaconos, & Subdiaconos, atque iisdem clericos primæ tonsuræ, qui tamen actu ministerio divino vacarent, & Ecclesiæ proprium exercentes officium servirent ac ministrarent. Illi etenim clerici prima tantum tonsura donati, qui solo nomine clerici sunt, nulli Ecclesiæ, nec Ecclesiastico ministerio servientes, quique nihil à laicis differunt, non videntur à sacerdoti jurisdictione exempti, nec immunes ex illo jure divino, quod hanc exemptionem concessit illis clericis, qui vel sacris sint ordinibus insigniti, vel ministerio Ecclesiastico serviant & vacaverint. Tametsi & hos primæ tonsuræ clericos iura Pontificia decreverint exemptiones fore à jurisdictione Principum secularium: quemadmodum constat ex notariis in capitulo unico, de clericis conjugatis. in sexto, & in leg. presbytero, Cod. de Episcop. & Clericis. Imola, & Joannes Bernardus Episcopus Calaguritanus in practica criminali, cap. 90. ad finem. indistincte censet, primæ tonsuræ clericos jure tantum humano, non divino à potestate sacerdotali fuisse exemptiones, & idem notat Carolus Molinæus in Alex. and. consil. 8. col. 1.

¶ Quartò deducitur ex his, posse facilius Romanum Pontificem & exemptionem istam clericorum à jurisdictione sacerdoti restringere, ac limitare circa primæ tonsuræ clericos, quam erga clericos in sacris constitutos: quamvis in utriusque jure tantum humano statuta fuerit hæc clericorum exemplo. Hoc corollarium probatur ex his, quæ proxime diximus: cum clerici primæ tonsuræ fere nullum ministerium Ecclesiasticum exerceant: & præterea quia prima tonsura potius est gradus quidam ad ceteros ordinis, quam ordo verè Ecclesiasticus, & propriè: sicut & nos adnotavimus in cap. quia nos, de testam. num. 3. & 4.

¶ Quinto hinc apparet, summum Pontificem, jūste quidem potuisse hanc clericorum exemptionem à jurisdictione sacerdoti, circa primæ tonsuræ clericos conjugatos certis quibusdam temperare, ac restringere limitibus, qui traduntur in dīl. c. unico, de clericis conjug. in sexto. Hæc etenim exemplo juris est humani, non divini: & licet jure divino foret inducta, potuisset Papa illud jus divinum ita interpretari, ut clericus conjugatus non aliter hac immunitate gauderet, quam si tonsuram, & vestes, quæ sunt clericorum insignia, detulerit. Equissima profectò est Pontificia constitutio: cum aliqui clerici conjugati nullo fungantur in Republica Ecclesiastica ministerio: imò sine ab eo separati, quippe qui uxorem acceperint, cap. Joannes, de clericis conjugatis. Quod si liberè, & indistinctè clerici conjugati essent à potestate sacerdoti exempti maximam haberent immunitatem, & ex ea licentiam, atque audaciam committendi scelera, & delicta: nec essent clerici ad

alium lucem, & effectum, quam ut immunes essent à potestate sacerdoti, liberique & exempti: quo possent tuè abique metu justæ punitionis multis dare operam criminibus in Republica perniciem, atma & sacerdotales, laicasve deferentes vestes, mille negotiis sacerdotibus impliciti. Hoc præsertim tempore quo tanta clericis primæ tonsuræ qui minimè Ecclesiastis ministeriis, & officiis funguntur, delinquendi occasio datur ex eo, quod à judicibus Ecclesiastis etiam ob homicidium voluntarium levissime puniantur, & benignè absque ullis compedibus, & carcerebus ante punitionem tractentur: gravissima, & maxima pena digni, qua essent omnino lege justitiae ab ipsis Ecclesiastis judicibus juxta Canonicas sanctiones puniendi: idcirco Bonifacius Octavus æquissimè constitutionem prætitam edidit, ex qua decisum extat clericos primæ tonsuræ conjugatos, tunc privilegio fori canonis gaudere, cum unicam, & virginem uxorem acceperint, tonsuram & vestes honestas, ac clericis convenientes detulerint: etiam si Speculator in tractatu de concilio, parte secunda, capitulo quarto, scriperit, constitutionem istam revocandam fore à Concilio universalis, quia fuerit adversus libertatem Ecclesiasticam promulgata: atque ideo magis è Republica esse Christiana, quod clerici conjugati absque ulla distinctione immunitates habeant veteribus canonibus, & legibus clericis concessas: quod ipse minimè crediderim. Licet Joannes Monachus in dīl. c. unico, dolet constitutionem illam editam fuisse: cum & illic Joannes Andreas 3. colum. scribat, querelas Principum secularium justam dedisse causam ejus editioni. Nec omnino consentiam Jacobo à Bello vilu, seu potius Jordani Bretio in repetitio. §. contrahentes de foro competent. in sexto, qui n. 90. prima oppositione censet clericos conjugatos, etiam si tonsuram, & vestibus induiti honestis, & clericalibus incedant, quoad omnia subditos esse judicibus sacerdotibus, non obstante constitutione prædicta, quæ tantum erit secundum eum observanda in his provinciis, quæ fuerint quoad temporalem jurisdictionem Romano Pontifici subiectæ.

¶ His ita prænotatis opera præmium me factum opinor, si ad usum forensem, & praxim aliquot trididero hujus, de clericis primæ tonsuræ conjugatis, constitutionis interpretationes, quo expeditior sit ejus intellectus.

¶ Prima igitur constituitur interpretatio, ut ea constitutio intelligenda sit & in causis criminalibus: cum in civilibus clerici conjugati non sint exempti à jurisdictione judicis sacerdotis: imò coram ipso sint conveniendi, etiam si tonsuram, & vestes deferant clericales. Sic etenim volueret Joan. And. Domin. & Banchelius in dīl. c. unico. Lapus allegat. 118. Card. & Imo. in cap. ex parte, col. 1. de clericis conjugatis. Montal. in leg. 25. tit. 9. part. 1. & est communis opinio, etiam si idem Lapus allegat. 41. & Francus in dīl. cap. unico, contrarium probare conentur ex verbis illius constitutionis, dum in ea expressum diculum extat, clericum conjugatum cum una, & virgine, tonsuram, & vestes clericales deferentem, non esse trahendum ad judicem sacerdotem criminaliter, nec civiliter. Et tamen verus sensus in hoc constat, quod clericus hic conjugatus pro criminalibus causis non conveniat coram judice sacerdoti, nec criminaliter, nec civiliter: id est, etiam si pro criminis civiliter agatur: atque hæc est communis, & manifesta hujus textus interpretatio: etiam si non desint qui aliter præcitat verba interpretentur, ita quidem, ut etiam in civilibus clerici conjugati quoad carceres, & ipsorum capturam liberi sint à jurisdictione sacerdoti. Nam licet possit judex sacerdos de causa civili cognoscere, & eam definitè, non tamen poterit clericum conjugatum capere, & in carcerem pro

pro executione detrudere, ipse clericus ea servaverit, & fecerit quæ in dicta Bonifacij Octavi constitutione continentur: quod præter alios placet Anchiano in dict. c. unico, & Ripæ in lib. 1. respons. c. 13. col. 3. quæ quidem opinio communis est, & in hunc sensum intelligitur, ut judex sacerdatis in canonis excommunicationem incidat, si clericum conjugatum in hisce causis in carcere miserit, secundum Montalvum, in dict. l. 25. Qui tamen contrarium probat, & iuste quidem, ni fallor. Clerici etenim conjugati hæc duo tantum privilegia non obstante matrimonio retinent, scilicet privilegium fori, quoad criminalia, & privilegium canonis: ut in d. cap. unico, expressim probatur, unde in civilibus nullam habet fori præscriptionem, nec privilegium: imò manet in his sub potestate judicis sacerdotalis, qui minimè incidet in excommunicationem canonis ex eo, quod licet clericum sibi subditum in carcere ad executionem contractus sententiaz, vel alterius civilis rei causa misericordia. Atque ita passim apud Hispanos absque ulla controversia in causis civilibus clerici conjugati, ubi hoc juris, & iuris ministerium exegerit, à judicibus sacerdotalibus capiuntur, & detruduntur in carcere.

¶ Secundò hæc Bonifacij decisio est ita examinanda & intelligenda, ut non sit satis clero conjugato unam tantum deferre vestem clericalem, si alias vestes sit induitus in honestas, & sacerdotes. Cùm sit necessarium, clericos conjugatos ad hæc privilegia obtinenda, vestes omnes induere clericales, & honestas: illas saltem quæ facile videri possunt. Quemadmodum ex dictione pluralis numeri probatur in dict. cap. unico, secundum Domin. & Doct. inibi text. optimus in cap. si judex laicus, de sent. excommun. notat decisio Tholosana, & illic Averro. qu. 252. & 227. quibus addit. l. 16. tit. de los perlados, lib. 1. ord. & quæ tradentur in c. seq.

¶ Tertiò, ut locus sit huic constitutioni de clericis conjugatis, duo sunt ab eisdem clericis probanda: primum, quod tonsuram, secundò, quod & vestes detulerint clericales: quemadmodum in d. c. unic. apparet ac notat Rota, in novis 202. Bald. in l. si qua per calumniam, C. de Episc. & cler. & Gild. Papæ, q. 138. Imò in c. Joannes de cleric. conjugat. n. 3. & Card. d. c. perpendimus. ult. opposit. & præterea necessarium est, quod probent, uxorem unicum, & virginem duxisse ut illic respondetur: quamvis in hoc ultimo non ita exegerint probationem, cùm unicum tantum matrimoniū, & fœmina virgo præsumatur, nisi contrarium probatum fuerit.

¶ Quartò illud est observandum, quonam modo definiti valeat, ac certis limitibus præscribi, quod de vestibus clericalibus in dicta constitutione continetur. Nam in c. penult. de vita, & honestat. cleric. & in clemen. 2. eodem tit. etiam si quedam vestes clericis fuerint interdicta, non tamen est satis cautum, nec omnino definitum, quæ vestes sint honestas, & verè clericales: idcirco gloss. illic communiter probata in dict. cap. penult. in verbo de auratis, respondebat, eas censeti clericis vestes honestas, quæ communī usu fuerint admissae ea in provincia: ut tandem non dicatur clericus indecoris vestibus induitus, qui juxta regionis consuetudinem, usum, & morem vestitus incedat. Hoc ipsum in hac specie probat Alexand. in conf. 149. n. 12. lib. 6. idem conf. 8. col. ultim. lib. 1. gloss. insignis in cap. si quis viorum 30. dist. ad idem optimus gl. in clem. 1. versic. secularis de elect. & gloss. in sum. 24. qu. 1. notant Cardin. in Clem. 2. ad finem. Abb. in capitulo primo, de apostol. Rochus in cap. ult. de consuet. folio parvo 18. col. 2. & 50. col. 4. text. optimus in c. joan. de cleric. conjug. quæ quidem opinio potest multifariam intelligi & accipi. Primum etenim quibusdam for-

taffis placebit, tatis esse, quod clerici conjugati hi utantur vestibus, quibus cæteri laici, & seculares, qui uxores habeant, secundum communem regionis usum utuntur: hoc vero non sufficit ad hoc, ut sic locus privilegiis, quæ in dicto c. unico, commemorantur, ut expressim assertit Fulgos. in conf. 124. col. 1. atque idem illic idem auctor existimat, illata consuetudinem sufficere, quæ legitimè præcripta induxit clericos conjugatos privilegium fori habere, etiam si vestibus non utantur clericalibus, nec tonsuram deferant. Idem probant & sequuntur Rochus Cuttius in dicto c. ult. de consuet. fol. 51. col. 1. Albert. in cap. 1. de hereticis in 6. qu. 13. versic. septima declaratio, nu. 9. & Chassanæus, in consuetud. Burgundia, rub. 1. §. 5. vers. Archid. n. 59. atque intelligi poterit quod Alex. & alii adnotarunt quamvis eorum proprius ac vetus sensus sit in hunc modum deducendus: ut possit satisfieri Canonibus, ad effectum quod clerici conjugati privilegium fori & canonis retineant, & habeant, si ipsi illis vestibus utantur, quibus ex consuetudine, & usu regionis homines: nempe clerici primæ tonsuræ conjugati. Nam cùm jus canonicum secundum communem minimè definierit vestium qualitatem, & modum, potuit consuetudo definire, quæ vestes censeantur clericis conjugatis honestæ, cùm illud sit constitutissimum, non omnino, nec præcisè illis vestibus uti debere, quibus induci debeant clerici in sacris ordinibus constituti, vel in minoribus, Ecclesiastico tamen ministerio vacantes, quod sensit summus Pontifex in dict. cap. Joan. de cleric. conjung. Scio tamen & sapissimè certis testimoniosis compertum habui, à multis Judicibus Ecclesiasticis pronunciatum fuisse clericos conjugatos, qui ensibus, armis, & vestibus omnino laicis usi, & induiti fuere communiter, & nihil ab omnino laicis differentes, nec adhuc ipsa tonsura; gaudere privilegio fori, & ea ex causa judices sacerdotes inhibitionibus non satis canonici, & censuris minimè justis passim adhuc gravari, & laidi, ut non temere possimus asseverare, hos Ecclesiasticos Judices nihil censere proprium jurisdictionis Ecclesiastice, quam mereos laicos, & sceleratissimos homines, & in grave Reipublicæ dispendium, & divinæ atque humanæ iustitiae læsionem, à judicibus sacerdotalibus extimere. Quod quam justè sanctè, ac piè fiat, id viderint ipsi, qui tot faciunt Canonibus obstantibus maximam laicos, qui nullo Ecclesiastico ministerio vacant, delinquendi licentiam præbere satagunt: præsertim post Alex. Sexti constitutionem, cuius mentionem in capite sequenti facturi sumus. Denique post factos sanctæ Synodi Tridentinæ decreta, quorum, cap. 6. sess. 23. statutum fuit in clericis conjugatis servari omnino debere Bonifacii Octavi constitutionem: modò hi clerici alicujus Ecclesiæ servitio, vel ministerio ab Episcopo deputati, eidem Ecclesiæ serviant, vel ministrent, & clericali habitu, & tonsura utantur, non obstante quoad hoc privilegio, vel consuetudinu; etiam immemorabili.

¶ Quintò potissimum est adnotandum, tñ clericos conjugatos non ex hoc admittere fori privilegium, quod temel, aut aliquando tonsuram & vestes clericales dimiserint, & modò tempore delicti tonsi fuerint, & vestibus clericalibus induti, non etenim aliqua Canonica constitutione statutum est privilegium hoc ex ea causa prouersus amitti, si tempore commissi criminis, aut alio in specie requisito, tonsuram & vestes Clericales deferant Clerici, quasi eotantum priventur tempore his privilegiis, quo vestes & tonsuram dimiserint: sicut responderunt Joann. And. & illic omnes in d. c. joannes & idem in d. unico, de Clericis conjung. in 6. quorum opinio communis est, ut eam secutus assertit Alexand. in conf.

*conf. 8. lib. 1. & conf. 140. lib. 9. & Hippol. in sing. 480. auctoritate texti. in Clem. 1. & ibi gloss. in vers. quodam, de vita & honest. Cler. idem probatur expressum ex Alexand. VI. constitutione, qua inter hujus Regni sanctiones est memorabilis. Nam ex ea satis est quod Clerici primæ tonsuræ vestibus & tonsura urantur tempore commissi criminis & quatuor mensibus proximis fuerint usi: ergo si ante quatuor menses à tempore commissi criminis vestes dimiserint, & tonsuram, non amittunt Clerici privilegium fori. Sed sane Clericus conjugatus, qui tempore commissi criminis tonsuram & vestes deferebat, non erit privatus hoc fori privilegio, etiam si post delictum commissum vestes dimiserit, nec tonsura utatur, quemadmodum ex mente omnium Alexand. respondet in dictis consiliis. Eadem fere ratione Clericus conjugatus, qui tamen unicam uxorem, virginemque accepit, ea mortua, & matrimonio soluto, consequitur & habet omnia privilegia, quæ Clerici primæ tonsuræ non conjugati jure habent, & obtinent secundum Abb. in cap. Clericus, in 2. de vita & honest. Cler. cuius opinionem fere unanimi sententia probant omnes in dict. cap. unico, de Cler. conjug. in 6.*

\* *¶ Sexto, eadem privilegia quæ in d. c. unico. concessa sunt Clericis conjugatis, tonsis quidem, & Clericalibus vestibus amictis, etiam convenienter his Clericis conjugatis, qui negotiationi operam dant: cum his conjugatis licita videatur quædam honesta vietus causa negotiatio, quamvis aliqui Clericis aliis sit interdicta, arg. c. Joannes, de Cler. conjug. Arque ita notant Francus in d. c. unico. col. 3. & Alex. in d. conf. 8. col. ult. lib. 1. tametsi Joann. Imo in d. c. Joann. col. 2. conterarium probare conetur.*

*¶ Septimo hæc omnia sunt sic ad amissim intellegenda, ut constet † Clericos conjugatos cum unica, & virgine, tonsura, & vestibus Clericalibus utentes, tantum hæc duo, fori & Canonis privilegia obtinere: quoad reliqua vero Clericorum privilegia Laicos omnino censeri, textas est singul. & ibi gl. communiter recepta in verbo, ceteris, in d. c. unico, de Cler. conjug. in 6. ubi Francus multa commemorat privilegia, quæ Clericis conjugatis iure negantur, cum aliqui Clericis non conjugatis sint concessa. Idem confere Cardin. in Clem. 1. de vita & honest. Cler. Aufter. in Clem. 1. de offic. ordin. notab. 3. Domin. in cap. 1. de offi. vicar. lib. 6. col. ult. & Paulus Parisius in conf. 40. num. 20. lib. 4. praesertim Clericis conjugatis, etiam cum unica, & virgine, & qui vestibus ac tonsura utantur, iure negatur privilegium immunitatis, quoad Gabellias, Manera secularia, Indictiones, Colectas, aliae quævis Regalia obsequia, censum, & his similia. Nam hæc subire tenentur hi Clerici, sicuti subeant, & præstant omnino Laici. Quod in specie adnotarunt gloss. memorabilis in d. c. unico, in verb. ceteris. Ibi omnes Panorm. in c. ex parte. de Cleric. conjug. Guido Papæ q. 383. Berthacius in tract. de Gabellis, 6. par. num. 12. Angelus in authent. de monachis, 9. penult. Joannes Mauricius in repet. l. unico, C. quo loco mulier munera subire soleat, lib. 10. pag. 75. quorum opinio communis est, & ab omnibus probatur in d. c. ex parte. atque item lege Regia, lib. 23. tit. 4. lib. 2. ord. (hodie lib. 2. tit. 4. lib. 5. Recopilat.) & lib. 13. tit. 3. lib. 1. ord. quibus quidem legibus constat definitum esse, quod Clerici primæ tonsuræ non conjugati liberti sint & immunes omnibus subsidiis, aë Titibus, & Indictis. a quibus Clerici in sarcis constituti liberti censemur. Quam opinionem iure probante Guido Papæ, & alii auctores modo citati. Et est communis opinio atque intellectus ad omnes iures Canonici constitutiones, quibus*

*Didaci Covarr. Tom. II,*

Clerici eximuntur ab his munibibus secularibus personalibus quidem, & mixtis. Hoc ipsum poterit probari multis locis utriusque juris, in quibus appellatione Clericorum continentur Clerici primæ tonsuræ, de quibus agere nunc omittam, tradidit etenim in o. Cleric. de judicio. & in rubr. de vita & honesta. Cleric. per Dec. in cap 2. de probendiss. textus elegans in hac specie in d. presbyteros, C. de Episc. & Cler. Sunt tamen qui opinentur, hanc conclusionem admittendam fore, cum Clerici primæ tonsuræ probam & honestam vivendi rationem sectantur, saltē vestes, & tonsuram non dimittentes: quod deducere videntur ex Innocentio in cap. 1. de Apost. Thomas Patpalias in repet. l. placet, C. de sacrofand. Eccl. Joannes Mauritius in dict. leg. unica, pag. 73. retinet idem Guido Papæ in q. 381. Nam ut refert Matthæus de Afflict. in confite. Neap. rub. 3. numero 13. Carolus secundus Neapolis Rex per constitutionem Regiam idem vius est statuisse, ita iura Pontificia interpretatus. Quæ quidem interpretatione non est fortassis à mente iuris canonici aliena, hisce præfertim temporibus, quibus tot Clerici primæ tonsuræ absque tonsura, & vestibus passim, vagantur, moribus, & vita honestate à ceteris laicis minimè distingui: imò propter privilegia peccandi licentia ipsis multò peiores in maximum Christianæ Republicæ dispendium, potissimum hac in re, cum alij Laici sint eorum Clericorum onera subituri: quod illis satis grave, & molestum est: quippe quibus constet, hos Clericos primæ tonsuræ, qui ab his oneribus immunes esse contendunt, nec vestibus, nec tonsura Clericos esse, nec alicui Ecclesiastico ministerio vacare, nec ad ipsum vel minima ex parte cogitantes. Unde cum hæc exemptio iure sit tantum humano instituta, plurimum poterit circa ejus vim & usum consuetudo legitimè prescripta: maximè non erit ejus quævis interpretatio Reipublicæ conveniens abicienda, cum de munibibus agatur, quæ mixta sunt, & ratione rerum temporalium personis quoad censos, & pecuniae contributionem indicuntur. Etiam si juxta juris canonici rigorem Clerici primæ tonsuræ, non sint privandi hoc privilegio ex eo, quod tonsuram & vestes dimiserint, nisi prius tertio moniti in hanc incidenter contumaciam, sicuti notat Imol. in c. ul. col. 1. de vita & honest. Cler. & idem probat Regia lex 13. tit. 3. lib. 1. ord. sufficeret tamen ea monitio, quæ sit per publicationem constitutionis Alexandrinae, cujus statim c. sequenti mentio fiet. Vidi semel Regias litteras in hoc decretas, ut clerici primæ tonsuræ etiam non conjugati, cogantur solvere decimam partem pretij, quo res proprias etiam seclusa mercimonij, & negotiationis causa, vendiderint. Quod jus Alcavala Hispani, alij Gabellam appellant, cum tamen jus Pontificium in dict. cap. quamquam de censibus in 6. non minus hanc exactiōem, quam alias in Clericorum rebus, & personis prohibuerit. Unde facili oportet, posse multum in hisce immunitatibus consuetudinem. ( Tandem Philippi nostri constitutionibus decretum est, Clericos in minoribus constitutos, non habentes Ecclesiasticum beneficium, etiam non conjugitos, minimè eximendos fore à solutione Gabellarum, & aliarum publicarum inductionum: quamvis & illi aliqui in criminibus gaudcent privilegio fori. l. 2. tit. 4. lib. 1. Recopilat.)

## C A P U T XXXII.

Rursus agitur de Clericis primæ tonsuræ,  
qui nondum matrimonium contraxere.

## S U M M A R I A.

1. Traditur Alexandri Sexti constitutio, quæ de tonsuræ & vestibus Clericalibus tractat.
2. Clericus in sacris constitutus quando puniri possit per judicem secularis absque degradatione, & traditione?
3. Clericus primo tonsura puniri possit quandoque per secularis judicem absque ulla solemni degradatione?
4. Ordo Ecclesiasticus post delictum assumptus quando liberet quem à jurisdictione judicis secularis?

**H**Aec tamen, etiamsi de Clericorum exemptione tractaverimus, illud peculiari conatu agere constituimus, ut quid de Clericis primæ tonsuræ apud iudices secularis servandum sit, summarim responderemus, distinctionem illam explicaturi, quæ frequenter fieri solet, dum Clerici conjugati ab his, qui uxores nondum accepere, quoad aliquot juris effectus segregantur, de conjugatis autem jam multa diximus: & ideo nunc de his, qui conjugati non sunt, expedit quædam practicis utilia explicare: Clerici sane primæ tonsuræ, qui conjugati non sunt, quoad criminalia & civilia, exempti à potestate seculari centent secundum communem *in d. e. unico, de Cler. conjug. in 6. & in c. qualiter, &c. Cleric. de judic.* quæ probatur *in c. 2. de foro comp. moribus* tamen receptum est, quod Clerici primæ tonsuræ, etiam non conjugati non possint uti præscriptione fori in civilibus: nec temerè quidem, presertim quoad Clericos, qui nec tonsura, nec vestibus utantur, nec ministerio Ecclesiastico vacare satagunt. Idcirco illud erit prænotandum, Clericos primæ tonsuræ, qui conjugati non sunt, quoad criminalia exemptos esse à potestate judicium secularium. Nec hi Clerici privilegium istud amittunt ex eo, quod vestibus, & tonsura non utantur, donec tertio moniti fuerint, & nihilominus in eadem perseverent contumaci, quemadmodum probatur *in c. audiencia, de sen. excom. gl. communiter recepta in c. ex parte, in 3. de privileg. Panor. in c. iuæ, de Apostatis. Henric. in c. cum non ab homine de judic. Fulg. conf. 157. Alex. in conf. 8. col. pen. lib. 1. & est communis opinio in c. unico, de cleric. conjugat.* licet in hisce conjugatis Clericis hæc monitio necessaria non sit, ut illic omnes fatentur. Exstat tamen inter Regias hujus regni leges <sup>†</sup> Alexandri sexti Pontificis Maximi constitutio hac determinata, etiam quoad Clericos primæ tonsuræ, qui conjugati non sunt. Etenim illic statuitur, Clericos primæ tonsuræ quocumque, etiamsi liberi sint à matrimonio, non esse exemptos nec immunes in criminalibus causis à judicibus secularibus, nisi tempore commissi criminis, & quatuor proximis ante mensibus tonsuta, & vestibus Clericalibus usi fuerint. Quæ quidem constitutio continetur inter hujus Regni practicas l. 21. & dara fuit anno Dom. 1497. (*bodie l. 6. cum 6. tit. 4. lib. 1. Recopil.*) cuius interpretationem tradere conatur doctissimus Petrus Avendanius *in tractat. de execu. mandat. 6. 22.* sed & idem omnino concessum est à Leone decimo Pontifice Maximo Francisco Gallorum Regi, quemadmodum meminere Nicolaus Boëtius *decif. 69. n. 13. Chassanæ. in confuer. Burg. rub. 1. §. 5. vers. Archidiacon. n. 46. Carolus de Grassalia lib. 2. Regalium Francia, jure 17.*

**E**s tamen utraque sancti ne constitutum ad ejus vim, & usum, quod a Judicibus Ecclesiasticis, & Prelatis publice ut, & promulgetur hæc summi Pontificis constitutio tribus primis dominicis quadragesimæ, quasi hæc publicatio sit sufficiens monitio ad constituendum Clericos primæ tonsuræ in ea consumacia ex qua sit fatis, ut per ius privatum ventur ipso jure. Hæc vero publicatio passim à Judicibus Ecclesiasticis praemittitur non alia ex causa, quam ut eis liberum sit, quo cumque primæ tonsuræ Clericos, qui dimissis vestibus & nulla tonsura ornati delictum commiserint, censoris, excommunicationibus à Judicium secularium potestate elevare, ac impunitos dimittere data criminum impunitate: sic etenim quotidie fraus sit Alexandrina constitutioni. Idipsum fieri in regno Neapolitano conqueritur Matt. de Afflict. *in constit. Neapolit. rubr. 3. nn. 1. 2.* Qua ratione Regium supremum Castellani Regni prætorium huic malo obviam ire poterit, si per litteras Regias quolibet anno admoneat Judices Ecclesiasticos, sub his comminationibus quæ eis fieri solent; ut Alexandrina utantur constitutione: aut præcipiat secularibus, quod Ecclesiasticos, datis semel litteris Regiis, requirant ad prædictæ constitutionis publicationem cuius testimonium publicum accipient. Qua quidem in re oportet, non mediocrem diligentiam adhiberi ab ipsis Regis advocatis fiscalibus, quibus in his, & similibus reipublicæ, & secularis jurisdictionis defensio dubio procul incumbit.

**S**ed ex Alexandrina constitutione primum hoc deducitur, quod juris communis responsis contrarium palam videtur, nempe sufficere generali monitionem, ut primæ tonsuræ Clericis non utentes tonsura, & vestibus, privilegium fori amittant ipso jure: cum aliqui jure communi ad hoc forent, & est necessaria monitio specialis in personam nominatim facta, ut probat *text. elegans, & illic Card. Imola, & omnes in Clem. 1. de vita & honest. Cleric.* atque ita hanc constitutionem esse in hoc juri communi contrariam asseverat Nicol. Boëtius *in decis. 69. n. 13.*

**S**ecundo, ex eodem Alexandri sexti decreto, appetat, Clericum primæ tonsuræ, qui post monitionem <sup>†</sup> illic præscriptam non fuerit usus tonsura, & vestibus Clericalibus, quocumque in crimine puniri posse per Judicem secularis absque ulla degradatione, & traditione solemni facta ab ipso Judice Ecclesiastico. Etenim cum hæc generalis monitio censeatur ab Alexando summo Pontifice sufficiens, ut Clericus primæ tonsuræ jure ipso privilegium amittat fori, manifestè consequitur, posse ipsum capi, & pugnare à judice seculari absque ulla solemni degradatione: legitima siquidem monitio idem operatur, quod actualis degradatio, *cap. cum non ab homine, de re judic.* notat expressum Anchæ, *in reg. ea quæ. quæst. 12. de re jud. in 6.* Quia in te hæc constitutio quid novum inducere videatur, secundum Boëtium *in d. decis. 69. num. 17.* qui non satis explicat, an hoc sit in quocumque criminis intelligendum: nec quid olim jure veteri fuerit statutum: idcirco exponere oportet hujus questionis breuem quandam resolutionem, ut distinctè percipere possimus, quænam fuerit olim, & sit nunc Doctorum hac in re controversia.

**P**rimum etenim illud constat, omnino distinguenda predicta specie, & questione illam disputationem, qua tradi solet, an Clericus in sacris constitutus, qui gravissimum & atrocissimum commiserit crimen, sit à Judice Ecclesiastico degradandus, & tradendus iudicii seculari. Nam & ista quæstio tunc etiam obtinet, cum nulla facta sit dimissio tonsuræ, nec vestium Clericalium: quemadmodum nos tractavimus *lib. 2.*

*lib. 2. Variar. resol. c. 20. num. 7.* est etenim, ut fatentur omnes, necessaria degradatio & traditio, nec iudex sacerdotalis punire poterit Clericum in sacris constitutum absque degradatione & traditione propter quodcumque gravissimum crimen, quod apparet ex notatis in capitul. cum non ab homine, de jud. capitul. novimus, de verbo. significat. c. ad falsiorum, de crimin. falsi. capiu. ad abolendam, de hereti. tametsi propter crimen Assassini jure Pontificio sic statutum Clericum etiam in sacris absque ulla degradatione puniri posse per judicem sacerdotalem: sicuti probat text. in c. 1. de homicid. in 6. cuius veram interpretationem ipse itidem tradidi in d. c. 20. n. 10.

¶ Secundò est adnotandum, Clericum, etiam in sacris constitutum, qui tamen sit vere incorrigibilis, posse absque ulla degradatione puniri per Judicem sacerdotalem, text. *Singularis in d. c. cum non ab homine, de'judic.* quem ita intellexere Joan. Andr. Card. & Imol. ibi. Quorum opinio mihi communis est: siquidem ferè omnes hanc questionem tractantes idem manifestè præmittant & probant. Nam si rem istam diligenter iuratur, ratio hoc ipsum probat: cum ex d. c. cum non ab homine, ad hoc ut censeatur Clericus incorrigibilis, multa, quorum illuc mentio fit, sint necessaria, ex quibus merito deducitur, ex tria monitione, & ex aliis, justissime fori privilegium amitti à Clerico ita incorrigibili, & contumace.

¶ Tertiò his erit adjiciendum, quod Clericus in profundum malorum delatus, quique dimissis tonsura & vestibus Clericalibus, multis se immiscuit enormibus delictis, ipso jure est privilegio Clericali etiam fori destitutus, quamvis sacris fuerit ordinatus ordinibus, atque ideo poterit absque degradatione, & traditione puniri per judicem sacerdotalem: modò ita sit his sceleribus deditus, ut inventeratus dici possit scelerum minister. Nec est in hoc casu necessaria tria monitio, que alioqui fore ordinario requiritur. Hujus opinionis auctores sunt gloss. in cap. ex parte, in 3. de privileg. Hostiens. Joan. Andr. Anton. in cap. perpendimus illius c. - pitis auctoritate, de sentent. excomm. Anchæt. in reg. ea que. qu. 12. de regul. iur. in 6. q. or. m. opinio Communis est, ut assertit Aufrer. in Clem. 1. de offit. ord. regu. I. fallen. 19. quibusque patrocinatur text. in c. unico de vita & honest. Cleric. ubi traditur cassus, in quo Clericus, etiam in sacris absque ulla degradatione amittit privilegium Clericale omnino ipso jure, etiam quoad forum juxta communem illius text. interpretationem. His item accedit text. in c. 1. de Apostat. quo itidem communis hæc probatur sententia, à quo non audet dissentire Henricus in cap. ex litteris, col. pen. de vita & honest. Cleric. scribitque Chassan. in consuet. Burg. rubr. 1 §. 5. vers. Archidiaconus, n. 55. eamdem opinionem communiter praxi receptâ esse, & nihilominus multi, hoc displicet: quippe quibus grave nimis videatur, Clericum nulla legitima monitione præmissa, privilegio fori privati ex eo, quod dimissis vestibus, & tonsura multis etiam enormibus criminibus operam dedit, & seipsum immiscuerit. Sic etenim Anchætan. in dict. cap. 1. de apostat. scribit, illius capituli responsum non esse observandum, nisi in specie & casu, quo loquitur Panormit. item & Card. in cap. perpendimus, illam decisionem tantum intelligunt, quoad privilegium canonis: non autem quoad forum, quod etiam probant Alex. confil. 8. lib. I. n. 2. Socin. conf. 12. lib. 1. col. 7. dum Abbatis distinctionem sequitur, & Angel. in verb. Clericus, 10. 9. I. & Sylvest. in Clericus, 3. §. 9. nec obseruit text. dict. cap. 1. de vita & honest. Cleric. in 6. quia illa constitutio penalis est, & ideo non est ad alium casum extendenda, unde mihi potius placet poste-

rior opinio adversus communem, maximè Clericis constitutis in sacris ordinibus. Nam in his non video, quo iure satis probetur communis opinio nisi forsitan crimen aliquod ita in re publicæ perniciem fuerit à Clerico perpetratum, ut pium sit, & æquissimum communem admitti sententiam, eo præterim casu quo, si degradatio Judicis Ecclesiastici expectanda foret, sublit maxima suspicio libertatis & impunitatis.

¶ Ut cumque tamen sit, opinor ipse, moribus receptam esse communem sententiam in Clericis primæ tonsuræ, quamvis & hi sint solemnibus quibusdam ceremoniis degradandi: ut in libro Pontificali traditur. Nam usus obtinuit forensis, † ut hi Clerici primæ tantum tonsuræ, si dimissis vestibus, & tonsura enormia crimina frequenter commiserint, absque ulla degradatione puniantur à judge sacerdotali. Sic etenim communis opinio admitti poterit, ut tandem privilegium fori ex hoc omnino admittatur ipso jure à Clericis minoribus ordinibus constituis. Et idem erit, ubi Clericus primæ tonsuræ etiam tonsus, nec dimissis vestibus crimen aliquod atrocissimum commiserit, propter quod foret in sacris constitutus, alioqui curiae sacerdotali tradendus, præmissa degradatione. His equidem absque degradatione puniri poterit per judicem sacerdotalem: quod constat ex traditis exemplis ab Aufrerio in limitat. 9. Boërio dec. 71. notant optimè Chassanæ in consuetud. Burgund. rub. 1. §. 5. vers. Archidiaconus, nu. 69. Gulielm. Benedictus in c. Raynarius, de testament. in verb. & uxorem, in 2. nu. 430. Petrus Avendanus in trattat. de exequendis mandatis, c. 2. nu. 3. Quibus accedit quod de Clericis primæ tonsuræ tradit Joan Bernardus Episcopus Calaguritanus in practica criminal. c. 90. q. 10 in loco certæ opinionem Abba, & Anchæt. de degradatione Curia sacerdotali alioqui dubiam: ut illic ipse tradit, & nos disputavimus lib. 2. variar. resol. c. 20. admittendam esse in Clericis primæ tonsuræ tantum: non in aliis, quæ sacris ordinibus fuerint donati: sed & ad hinc opinionem Chassanæ, Gulielmi, & aliorum plurimū conducunt quæ nos tradidimus in capitul. quia nos, de testament. nu. 4. ubi mentio iem fecimus obiter hujus consuetudinis, receptaque apud praticos judices opinionis: atque item addaximus ea, quæ in contrarium citati poterant. Scilicet intelligenda sunt, quæ nimis succinctè in hac specie definire tentant Hippol. in conf. 8. n. 17. & Carol. Mol. in Alex. conf. 8. lib. I. col. 3. littera B.

¶ Ex quibus deducitur, in omnibus, & quibuscumque criminibus admittendum esse, quod Boëtius in Alexandri constitutione intulit: ut absque ulla degradatione, & traditione solemnī iudex sacerdotalis punire possit Clericum in minoribus ordinibus constitutum, qui contra illud Alexand. editum non fuerit nec tonsura, nec vestibus usus Clericalibus. Quod satis manifestum fit ex ipsius constitutionis mente, & verbis.

¶ Sed & tertio principaliter ex dicta constitutione Alexandri constat elegans, ac nova in hac quæstione conclusio ad hoc quidem, quod licet is, qui post commissum crimen ordinem Ecclesiasticum accepit, possit per judicem sacerdotalem puniri quoad rerum, & bonorum condemnationem, non tamen quoad corporis paenam juxta communem Doctorum sententiam ex jure veteri deductam: hodie tamen, auctoritate dictæ constitutionis † Clericus, qui cum assumperit ordinem post crimen commissum, poterit à Judge sacerdotali puniri, etiam corporalibus paenis: quia tempore commissi criminis nec tonsura nec vestibus utebatur Clericalibus. Sic sane novam istam conclusionem à constitutione

Alexandri deduxit doctissimus Averdanianus in tract. de mand. exequendis, c. 22. n. 7. Ego verò satis dubius sum hac de re, quippe qui opinor, summum Pontificem nihil voluisse mutare circa Clericos illos, qui post delictum commissum Ecclesiasticum ordinem acceperint: cum de his tantum tractaverint qui tempore delicti tenebantur jure Pontificio tonsura, & vestibus Clericalibus uti: esset enim satis à re proposita, & peccata omnino alienum, tonsuram, & vestes Clericales exigere in his qui essent verè Laici nullo quidem ordine Ecclesiastico insigniti. Nam de his qui Laici erant cum crimen fuit perpetratum, nihil est petitum à summo Pontifice, nec ab eodem responsum, aut decretum. Si quidem hi non tenebantur tunc, nec poterant tonsura simul, & vestibus Clericalibus uti, colque voluerit summus Pontifex culpa notare ad amittendum fori privilegium, qui tenebantur tonsura, & vestibus Clericalibus uti: ut constat ex ipsius constitutionis serie, unde sequitur, quod si quis fuerit prima donatus tonsura, quam & veltes Clericales nulquam dimiserit, & tamen intra menses à die tonsuræ crimen aliquod commiserit: non erit per judicem sæcularem puniendus ex eo, quod quatuor mensibus ante crimen commissum tonsura, & vestibus non fuerit usus Clericalibus. Nec judex sæcularis jus habet puniendi hunc propter Alexand. constitutionem: cum illa tantum afficiat & complectatur illos, qui culpa notari possunt, quippe qui nec tonsura nec vestibus usi fuerint Clericalibus tempore commissi criminis, & proximis quatuor mensibus: non autem illos, qui culpa hac in re omnino carent, qui non tenebantur vel tempore delicti commissi, vel quatuor proximis mensibus tonsura, & vestibus uti nondum ex tempore Ecclesiasticum ordinem habentes. Quod si ratio virtutissimi esset admittenda, necessariò esset à judice sæculari puniendus is, qui tribus aut duobus mensibus ante delictum acceperit ordinem primæ tonsuræ, qua & vestibus fuerit legitime usus post ejus adsumptionem, non tamen antea, & sic quatuor mensibus ante commissum crimen. Quod mihi uero placet, nec videretur iure probari posse. Quamobrem censeo nihil novi posse deduci ab illa constitutione Alexandri VI. circa illos, qui post delictum fuerint promoti ad primæ tonsuræ gradum. Idecirco eorum jus, & exemptio à judice sæculari erit examinanda his rationibus, & auctoritatibus, quibus examinari, & expediti poterat ante prædictam constitutionem. Quia in re licet multa sint ab aliis tradita, nos pro facili hujus questionis cognitione aliquot explicabimus conclusiones.

¶ Prima conclusio: Ecclesiasticus ordo post delictum commissum ab aliquo absque ulla fraude suscepimus, eum omnino liberat à jurisdictione judicis sæcularis. Hoc probatur argum. text. in l. hos accusare, §. hoc beneficio & vers. item magistratum ff. de accusat. ubi Angel. & Alberic. in l. qui cum uno, § reus. de re mil. notatur in cap. proposuisti, de fir. com. Et in l. si quis posset, ff. de judic.

¶ Secunda conclusio: Ordo Ecclesiasticus post delictum ab aliquo adsumptus, fraude tamen & dolo, ut judicis forum declinet, non liberat eum à jurisdictione judicis sæcularis. Quod probatur in d. l. hos accusare, vers. dum non retractandi causa, l. si maritus, §. legis. ff. de adult. l. ult. de re milit. lib. 1. C. qui milit. poss. lib. 12. ex quibus & aliis utramque conclusionem tenent Oldrad. conf. 4. Bart. eleganter in l. 1. ff. de poenis. Joan. Andr. & alii in c. 1. de obli. ad ratiocinia. quorum opinio communis est, ut constat ex citatis per Aufter. in Clem. 1. de offic. ord. reg. 1. fallen. 11. per Hipp. in sing. 534. latissime Lambert. in c. de har.

in 6. qu. 13. qui has conclusiones post alios quorum ipsi meminere, sequuntur, quidquid scripterit Bellamera in c. proposuisti, q. 2. de foro compet. qui absque ulla fraudis distinctione censet, non posse hoc crimen puniri à sæculari.

Fraus verò maximè præsumitur, si quis post delictum commissum, & ante susceptum ordinem fuerit accusatus, vel denunciatus: aut sanè infamatus, text. optim. in l. ult. ff. de bonis eorum qui mort. sibi cons. & in d. ult. ff. de re milita. notatur, in l. si quis posset, ff. de adulst. quemadmodum Bart. & alii fatentur; sed & in universum fraudem præsumi ex eo quod post crimen commissum timore sæcularis punitionis, quis ordinem suscepit, assertit Bald. l. 1. n. 2. C. an servus ex suo facto.

¶ Tertia conclusio, ubi ratione fraudis qui post delictum ordinem assumperit Ecclesiasticum, adhuc manet sub jurisdictione judicis sæcularis, non poterit per eum pena corporali puniri: sed tantum bonorum, & rerum mulierum, & ammissione. Hanc conclusionem probant, & sequuntur Joan. Andr. in c. 1. de obligatio. ad ratiocinia, Bart. in d. l. 1. & omnes paulo ante citati, ex quibus hoc est communis opinio. Atque ita hanc opinionem adleverat communem esse Aufter. in d. fallen. 11. erit tamen hoc in articulo illud obseruandum, quod si crimen mortis pœnam exigat, aut mutilationem membra, erit Clericus hic degradandus per Episcopum, & tradendus curia sæculari, ut opinantur Gulielm. de Cuneo. Jacob. Butrig. & Bart. in d. l. 1. ff. de peccatis. Ias. in l. cum quadam, ff. de juris. omn. jud. n. 10. Bald. in l. 1. n. 2. C. an servus pro suo facto. Dynus in l. item Ulpian. ff. de accus. tuto. Anch. in regul. ea quæ, de reg. iur. in 6. q. 13. Aufter. in d. fallent. 11. & quia judges Ecclesiastici, & Episcopi nolunt uti hac degradatione: fortassis justè, cum nulli jure Pontificis hoc in casu sit permitta, teste Antonio Bart. in d. cap. 1. col. 4. de obligat. ad ratiocinia. Sæculares judges absque hac solemnitate nihilominus propriam sententiam ad mortem usque execqui solent, licet male faciant, ut testantur Bart. & omnes modo nominati commemorati; sed si Clericus tantum sit prima tonsura donatus, poterit absque ulla solemnni degradatione per judicem sæcularem puniri etiam mortis pœna: ex his, quæ superius diximus in ver. utecumque tamen sit.

¶ Ceterum quidam hac in questione opinantur, satis esse ut Laicus criminis alicuius auctor effugiat forum judicis sæcularis, & ejus punitiōnem, quod ante delictum votum fecerit vel religionis, vel ordinis sacri suscipiendo. Nam ex hoc non poterit puniri per judicem sæcularem: cum votum hoc delicti commissi tempus præcesserit. Sic sanè visum est Ias. in d. l. cum quadam, n. 15. Hippol. in singul. 534. Gerard. in singul. 41. Chassanæ in consuet. Burg. rubr. 1. §. 5. vers. Arch. n. 68 qui tamen scribit se non credere quod hec opinio à practicis admittenda sit, citatur ad hanc sententiam Bald. in l. 1. Cod. an servus ex suo facto, qui illud tantum asseverat, quod qui ante delictum votum emiserit, & post delictum sit effusus voti executione Clericus aut religiosus, non possit puniri per judicem sæcularem: quasi maxima sit præsumptio bonæ fidei & nullam subesse fraudem mutationi status, atque in hunc sensum qui proprius est, & à practicis auctoribus traditur, posset admitti opinio Jasonis, à quo plurimum hoc commendatur ex eo, quod probatio voti fieri possit juramento proprio iplusmet voventis. In his etenim, quæ in animo consistunt: probatio sufficiens iure censetur ea, quæ proprio juramento sit. gl. elegans in c. significasti. in primo, de homicid. ubi omnes, gloss. in c. si vero in 2. de sentent. excommunicat. alia in c. sed iste & illic Jason. numer. 89. Insit. de action. gl.

gl. in l. at qui natura, §. cum me absente, ff. de negot. gest. text. optimus in c. pastoralis, de exceptio. late Hippolyt. in rub. C. de probatio. nu. 122. Alciat. in tractat. de presumpt. 10. Bart. in l. inter omnes, §. reale, ff. de furis. Arctin. in l. interdum, §. quod ex naufragio, ff. de acquirendo possesso. Quæ quidem conclusio tunc admittenda est, cum de modico præjudicio agitur: non autem ubi de maximo sit præjudicio agendum, tunc etenim major ac certior probatio requiritur, saltem ea erit necessaria, quæ fieri ea de re communiter possit: ut notant Domi. in l. eos de temporib. ordin. in 6. Abb. in c. quosdam, de presumpt. Felin. c. cognoscentes, de constitut. nu. 14. & Hippolyt. in singul. 635. Unde cum in hac specie de maximo agatur præjudicio, nempè de gravi, ac enormi lesioni reipublicæ, & jurisdictionis sacerdotalis: ac denique Bald. & Jas. sententia non sic satis iure probata, nec conveniat criminum justæ punitioni, minimè mirabimur, etiamsi viderimus, eam praxi refelli. opinor equidem non esse justum, eam admissi, præsertim recepta illa tantum probatione, cuius à Jalone mentio fit. Nam et si probatur plenè votum olim à delinquente factum, non est omnino exclusa illa suspicio fraudis, que solet in hac specie subesse, ac contingere propter frequentes hominum cautelas, quibus passim utuntur hi, qui jurisdictionem judicis sacerdotalis ad liberiū delinquendum effugere conantur. Sed & post hujus operis secundam editionem, in Concilio Tridentino, cui ipse interfui tunc Episcopus Civitatensis, anno Domini 1563. editum fuit decretum, quo sancitum est de his Clericis primæ tonsuræ, sessio. 23. c. 6. quoad fori privilegium, eos eodem minime gaudere, nisi beneficium Ecclesiasticum habeant, aut Clericalem habitum & tonsuram deferentes alicui Ecclesiæ de mandato Episcopi serviant: vel in seminario Clericorum, aut in aliqua schola, vel universitate, de licentia Episcopi, quasi in via ad majores ordines suscipiendos versentur.

## CAPUT XXXIII.

Agitur item de Jurisdictione sacerdotali quoad Clericos, præsertim ad brevem jurisdictionem, capitul. si judex Laicus. de sentent. excommunicat. in 6.

## SUMMARIUM.

1. *Judex Ecclesiasticus, non sacerdos, cognoscit de questione illa: an Clericus captus à sacerdotali sit remittendus ad forum Ecclesiasticum?*
2. *Exceptio declinatoria fori proponi poterit à Clerico apud judicem sacerdotalem, etiam post sententiam quæ transferit in rem judicatam.*
3. *Clericatus quomodo probari possit?*
4. *Lite pendente apud judicem Ecclesiasticum, Clericus desineri debet reclausus in carcerebus.*
5. *Remissio Clerici cuius expensis fieri debeat.*
6. *Clerici primæ tonsuræ, qui simul Regiam, & sacerdotalem jurisdictionem declinaverint, quæ patiantur jure Regio incommoda?*
7. *Clerici arma portantes an possint per judicem sacerdotalem puniri?*

**S**olent non leves oriri contentiones inter judices Ecclesiasticos, & sacerdotes super criminali punitione Clericorum: & frequentissime controvertuntur de his Clericis, qui tantum primæ tonsuræ gradum assumplerint. Cum de his puniendis judices sacerdotes plerumque contendant propter communem cum Laicis vivendi rationem. Et tamen summus Pontifex in c. si judex Laicus. de sentent. excommunicat. Didaci Covarr. Tom. II.

in 6. regulam quandam edidit & constituit, ex qua certa posset assumi definitio in ea questione, an pendente lite super exemptione & Clericatu, sit ita tim Clericus à Judice sacerdotali captus remittendus ad Ecclesiasticum vel manere debeat apud sacerdotalem, donec probatione, atque ordinaria cognitione fuerit decisum per sententiam, Clericum illum habere privilegium fori, & idem remittendum esse, et iam quoad principalis causæ cognitionem, ad judicem Ecclesiasticum? Hec etenim Pontificia responsio est semper præ oculis habenda: qui celebris est, & eam præter Doctores ibi maximè commendarunt Bald. in l. sua per calumniam, col. 2. C. de Episcop. & Cleric. & Capolla in conf. 11. col. 3. & conf. 10. quamlibet ejus constitutionis partem peculiari adnotacione perpenderunt idcirco & nos multa hoc in loco summatim ad ejus intellectum adnotavimus.

¶ Primum illud est prænotandum; quod hujus causæ cognitione, ejusque definitio pertinet ad Judicem Ecclesiasticum, non ad sacerdotalem: atque ille Judex & Ecclesiasticus tractabit, an captus per sacerdotalem judicem, vel apud eum accusatus, sit Clericus, & Ecclesiastice jurisdictionis. Quid probatur in d. c. si judex ubi h. ius ei ratio traditur ex eo, quod de re spirituali vel Ecclesiastica sit agendum: id est, de ordine. Eamdem opinionem, quæ satis communis est, probant, & sequuntur omnes in d. c. si judex, & in c. unico de Cleric. conjug. in 6. præsertim Francus illic, col. 3. Rote judices dec. 202. in novis, in Fulgos. conf. 124. Alex. in conf. 8. col. 3. lib. 1. q. iibus etiam suffragatur, quod ubi contingit questione inter judicem Ecclesiasticum, & sacerdotalem super jurisdictione, Judex Ecclesiasticus propter maiorem autoritatem cognoscet, an hui sit jurisdictione secundum Anton. Butr. in c. ceterum. col. 3. de judic. Felin. & Dec. in c. pastoralis, in pr. de rescrip. & Ias. in l. 2. ff. si quis in jus vocatus non ierit, col. 5. atque ita apud Hispanos haec sententia omnino fertur: siquidem Index Ecclesiasticus cognoscit de Clericatu, de tonsu & vestibus. Quid non tantum iure Pontificio verum est, sed aquillissima ratione constat: modò Judices Ecclesiastici non temere, sed iuxta iuris canonici decretata, Romanorum Pontificum sanctiones, & ipsius reipublicæ utilitatem negotium hoc absque ullo animi peculiari affectu tractare, & expedire conentur, zelo quidem justitiae, non ambitione defendendæ jurisdictionis, & liberandi sceleratissimos homines, reipublicæ pestem, & perniciem à justissima judicium sacerdotium punitione. Apud Gallos hujus controvertiæ cognitione ad sacerdotalem judicem pertinet, ab eoque lis tractatu, & expeditur, non admissa, nec recepta decisione Bonif. cii octavi in d. c. si judex. Sicut testantur Guid. Pap. 9. 133. Ioa. Gallus 9. 38. qui quidem autores conantur usum istum forensem Gallicæ defensare, quasi non sit omnino contrarius responsioni Pontificis: quæ intelligenda est, quoties de Clericatu tractatur: ut tunc cognitione pertinet ad judicem Ecclesiasticum, non ad sacerdotalem: qui tamen poterit de causa ista cognoscere, ubi sit questione de vestibus Clericalibus: an his fuerit usus, qui apud sacerdotalem recusatur, & detinetur in carcerebus. Sic sane Gallicæ judiciale stylum prædicti autores, & intelligunt, & iure verum esse censem. Sed utrumque sit, ipse non dubito, hanc opinionem Guidonis, & Ioa. Galli falsam esse, & omnino contraria communi omnium sententiarum, ac denique Pontificie responsioni, quæ in hoc tendit, ut cognitionem Clericatus, & ejus questionis, utrum captus à Indice sacerdotali gaudere debeat privilegio fori, deferat Indici Ecclesiastico, non sacerdotali. Id etenim

etenim, vèl ex eo probatur, quod summi Pontifices, & eorum constitutiones formam præscriperint, qua in tonsura, & vestibus uti debent, & tenentur Clerici, ut constat. Et ideo Juges Ecclesiastici jus habent, non sacerdotes, ad cognoscendum, an Clerici juxta Canonicas sanctiones fori privilegium amiserint, ex eo quod tonsuram, ac vestes Clericales dimiserint, cum hoc totum negotium juris sit Pontificij, non Cæsarei. Quamobrem non potest jure defendi forensis Galliæ usus, etiam ita intellectus, ut Guido & Joan. Gallus intellexere, præsettum, quod usus ille itidem obtinuit, ut iudex sacerdotalis nullo non in cassu cognoscat, an Clericus captus sit remittendus ad Judicem secularis, sive agatur de ipso Clericatu, sive tonsura, vestibusque Clericalibus: ut fatentur Caro. Molin. in *Alexandrum conf. 8. lib. 1. col. 3.* & Joan. Rupellanus *lib. 4. forenum institutionum, cap. 6.*

- ¶ Secundò est & illud observandum, quod Clericus alioqui quoad criminalia exemptus à jurisdictione Judicis sacerdotalis poterit hinc fori præscriptionem, & exceptionem declinatoriam opponere quoquam tempore, etiam post sententiam, quamvis ad eum usque diem † ipse tacerit ac seipsum defendorit & litigaverit coram Juge sacerdotali. Non enim potuit Clericus hic consentire in jurisdictionem Judicis sacerdotalis expressè, nec tacite saltem in his criminalibus causis, ubi agitur de coercitione, & punitione personali. c. si diligenti, de foro compet. c. significasti, eod. tit. c. at si Clerici, in pr. de judec. sic sanè in hac specie notant Chassanæus in *confuet. Burg. rubr. 1. §. 5. vers. Archi. num. 45.* Nic. Boëtius in *confuet. Bituricensis. tit. de jurisdictione, §. 21. in fin.* & Joan. Rupellanus in d. c. 6. premittrit Dec. in *conf. 241.* asseverans, ita judicatum fuisse. Hujus opinionis ratio illa quidem redditu solet, quod Declinatoria fori, quæ reddit Judicium ab initio nullum ex defectu jurisdictionis, quæ nec protogata censemtur, potest quandoque etiam post sententiam opponi, & impedit executionem illius sententiae, à qua posset alioqui appellari, quemadmodum tradit Fel. in c. exceptionem, n. 28. de except. post Ant. Abb. & Imol. ibi text. optimus secundum unum intellectum in c. ad petitionem, de accusa. Imò hæc exceptio impedit executionem trium sententiarum: sicuti notat glossa ibi communiter recepta in Clem. 1. de re jud. atque ita intellecta ex alia gloss. in Clem. 1. de sequest. poss. & fruct. quarum interpretationem & nos tradere conati sumus hoc in opere, c. 25. n. 4. igitur sententia lata per judicem sacerdotalem est omnino nulla, quamvis Clericus tacerit, nec fuerit usus fori præscriptione, quod & Soc. respondit *conf. 12. L. 1. col. 7.* quam sequitur Petrus Avendanius in *tract. de exequendis mandatis, c. 22. n. 2.* His accedit, quod & ipse iudex Ecclesiasticus potest Clericos repetere à sacerdotalibus judicibus, etiamsi ipsi clericis confessi fuerint, se laicos esse: sic etenim visum Bald. in l. si qua per calum col. 2. C. de Episc. & cler. Domin. & Franc. in c. d. si judec. quorum opinio satis jure probatur, si consideremus rationem illam elegantem, qua utitur summus Pontifex. in d. c. si diligenti, de foro compet. Qua ratione mihi non placet arrestum illud, cuius meminit Rebuff. in *leges Regias, 1. parte tractatus de sent. execut. art. 3. gl. 2.* dum referit à senatu decretum fuisse, quod clericus condemnatus à iudice sacerdotali ad honorabilem amendam non posse executioni opponere primæ tonsuræ exceptionem. Nec enim Bald. ab eo citatus in l. contraria col. 1. C. de non num. pecun. hoc ipsum quidquam justificat, imò potius, ni fallor, improbat.

¶ Clericus vero, qui accusatus apud judicem sacerdotalem omisit usque ad sententiam, vel ejus executionem opponere declinatoriam fori exceptionem,

meritò est in expensis condemnandus, secundum Nicolaum Boët. Decium, & Rupellanum paulò ante citatos post Felinum col. 1. & alios in d. c. exceptionem. ubi est textus ad hujus conclusionis probationem satis celebris. Cujus autoritate idem tenent Austr. in Clem. 1. de offi. ord. regul. 2. num. 33. Agidius à Bellamera in dec. 226. quæ quidem expensarum condemnatio fieri debet per judicem sacerdotalem, ut existimat Boëtius: cujus opinio apud Gallos recepta est in ptaxi teste Rupellano; qui tamen, & Decius probant contrarium, & id jure verius est: atque ideo iudex tantum Ecclesiasticus jurisdictionem habet ad hanc condemnationem, non sacerdotalis: qui sicut non est iudex competens quoad principalem causam, ita nec erit quoad expensas, sicuti constat ex Pan. in c. si diligenti, col. penult. de foro compet. Bald. in l. si aliena, col. 1. ff. de judec. & in l. generaliter, col. 2. C. de Episc. & cler. vers. per hoc solvit. subdit tamen Decius in d. cons. 241. clericum ab his expensis oportere absolví ab ipso iudice Ecclesiastico eo casu, quo post prolatam clericatus scripturam actor nihilominus apud sacerdotalem persistit, ac perseverat in accusatione, & sententiae executione tandem in lite principali: cùm ex hoc sit verisimile, quod & si in litis exordio reus fecisset fidem de clericatu, ab ea tamen actor non fuisset discessurus. Unde nihil nocuit dilatio editionis & præsentationis scripturæ, qua clericatus probatur. Sed hæc opinio Decij meritò displicet Joan. Rupellano in d. c. 6. nam si ab initio clericus edidisset ac protulisset in judicium scripturam clericatus, omnino evitaretur damnum illud expensarum, quod actori contingit, dum incassum item principalem apud sacerdotalem judicem haec tenus prosecutus est. Nam ubi actor producta scriptura clericatus remissione censemteret, vel non refragaretur, planè statim remissio fieret, saltem nulla culpa notari actor posset: quod si ipsi remissioni contradiceret, lis tractanda foret super sola remissione suspenso negotio principali, juxta decisionem textus in d. c. si judec. atque ea ratione in utrumq; evenitum, si ab initio clericus produceret, vel se clericum esse dixisset, actor nullas fecisset expensas in prosecutione litis principalis apud judicem sacerdotalem. Igitur opinio Decij non satis est tuta, nec jure probatur.

¶ Clericatus autem † jure ordinario, & regulariter probari debet per scripturam. Quod deduci videtur ex l. si qua per calumniam, C. de Episc. & cler. ubi Jacobus Butri. & c. legum, 2. q. 1. tradit latè Rebuff. in *practica beneficialis, tit. de forma litterarum tonsura, n. 22.* & sequentibus probari tamen potest per testes, maximè ubi scripta fuerit amissa & perdita l. testium, C. de testib. l. si solemnib. C. de fide instr. gloss. communiter recepta in d. c. si judec. in verbo, fecerit. notat Guid. Pap. q. 474. in hac tamen specie, tractamus, quoties agitur de jurisdictione iudicis sacerdotalis declinanda ex causa clericatus, probari debet plenè per scripturam vel per duos testes clericatus ipse: cùm de maximo præjudicio tractetur: quod satis constat, & tenet Bald. Alberti. post Cynum in d. l. si qua per calumniam. text. opt. in c. tua fraternitat de clericis peregrinis. nam licet Bald. in licet universis. & illic Felin. de testib. Jason. in repetitione, l. admonendi, numer. 198. ff. de iurando. Hippo. in l. 1. §. idem Cornelio, ff. de questionib. in fine Gerardus in singul. 49. Chassanæus in *confuet. Burgund. rub. 1. §. 6. vers. ponderanda, num. 11.* scriplerint, primam tonsuram probari posse unusquisque testimonio: ubi de alterius præjudicio non agatur, & Rebuff. in d. tit. de forma litterarum. nn. 24. & Marth. de Affl. in *confuet. Neapol.* tit. 3. n. 12. velint Baldi sententiam adducere, & probare, quo ad controversiam inter iudicem Ecclesiasticum & sacerdotalem,

secularem, super jurisdictione in clericum exercenda contingente. Mihi tamen vera videtur opinio Baldi; ubi vero non agitur de alterius gravi praetudicio: & ideo temerarium esse censio, eamdem sententiam huic contentioni aptare, que super jurisdictione discutitur: cum ea res sit gravissimi, & enormis prejudicij. Quod sensit eleganter Ludov. Gom. in regul. de annuali posse, q. 36. num. 5. qua in re cavendum est: nam quandoque Doctorum allegationes non satis distincte fieri solent. His accedit, quod unius testimonium non est regulariter admissum, c. licet universis, c. veniens, & c. in omni negotio. de testib. c. Deus omnipotens, 2. q. 1. & §. 1. 2. q. 4. l. ubi numerus, ff. de testib. etiam praeclarus sit auctoritatis & dignitatis. c. ego solis, 9. distinct. gl. in cap. sicut. de sententia excommunicationis. cuius meminere Abb. in c. cum in Eccles. de majoritate & obedientia. Fel. in c. post cessionem, col. 4. de probatio. textus optimus in c. cum à nobis, de testib. & in l. ius jurand. C. de testibus. notat Ab. & Doct. in c. constitutus, de appellationib. latè Jalon in d. repetit. l. ad nonendi, n. 189. & Coriolanus lib. 3. miscellaneorum, c. 7. & idem erit respondendum, etiam si de proprio facto testificetur, nullum inde consecuturus commodum: adhuc etenim hoc testimonium non est sufficiens in praetudicio alterius, quemadmodum tenet Paulus Catrensis in conf. 339. lib. 1. col. 3. vers. item non obstat. quem secutus est Aym. Savillianus in conf. 178. colum. 3. quamvis major sit huic, quam alteri adhibenda fides: ut sensit Socin. in conf. 22. col. 2. lib. 3. tametsi idem Paul. de Cast. in l. quicunque C. de servis fugit. probate veritatem, quod huic sit plena, & integra fides adhibenda.

¶ Fortassis in hac materia, quam tractamus, sufficeret primæ tonsuræ probatio per unicum testem ad summariam cognitionem, ut clericus captus remittendus sit statim ad judicem Ecclesiasticum, adhuc pendente lite super clericatu, & ante ipsius definitionem: sicut & ad hunc effectum sufficit fama publica: vel clericalis vestitus tempore delicti commissi, modo ante id temporis non fuerit laicus vestibus ipse clericus usus: item sufficit communis aestimatio clericatus, ut explicat text. in d. c. si judex. ex quo appetet, in his casibus esse statim remittendum clericum ad judicem Eccles. ut ab ipso custodiatur pendente lite super clericatu, que ab eodem est examinanda, & definienda. Ceterius tamen est, ut opinor, quod non sufficiat unicus testis ad probationem tonsuræ, ut clericus captus statim ante omnia pendente adhuc clericatus questione remittatur ad judicem Ecclesiasticum. Nec enim causus hic par est, & similis casibus illis, qui in d. cap. si judex laicus. exponuntur: cum in illis consideretur status ille clerici capti, quo utebatur tempore commissi criminis. Imo & hodie usus obrivuit, remissionem minimè fieri, donec causa clericatus per Ecclesiasticum judicem sententia, quæ transierit in rem judicatam, fuerit finita. Quamvis statim judex sacerdotalis tenetur supersedere cognitioni criminis, & ad hoc possit compelli per judicem Ecclesiasticum suscepta prius summaria probatione primæ tonsuræ: quod satis deducitur ex d. c. si judex, in ult. ejus parte. Quo quidem casu sufficiet probatio tonsuræ per unicum tantum testem ad suspensionis effectum, ut judex sacerdotalis nulla uratur novatione.

¶ Quod si judex laicus de criminali causa cognoverit adversus clericum nondum ab eodem captum, qui tamen ad judicem Ecclesiasticum accedit, petens, & se pronuntiari clericum, exemplum à jurisdictione sacerdotali, & ideo per censorias Canonicas postule, sacerdotalem judicem inhiberi cognitioni illius cause, debet interim pendente lite cle-

ricus hic deripiendi à judice Ecclesiastico in publicis & tutissimis carcerebus, ita quidem, quod non dimittatur à carcere sub fidejussionibus, nec detineatur in Ecclesia, aut monasterio his locis veluti carcere inclusus. Quod in maximam Reipublicæ utilitatem, & quietem decretum est ab invictissimo Rege Carolo, Burgis, anno Domini M.D.XXIII. (bod. l. 7. tit. 4. lib. 1. Recop.) & rursus Princeps ab eius supremo Concilio, & Senatu anno Domini M. D. XLV. alioqui, si Clericus hic non detineatur reclusus in carcerebus, capi poterit à judice sacerdotali, & in carcere mitti. Idque non tantum fieri debet pendente lite super Clericatu, sed & pendente lite super ipsius criminis punitione: tametsi quidam judices Ecclesiastici concubunt Regia decreta intelligere, lite pendente super clericatu: quasi ea finita nondum punito crimine liberum sit judicibus Ecclesiasticis, clericos jam per eorum sententiam redditos & effectos immunes à jurisdictione sacerdotali, item à carcere dimittete, ut delicta mancant omnino impunita, ut verè dici possit, in hisce clericis primæ tonsuræ nihil aliud ordinem hunc Ecclesiasticum esse, quam liberam delinquendi licentiam, & immunitatem tutissimam, quam freti audacieores fiant ipsis omnino laicis. Quod tamen est à qualibet Republica bene instituta alienum.

¶ Sed & quoties tamen remissio fit à judice sacerdotali, clericus ipse remittendus erit cum custodibus expensis ipsiusmet clerici: quemadmodum notant Aufret. in Clem. 1. de offic. ordin. q. 2. n. 22. idem Aufretius in capella Tholosana 273. Nicolaus Boëtius dec. 203. col. penult. ex Bald. in l. generaliter, §. his presentib. C. de rebus credit. arg. text. in l. quoniam liberi, C. de testib. & l. cum sape C. de erga. milit. anno. lib. 1. quod si clericus sit pauper, remittendus erit expensis ipsius Episcopi, qui remissionem petit, secundum eosdem. Et videtur notare Baldus in tit. de pace Constantia, §. si judex.

¶ Clerici autem primæ tonsuræ, tamen qui semel usi fuerint fori præscriptione adversus judicem sacerdotali, eiusque forum declinaverint, petentes causæ remissionem, & personæ ad judicem Ecclesiasticum, lege Regia indigne censentur publicis officiis sacerdotalibus. l. 17. tit. 3. lib. 1. ord. Idque æquissimum est auctoritate text. in c. sacerdotib. ne Clerici vel Monachi. q. 10 capite officia sacerdotalia clericis interdicta censentur. Huic auctoritati accedit ratio, quæ deducitur à publica utilitate, cum esset maximum absurdum & iniquum, eos admitti ad officia publica sacerdotalia, qui non possunt à judicibus sacerdotalibus puniri, si deliquerint in officio. Siquidem clericus in minoribus etiam constitutus, qui ad officium sacerdotale admittus in eo deliquerit, non poterit à judice sacerdotali puniri secundum gloss. & Doct. in d. c. sacerdotibus quam opinionem dixit communem esse, licet apud Gallos minimè receptionem, Aufret. in Clem. 1. de offic. ord. reg. 1. fallentia 17. tradit latè, & optimè Galiel. Benedict. in cap. Raynulius. de testam. in verb. & uxorem, 2. decisione, nu. 447. qua ratione Regia lex in d. l. 17. etiam si permittat clericos conjugatos non deferentes tonsuram, nec veiles, admitti ad officia sacerdotalia, prohibet tamen, ad ea clericos primæ tonsuræ non conjugatos eligi & admitti: quod non satis diligenter servatum hactenus fuisse, palam constat. Hinc etiam deducitur ratio ad pragmaticam constitutionem Ioannis Regis Secundi, quæ extat inter hujus Regni pragmaticas. l. 109. lib. 3. ord. tit. 1. l. 9. (bod. l. 4. tit. 4. lib. 1. Recop.) est etenim statutum, clericum primæ tonsuræ jurisdictionem judicis sacerdotalis declinantem, ipso iure privatum esse omnibus, & quibuscumque stipendiis, muneribus, & officiis publicis, quæ ab ipso Rege obrivuit. Äquinum siquidem est, quod clericus officia, vel munera sacerdotalia,

cularia, publica & regia non obtineat, si ejus jurisdictionem est fori præscriptione declinatur. Hæc vero pœna forsan non obtinebit, ubi super ipsa exceptione fori declinatoria non fuerit pronuntiatum, nec exceptio habuerit effectum, quasi ad hanc pœnam non sufficiat solus conatus, nisi fuerit fecutus effectus. Quod ita visum est Bald. in l. si quis in suo in priv. ad finem, C. de inoffic. testam. & Fel. in tract. quando conatus, col pen.

¶ Est & illud hoc in tractatu commemorandum. Carolum Cæsalen, Hispaniam Regem anno Domini M. D. XXVI. (hodie l. 5. tit. 4. lib. 1. Recop.) publico decreto statuisse † clericos primæ tonsuræ, qui semel jurisdictionem secularem fori exceptione declinaverint, & fuerint ab eorum punitione liberati, non posse arma ferre, nec armis uti, etiam illis, quæ sunt alioqui Regia lege laicis communites permitta ac idè posse per judices seculares hisce armis hoc primæ tonsuræ clericos licet expoliari. Extat hoc Regis edictum Hispali: & rursus Granatae, inter hujus Granatenis auditorii ordinationes, fol. 74. col. 2. quod quidem poterit examinari ex illa quæst. quæ tractari solet; an clerici arma portantes possint puniri per judicem sacerularem. Et sane de interdicto armorum usu generaliter extat rubrica Codicis Justiniani, ut armorum usus inscio Principe sit interdictus lib. II. & in auth. de armis. ubi hac de re tradidere interpres, & in l. armorum, ff. de verborum signif. atque illi Alciatus & Catellus. Cotta in memorialibus in verbo, armorum & alij statim citandi. Lex autem Principis sacerulatis, quæ interdicto armorum usu generaliter lata fuerit in Republicæ utilitatem, dubio procul etiam clericos complectitur: cum & his iure Pontificio sint arma illa interdicta, quæ solent frequentissime variis legibus laicis permitti. cap. clericorum de vita & honestate clericorum. Unde palam fit clericos non posse arma portare, quæ lege laicorum sint interdicta, text. opt. in c. I. §. si clericus, de pace tenet. & ejus violat. de eo tantum articulo controverti poterit, an super hac re & interdictis armis clerici possint per judices seculares puniri. Nam Joan. de Platea in §. item lege Julia, inst. de publ. jud. col. 3. & Joan. Lup. in c. per vestras, de donationibus inter virum & uxorem, 2. notab. §. I. n. 13. existimat, pœnam lege seculari statutam, & dictam portanti arma vetita, non posse peti contra clericum apud judicem sacerularem, sed petendam esse apud Ecclesiasticum, etiamsi pecunaria sit. Quod mihi admodum placet. Imò fortassis tenebitur judex Ecclesiasticus pœnam illam adversus clericum exequi, sed poterit Juris Canonici pœnis, & pecunaria mulcta ejus arbitrio clericum punire. Apud Gallos ex privilegio Romanorum Pontificum obtentum est, posse clericos per Regios judices puniri pœna pecunaria propter armorum usum Regia vetitum, quemadmodum tradidere Joan. Faber. l. addictos, C. de Episcop. audiencia. Chassan in consuetud. Burgundie, rubr. I. §. vers. Archid. n. 79. Carol. de Gratalia lib. 3. regalium Francie, jur. 17. Auster. in Clement. I. offic. ordin. reg. I. fallenia 13. Gulielm. Benedictus in cap. Raynulius, de testamentis, in verb. uxorem nomine Adelasiam, 2. dec. n. 436.

¶ Utcumque tamen sit, ipse censeo, Clericum quemcumque arma prohibita portantem posse per secularem judicem, & ministrum laicæ jurisdictionis armis his expoliari, & privari absque ullo metu excommunicationis: quia hoc ad secularem judicem, & Republica rectorem dubio procul periret, nec compelli poterit judex secularis à judice Ecclesiastico arma illa restituere. Siquidem laica lex arma prohibere potuit: eaque prohibito clericos etiam complectitur, ut probavimus superius. Et licet non posset judex secularis punire clericum arma prohibita

portantem, pœna etiam pecunaria, ipsa tamen atma quibus armatus deprehensus clericus est, justissime poterit eidem auferre. Nec est lex divina, vel humana, quæ contrarium probet: imò hæc consuetudo, aut tacita juris permisso sanctissima est, atque in maximam vergit Republicæ utilitatem. Alioqui clerici libere vagarentur armati, cum judex Ecclesiasticus non habeat ministros, qui noctu possint clericos armatos capere, armaque ab eis tollere. Præsettum, quia frequenter est in toto orbe Christiano illa consuetudo, quæ obtinet, arma non armitti, nisi quis fuerit deprehensus armatus, etiamsi constet illum arma portasse. Idem quandoque iure probari poterit, si verba legis prohibentis arma, exactè perpendantur, aut examinentur, ut docet eleganter Cornelius conf. 20. lib. 3. cui adde Alexandrum in l. possideri, §. Neratius, ff. de acquir. posses. Rom. & Alberic. in l. 1. §. hoc rescriptum, ff. ad Syllanianum. & Bald. in l. 3. §. I. de offic. prefect. vig.

#### C A P U T XXXIV.

Inquiritur adhuc, an quandoque possit à Laicis Forum seculare declinari in crimibus puniendis?

#### S U M M A R I A.

- 1 *Laicus, qui simul cum Clerico delictum commiserit, an possit seculare judicium declinare?*
- 2 *Communionis, societatis, & individualis ratione, socius fruatur privilegio fori sui socii & ibid. intellect. l. si communem ff. quemadmodum servitus amittatur.*
- 3 *Penitentes ex judicis Ecclesiastici sententia, non sunt quoad alia crimina judicio Ecclesiastico subjecti: ut necessarii sint apud eundem accusandi.*
- 4 *Expenditur intellectus c. aliud, II. q. I.*
- 5 *Intellectus ad textum in c. ubi commissi, §. nec non faciendi de heret. in 6.*

**S**olet interdum, etiam à Laicis jurisdictione secularis declinari ad effugiendam criminis punitiōnem, & ex ea causa plures disputantur, ac examinantur quæstiones, & inquiruntur casus, quibus Laici immunes liberique censemur à judicibus secularibus: ex quibus apud autores frequentissimus est ille, quo traditur, an judex Ecclesiasticus excluso protinus seculari possit cognoscere de criminis commissio, & perpetrato simul à Laico & Clerico, non tantum ad puniendum ipsum clericum, sed & ad ipsius laici punitiōnem. Et sane quidam opinantur, cognitio nem & punitiōnem criminis simul à clericis & Laico commissi, ad judicem Ecclesiasticum pertinere, non ad secularem, etiam quoad laicum, ut tandem is sit ab Ecclesiastico judice non à seculari puniendus. Hujus opinionis autores sunt Ant. à Prato in l. 1. in fin. ff. de sententi. sine appell. resein. Marian. Socin. in conf. 12. lib. 1. idem Socinus in c. 2. col. 4. de mur. petit. Felin. in c. I. col. 4. de prescripto Ferrat. cautela 10. Ferdin. Loazes in tract. de matrimonio, 13. dubitatione, num. 20. Socin. Junior conf. 34. lib. 2. col. 1. Batt. Socin. in l. cum senatus, ff. de rebus dub. in fin. qui scribit hanc opinionem in praxi servatam fuisse. Idem se testatur Mediolani vidisse Chassan. in consuet. Burgund. rub. I. §. 5. vers. Archidi. nu. 70. eamdem opinionem sequitur Robertus Maranta de ordine judiciorum, part. 4. dilec. II. n. 22. cum tamen statim n. 24. rationem hujus opinionis veram esse censeatur in individuis, non autem in dividuis. Quod & Socin. lensit in d. conf. 12. col. 6. sed & Felin. ac plerique alii hoc ipsum verum

rum esse censem, quoties potest laicus condigne, et  
judicem Ecclesiasticum puniri: cum aliqui ut pa-  
niendus laicus a judice seculari. Hanc vero senten-  
tiam, quam tot auctores fecuti sunt post Anton. à  
Prato, probare conantur multis, quæ societas, &  
communionis causa füete inducta, quorum mentio-  
nem latissimam faciunt Jalon. in l. si emancipati,  
C. de collat. & Pet. Rebuff. in auth. habita, Cod. ne  
filius pro patre, privil. 106. potissimum huius opinio-  
ni suffragatur text. in c. per tuas, de arbitris. ubi  
ratione societatis laicus potest arbiter esse de causa  
spirituali simul cum clero. Cujus decisionis præter  
Doct. ibi meminere Fel. in d. c. 1. col. 4. & Hipp.  
in singul. 180. qui palam sequitur opinionem An-  
tonij de Prato Veteri. Et etenim ratio tatis suffi-  
cens ad responcionem Pontificis ex eo, quod lai-  
cus non prohibetur esse arbiter in causa spirituali,  
quia incapax sit, sed iure cuiusdam honestatis: ut  
explicat Abb. in c. cum dilectus, de arbitris. Hæc ve-  
ro honestatis ratio cessare videtur, quoies simul  
Laicus & clericus arbitrium suscepunt de re spir-  
ituali. Alioqui si Laicus incapax esset, non posset  
in eum & clericum simul compromitti. I. Padius,  
ff. de arbitris. tametsi laicus censerit incapax  
ad judicandum judicis auctoritate de re spirituali, c.  
2. & 2. de judicis. imò nihil refert quod compro-  
missum de re spirituali fiat in duos laicos, simul &  
unum clericum. Nam & fieri potest, ut constat in  
d. c. per tuas quo probatur, actum individuum no-  
men accipere à digniori parte, etiamsi ea minor sit  
numero, & quantitate: quoties plures considerantur  
ut singuli, non ut collegium, quod Decius censet  
in c. ex literis de constit. existimans secus esse ubi  
plures considerari debent ut collegium: nam ex ca-  
sa in individuis denominatio sit à minori parte,  
licet ea non sit dignior. glossa celebris, & illic om-  
nes in c. 1. de locatio. in verbo. sub excommunicatione.  
Abb. & omnes in d. c. ex literis ubi Fel. Dec. mul-  
ta tradiderunt. ex quibus appetat hanc opinionem  
esse communem. Quainvis Ant. Burgenlis in c. cum  
dilecti, n. 14. de empio. & venditio. auctoritate text.  
in d. c. per tuas, & gl. in c. quod in dubiis, de consecra-  
tione Ecclesie vel altaris, & in l. 1. in pr. ff. de verb.  
stipulatio. probare conetur, collegium clericorum  
simul, & laicorum, dici Ecclesiasticum, etiam si  
minor pars sit, & constet ex clericis. Quod si par-  
sit numerus laicorum & clericorum, receptum est,  
universitatem, & collegium à clericis nomen acci-  
pere, & Ecclesiasticum censerit. Et tamen adhuc de-  
ciso text. in d. c. per tuas. non probat opinionem  
Antonii à Prato, cum in hac questione, quam tra-  
ctamus, res dividua sit, quoad cognitionem cause,  
& panitionem criminis: & idem posse facilime  
judex Ecclesiasticus clericum, & secularis laicum  
absque ulla utriusque jurisdictionis lassione. Adu-  
citur item & pro Antonio text. in l. si communem,  
ff. quemadmodum servit. amst. ubi Jurisconsultus  
respondet, posse quem per socium retinere viam &  
ejus usum, quam per se non poterat. Sed id res-  
ponsum referunt ad eam utilitatem quæ dividi sal-  
tem commode non potest: aut simpliciter individua  
est; Nos vero hac in parte tradicimus de re, & cau-  
sa, quæ commode divisionem admittit. Idcirco  
ego opinor falsam esse opinionem prædictam, nec  
video qua ratione justè potuerit à practicis quando-  
que admitti, nisi id fecerint maximo studio faven-  
di laicis de criminis accusatis. Sic multis rationibus  
omnium latissimè hoc ipsum probat Aymon. Savil-  
lianus in cons. 232. lib. 2. cui accedit elegans text.  
in leg. si quis uxoris ff. de furtis in princ. ubi in de-  
lictis socius criminis minimè gaudet privilegio so-  
ci. Nam si uxor & Titius à marito res surcipuerint  
simul, Titius tenebitur actione furti, licet uxor ab  
ea libera sit, & solum teneatur actione rerum

amotarum. Quem locum expendit contra priorem  
sententiam Joan. à Nævianis in sua Sylva nupia-  
li, lib. 6. nu. 38. Hanc vero posteriori receptam  
in praxi fuisse, passim admitti asseverant Rebuffus  
in dict. auth. habita privilegio 106. Joannes Rupella-  
nus lib. 3. forensium institutionum, cap. 11. Philippus  
in pragmatica sanctione, tit. de concubinariis, §. ipsius  
in verbo, arcere, in additionibus ad Cosmam. Rursus  
idem Rebuffus in proœmio Regiarum constitutionum,  
gloss. 5. n. 117. Inol. & Nicolaus Boëtius in consue-  
tud. Buuricensib. tit. de jurisdictione, §. 9. scribit pri-  
orem opinionem nulquam in praxi servaram fuisse.  
Quod si contingat, t̄ causam esse individuam, &  
communem, ita q̄ idem, ut nulla possit conqua-  
distinctio, nec diviso fieri inter socios, quorum  
alter fori privilegium habet: tunc tota causa,  
etiam quoad socios non habentes privilegium, erit  
tractanda coram judge illius, qui fori privilegium  
habet: sicuti ex dict. leg. communem, adnotarunt Atet.  
conf. 25. colum. 2. Birth. Soc. in conf. 82. lib. 3. vers.  
nova conclusio. Bald. in l. precipimus, C. de appell. §. ea-  
dem observando, notat in l. 1. C. si in communis ea-  
demque caus. in integr. restitutio postuletur, à quibus  
varia hac de re traduntur exempla: omnes etenim  
responsum Jurisconsulti in dict. l. communem, intel-  
lexere in individuis: non in his, quæ dividua sunt.  
Idem tenet Decis. in l. si emancipati: post alios, nu.  
5. C. de sacrosanti Eccles. Ang. in d. l. si communem.  
Roman. in conf. 195. ad finem. Jalon. in conf. 238. col.  
ult. lib. 2. unde falsa rofecto est, & omnino à ju-  
ris auctoritate aliena opinio Hippolyt. qui in dict.  
singul. 180. existimat, fratres simul habitantes, &  
patrimonium commune habentes cum fratre, qui ra-  
tione clericatus, vel alia ex causa immunis est ab  
oneribus publicis ratione rerum indistis, itidem li-  
beros esse, & immunes ab eisdem oneribus mixtis  
causis vel indictionibus publicis. Nam cum one-  
ra ista possiat commodè distribui pro parte illius pa-  
trimonij adhuc in lysis, quæ competit fratribus &  
sociis laicis, quicquid nullam habent immunitatis  
causam, nulla ratio patitur hos liberos, & immu-  
nes censi. Atque ita huic opinioni suffragantur  
expostissim Spec. in tit. de clericis conjug. vers. quid  
si clericus, & Dec. in dict. auth. cassa, & irrita, n.  
9. & in d. l. si emancipati, n. 5.

¶ Est in hoc codem tractatu de laica potestate &  
jurisdictione insignis & elegans questio, quam scio  
semel latis disputatam & controversam fuisse: sci-  
licet, t̄ an penitentes, qui à Judge Ecclesiastico,  
per sententiam proprie aliquod crimen Ecclesiasti-  
cum damnavi sunt ad agendum penitentiam, ea sub  
forma füete admissi ad Ecclesiam, veniamque cri-  
minis consecuti sunt, possint à judicibus seculari-  
bus, cum sint aliqui laici, ob alia crimina puni-  
ti, & ad punitionem capi, atque in secularem car-  
cerem mitti? Extat text. celebris in c. t̄ aliud. II.  
quest. 1. quod reperitur in cap. aliud, de penit. dif. I.  
ex epistolis Leonis Pap. Nam Gratianus in dict.  
cap. aliud, II. quest. 1. ad fin. deducit ex ipsius divi-  
Leonis testimonio, hos penitentes non tantum in  
criminalibus, sed & in civilibus apud Judicem Ec-  
clesiasticum conveniendos esse. Idem probant sim-  
pliciter Hostiens. in summa, tit. de foro compet. &  
ex premissis patet. Specul. tit. de compet. judic. adi. I.  
§. 2. versic. decimus septimus. Ant. Butt. in cap. 2. de  
foro compet. colum. 2. & illic Barbat. n. 61. hi etenim  
auctores opinionem istam fecuti sunt absque  
ulla distinctione censentes, hos penitentes publicè  
non posse per judicem sæcularem puniri, nec con-  
demnati etiam civiliter qui sunt Ecclesiastice ju-  
risdictionis: ut & alii personæ Ecclesiastice.

¶ Sunt tamen & alii, quibus placet hoc ita ad-  
mittendum fore, modò intelligamus sententiam  
istam de solemniter penitentibus. Sic sane volvere  
gloss.

\* gloss. in dict. cap. aliud, quam Doctores inibi nec expressim reprobant, nec palam probant, licet sensim eam admiserint. Item Cald. in cons. 7. tit. de Judic. Repertorium inquisitorum, in verb. pœnitentiam pecuniariam. Solemnis autem pœnitentia est illa, cuius mentio fit in cap. 50. dist. quæ maximè differt à publica & privata: quemadmodum nos latius ostendimus lib. 2. Variar. resolut. cap. 10. nu. 3. ex quibus, etiamsi opinio Gratiani & aliorum vera foret, obtineret utique tempore illo, quo solemnis agitur pœnitentia: ea vero finita, nulla prorsus ratio est, quæ prænotatam conclusionem probet in illo, qui solemnem egerit pœnitentiam: cùm nec is clericus sit nec clericus esse possit: nec ullum habeat fori Ecclesiastici privilegium.

¶ Sed & Anton. Burgensis in cap. 2. col. ult. de empt. & vend. obiter attingens hujus questionis intellectum opinatur, Antonij Butritij sententiam procedere in eo, cui est injuncta publica, & perpetua pœnitentia, per text. in dict. cap. aliud. Atque ita censet esse ita intelligendos omnes autores, qui illius capituli auctoritate prædictam tenuerunt opinionem.

¶ Rursus Barbat. in d. c. 2. n. 91. asseverat, non probari Antonij conclusionem in d. c. aliud, cùm Leo Pontifex Maximus illic potius consilium, quæ necessitatem aut pœceptum tradiderit: & tamen veram esse ostendere conatur ex eo, quod publico pœnitentes sint personæ Ecclesiastice. Quod nullibi probatur in jure, & ideo falsum esse constat.

¶ Sic & Innocentius in c. significantib. de offic. deleg. aliter questionem intellexit, dum scribit: Pœnitentes esse sub protectione Ecclesie, sic, ut sunt aliae miserabiles personæ, ut tandem non possit ab eis declinari judicium secularis, tametsi valent & possint judicem Ecclesiasticum adire, quoniam fuerint vi, potentia, vel injuria oppressi: aut secularis neglexerit eis ministrare justitiam. Qua de re nos tractavimus superius in cap. 6. hujus operis, qua ratione planè deducitur, Innocentium velle, atque assertere, pœnitentes non esse necessariò conveniendos, aut accusandos apud judices Ecclesiasticos, imò posse id fieri apud secularites, neque eos habere jus declinandi forum secularis. Idecò auctoritatem Innocentij secuti expressim tenent pœnitentes indistinctè posse apud judicem secularis conveniri, quoad criminalia & civilia. Panorm. nu. 9. & illic Aret. colum. 2. in d. c. 2. de foro competenti. Maria Socin. in cap. 1, eod tit. versic. decima declaratio. n. 13. ex junioribus optimè, ac diligenter Jacobus Septimancensis Regius in Pintiana curia consiliarius in Catholicis institutionibus cap. 46. Hujus opinionis ea mihi placet ratio, quod secundum regulam juris laici substantia quoad criminalia & civilia judicibus secularibus: & nullibi jure canonico, vel civili ab hac regula publicè pœnitentes repertiantur exempti, & immunes. Huic rationi accedit maximum & penè perniciosum Reipublice dispensandum, quod dubio procul ex contraria opinione publicæ disciplinæ, & scelerum punitio continget. Etenim cùm à judicibus Ecclesiasticis ordinariis & Episcopis laici possint admitti ad publicam pœnitentiam, facillime posset multis laicis ministrari, & exhiberi delinquendi audacia, nullam sevetam, nec gravem timentibus punitionem.

¶ Non obseruit huic posteriori sententiæ textus in d. c. aliud, variè siquidem intelligitur, etiam ab auctoribus prioris opinionis: atque ideo non erit adeò facilè judicare, quænam sit frequentiori suffragio recepta sententia: cùm quidam cum locum de solemniter pœnitentibus, alij de publicam, & perpetuam agentibus pœnitentiam, alij, de omnibus intellexerint: quin & quibusdam placuerit, illic

non probari conclusionem. Quo sit, ut saltē hoc sit maximum argumentum, non satis turam esse opinionem istam, quæ ita incertam probationem habeat. Nihilominus ille textus intelligitur, ut potius consilium det, quæm pœceptum tradat: quasi consilium sit ipsi pœnitenti commodum, iudicem Ecclesiasticum adire, non sæcularem, quod Barbat. notat dict. n. 61. cuius interpretatio minimè procedit vel ex eo, quod nullo pacto consilium conveniat, ubi necessitas juris adest. Nam si pœnitens actor est, omnino debet reum vocare apud ipsius rei judicem: nec est, in ejus arbitrio hunc vel illum judicem eligere, quemadmodum fatentur omnes in dict. cap. aliud, & probatur multis in locis utriusque juris. Quod si ipse pœnitens reus sit, is certum judicem habet, quem declinare non poterit, cùm sit suis apud proprium judicem conveni, & ideo si actor pœnitentem conveniat apud illum judicem, qui ejus est proprius, non est in ejus arbitrio judicium illud declinare. Quamobrem non convenit pœdicta interpretatio, si de consilio velimus tractare, ubi nulla electio aliqui jure datur ipsi pœnitenti, cui necessitas incumbit, vel ad agendum, vel respondendum coram certo judece. Igitur cùm detur consilium ad electionem, quæ pœnitenti non incumbit, nec competit; absurdum videtur, responsum Leonis Papæ ita interpretari, ut consilium detur pœnitenti. Nisi constiteremus, pœnitentem habere duos judices, quantum alterum agendo, vel defendendo posse liberè eligeret, quod non probatur iure, nec probari potest, his adde quæ ipse notat, lib. 1. Variar. resolut. c. 16. nu. 6. quo in loco de electione plurium judicium tractavi.

¶ Secundò, intelligitur Leonis Papæ responsum à quibusdam ita quidem, ut obtineat in illis religiosis, qui olim dicti fuere pœnitentes, publico ipius instituti nomine: quorum mentio fit in cap. de his, & in cap. sequenti 33. quest. 2. & in Concilio Agathensi can. 11. & in Concilio Toletano 4. canon 53. Hi etenim cùm religiosi sint, & verè religionem furrint professi, mirum non est, quod sint exempti à jurisdictione seculari, Ecclesiastice tantum substantia, quod probat Jacobus Septimancensis in dict. cap. 46. n. 8. quemadmodum & in simili de Eremitis profitentibus pœnitentiam, tradit Arctin. in d. c. 2. de foro compet. nu. 12. scribens communiter receptum esse hos jurisdictioni tantum Ecclesiastice, non seculari subjici, quod gloss. notavit in cap. qui vere, 16. q. 1. & in l. 2. ff. de ius vocando, quamvis Abb. in d. c. 2. n. 10. Card. in clement. per litteras de probend. & Aufterius in clem. 1. de offic. ordén. regula 2. fallentia 33. nu. 37. teneant contrarium, & id servatum fuisse in praxi asseveret Aufter. eorum etenim opinio procedit in simplicibus Eremitis, non in his, qui sunt Eremitæ pœnitentium religionem professi, etiamsi gloss. prædictæ, & gloss. in cap. nulla, 93. distin. priorem opinionem absque ulla distinctione probaverint, & Innocentius in cap. cum ad monasterium, de statu regula. sic nuper, nempe Anno Domini M. CCCXC. exordium habuit apud Lutetiam Parisiorum ordo Pœnitentium fœminarum, auctore Joanne Textore Minorita: ut scribit Robert. Arboricensis in tract. de tuendo cœlibatu, tom. 2. qui etiam commemorat, hoc institutum ætate Beati Ludovici sedem tenuisse prope muros Parisienses in cœnobio divi Antonii Campensis: & tamen labentibus annis illis successisse conventum virginum, qui hodie extat sub Cisterciensium regula. Sed an hæ pœnitentes fœminæ pertineant ad jurisdictionem Ecclesiasticam, constabit ex earum regula, & religionis professione. Ipse vero non possum mihi aliquo pacto persuadere restringendum fore divi Leonis responsum

fum ad religiosos illos, qui te, & nomine penitentes ex peculiari religionis, & ordinis instituto dicebantur. Nec enim de his Leo Papa cogitavit, sed de penitentibus laicis, quibus liberum erat res seculi tractare, loquitur evidenter, non de religiosis ordinem certum, seu institutum aliquid religiosi profitentibus. Unde secundus hic intellectus non satis convenit præcitatæ Pontificis responsioni.

¶ Tertiò, Pan. in dīl. cap. 2. n. 9. aliter estimat intelligendum esse texum in d. c. a' iud. alletterans penitentem posse conveniri apud judicem secularem: licet ipse possit agere contra quemcumque coram iudice Ecclesiastico. Quæ quidem interpretatio ex eo displicet Batbat. ibidem, quod opinetur, non posse hæc duo simul constare, penitentem actorem posse agere apud judicem Ecclesiasticum, & eumdem reum posse conveniri apud secularem: atque idem mihi videtur, si constituamus, penitentem esse & censeri personam Ecclesiastica. Cum si hoc iure, quia persona Ecclesiastica est, potest agere apud Ecclesiasticum, poterit fortiori ratione apud eundem conveniri, & declinare forum judicis secularis, quamvis Panorm. hunc sensum habere possit, & verè habet, quod penitens & miserabilis persona posse agere apud Judicem Ecclesiasticum, licet teneatur conventus respondere coram seculari. Etenim in pauperibus & miserabilibus personis possunt hæc duo procedere, & obtinere: ut colligitur ex Innocent. quem citat Panorm. in d. c. significantibus. & nos obiter diximus superius in c. 7. & tamen non omnino convenit Panorm. intellectus, quia penitens non est persona Ecclesiastica, nec ut miserabilis poterit regulariter coram Ecclesiastico judge agere, quemadmodum paulo ante probavimus: unde falsa est omnino, nec probatur à Doct. opinio gloss. in d. c. aliud, in 2. intellectu, dum illud responsum intelligit quoties penitens reus est. Nam omnes ferè, quorum superius meminimus, paucis exceptis, dum diligenter examinant verum sensum, c. aliud, planè illud intelligunt in penitente actore, non in reo, ut ex modo traditis, & statim explicandis constabit.

¶ Quartò frequentiori Doctor. suffragio responsio Leonis Papæ in actore intelligitur: ut tandem penitens, si causam habeat, quam forsan negligere non debeat, possit teum vocare ad Ecclesiasticum judicium, eaque vocatio sit necessaria, quoties reus ipse clericus est: at ubi reus sit laicus, consilium potius, quam necessitas inducatur: & id consentiente reo, non alijs: cum non habeat magis privilegium penitens, quam Clericus sacerdos, qui laicum eum debet necessario convenire apud judicem laicum, cap. cum sit generale, de foro compet. cap. experientie, II. qu. 1. Nec quidquam urget penitentibus favor, ut reus invitus ad alienum trahatur forum, siisque eidem à judece seculari injuria: cum potius abstineret debuisset penitens, dum penitentiam agit, ab actione proponenda, quam dampnum & injuriam itroget alteri eum invitum trahendo ad eum, qui ejus judex non est. Atque ita hunc intellectum tenuere gloss. in dīl. I. aliud. initib. Domi. Præpos. & Card. à Turre Cremata post alios, quorum sententiam mihi probare videatur tacite Aret. in d. c. 2. col. 2. & expressim Septimanensis in d. c. 46. n. 19. qui citat & ad hoc ipsum alterum ejusdem divi Leonis locum ex epist. 94. ad Episcopos & presbyteros intra Thraciam constitutos, in cuius epistola calcè sic ait: Sanè si Clericus Laicum pulsit, prius se audiri ab Episcopis poscat, tum si petitioni sua Laicum viderit obviare, ex permisso Episcopi sui in seculi moderatores disceptatione configat. Hæc sanè sunt, quæ à multis adnotari so-

lent circa veram interpretationem Epistolæ divi Leonis Papæ, cuius pars à Gratiano adducitur in d.c. aliud.

¶ Forsan ejus capitinis intellectus apertius constabit, si litteram, ut extat apud Leonem Papam, hoc in loco subjiciamus, ex epist. 90. ad Rusti. Narbonensem Episcopum, c. 8. egerat enim sanctiss. ille Pontifex de his, qui penitentiam agere differunt, segnitem istam à dæmoniis persuasione sensim hominum mentibus illapsam, impensissimè reprobans: tandem subdit; Aliud quidem est, debita iusta reposcere, aliud propria perfectionis amore contemnere. Sed illitorum veniam postulanter oportet multis etiam à licitis abstinere, dicente Apostolo; Omnia mihi licent, sed non omnia expedunt, unde si quis penitens habeat causam quam negligere forte non debeat melius expedit Ecclesiasticum, quam forense judicium. Hæc estius Leo Papa.

¶ Ex cuius contextu apparet manifestè, si Apostoli verba, quibus utitur, considerentur & deinde distinctione iusta reposcentis à contemnente propria perfectionis amore, divi Leonis epistolam necessariò intelligentiam fore in actore, non in reo. Huc etenim pertinet totus responsonis contextus: nec potest commodè aliud deduci ex ipso penitissimo Pontificis sensu: cum actori detur, non reo agendi libertas, electio, & arbitrium: de quibus illic manifestissimè agitur.

¶ Sic & illud constat, in eodem capite, arbitrio & electioni penitentis committi actionem ipsam coram judge seculari, vel Ecclesiastico secundum communem, ita tamen, ut quamvis non peccet nec crimen committat agendo apud Judicem secularem, melius tamen faciat, si coram Judge Ecclesiastico negotium prosequatur.

¶ Hinc sequitur: non probari auctoritate Leonis Papæ, ciuiusli sequaruntur communem ejus interpretationem, penitentem publicè, ac perpetuò ita esse subditum Ecclesiastice jurisdictioni, quod non possit apud secularem Judicem conveniri. Non enim loquitur Leo Pontifex in reo, sed auctore. Nec illic datur libertas declinandi judicium seculare in præjudicium ejus, qui pro iure proprio exigendo penitentem vocaret ad eum Iudicem, à quo nulla lege vel canone expressim immuniis, & liber censetur. Atque hæc quidem dicta sint juxta eum sensum, quem Archidiac. gl. Domin. Præpos. & Cardin. à Turre Cremata, & plerique alij tradidere ad Leonis Pontificis maximi responsum.

¶ Ipse verò minimè prætermittat & aliter Leonis epistolam accipere, ac interpretari. Sic quidem ut constituamus penitentem ex eo velle penitentiam differre, quod agere debeat pro rebus propriis apud Judicem exigendis forensi strepitū, & actione. Nam quilibet potest justissimè reposcere quæ sibi iure debentur: tametsi perfectionis sit, hæc temporalia remittere, & contemnere. Potissimum tamen penitentibus convenit, hac uti perfectione, & id expedit, quoties differti per strepitum Judicialem penitentiam contingit, quibus sanè petpensis, etiam penitenti licet actione forensiuti pro causa, quam forsan negligere non debeat, melius tamen erit ex consilio Leonis Papæ Judicium Ecclesiasticum penitentiae, quam forense, id est rerum actionem, expetere. Etenim non arbitrari Pontificem sanctissimum in præcitatâ epistola constituisse discrimen inter Judicium seculare, & Ecclesiasticum, sed inter Judicium penitentiae, & forense: cum huic distinctioni convenient omnia, quæ ab eodem Pontifice traduntur. Nec potest dubitari, forense Judicium teste dici, Judicium fori exterioris, etiam si Ecclesiasticum sit, cap. forus, de verbis significio, est igitur divi Leonis responsio sic accipienda, ut Ecclesiasticum Judicium exponamus, id est, Judicium peniten-

pœnitentia: forense autem, id est, Judicium exterritorum pro rebus petendis. Denique melius erit & consultius pœnitentibus exactionem, etiam justam diffondere, quæ n. ejus causa pœnitentiam ad tempus remittere.

*G*ratianus autem in d. c. aliud, vers. non ait, minime tractat de pœnitentibus: sed ex multis auctoritatibus per eum adductis colligit in civilibus, & criminalibus apud Judicem Ecclesiasticum esse convenientium, non apud sacerdotalem: nec de pœnitentibus verbum aliquod illic expressum, aut subintelligendum erat.

- \* Illud verò in hac quæstione disputari solet, + an hæretici Ecclesiae reconciliati, qui habitum gerant publicè pœnitentium, sint sub jurisdictione Inquisitorum, ut & pro aliis criminibus, quæ ab hæresi distincta consentur, ab ipsis tantum Inquisitoribus puniri debeant, non ab aliis Judicibus Ecclesiasticis, vel sacerdotalibus? & plane, si quæstio ista est examinanda, & definienda ex auctoritate Leonis Pape, satis constat, quid sit hac de re omnino respondendum. Forsan poterit aliis auctoritatibus, & rationibus persuaderi hos pœnitentes ab ipsis Inquisitoribus puniendos fore, non ab aliis judicibus quæ etiæ mihi hactenus fuerint incognitæ, tamen pro arbitrio cuiusque juxta Reipublicæ utilitatem, & commodum expendende sunt: atque ideo erit postulanda decisio, Regia auctoritate stabilita, præmissa consultatione à summis curiæ Regiæ consiliariis, quibus hoc negotium & alia commissa sunt, quæ ad fidei Catholicæ cultum, & tutelam pertinent. Quos minimè verbis admonet: cogit enim Reipublicæ zelus, ne liberam pernicioſis hominibus, & semel in Christianam religionem perfidis, præstent delinquendi occasionem, audaciam, atque impenitatem: & nihilominus illud constanter asseverare non dubitabo, nihil ad hujus questionis decisionem pertinet text. in cap. ut commissi, §. nec non faciendi, de hereticis, in 6. cuius hic est litteræ contextus: Nec non facienda à quibuslibet assignari vobis libros, seu quaternos, & alia scripta, in quibus inquisitiones factæ ac processus per quoscumque auctoritate Apostolica sedis vel legatorum ejus habiti contra hereticos conseruantur: & illorum, qui vestris mandatis obediens humiliter stant propter heresim in carcere vel muro reclusi, pœnam unâ cum pralatis quorum jurisdictioni subsunt, mitigandi vel mutandi, cum videricis expedire. Hactenus Bonifacius octavus, illa liquident verba: quorum jurisdictioni subsunt. ad Prælatos palam referuntur, & referenda sunt, ut tandem constet, illos Prælatos simul cum inquisitoribus habere jus mitigandi, vel mutandi pœnam, quorum ipsi accusati, & hæretici jurisdictioni subsunt, non alios. Deinde, quamvis ea verba forent referenda in ipsos inquisitores, plane intelligi debet quoad punitionem hæresis, & quoad ea, quæ pertinent ad hæresis crimen, non quoad alia: quemadmodum omnes homines unius provincie sunt subditi inquisitoribus illius, & eorum jurisdictioni quoad hæresis punitionem, non quoad alia crimina, & præterea illic tractar sumimus Pontifex in specie de mitiganda, aut mutanda pœna semel hæreticis post reconciliationem imposta. Nam licet aliqui pœna à judice per sententiā nominatim inficta non possit per eum mutari, usi in continentia, leg. Paulus, in 1. ff. de re judic. quam latissimè explicat Felin. in cap. qualiter, in 1. de accusat. Pœna etiam arbitrio Judicis mitigari potest. leg. etiæ severior, Cod. ex quibus causis infamia irrog. leg. quid ergo, §. pœna gravior. ff. de his, qui notant infam. modò id fiat ante sententiam gl. comunitate recepta in dict. §. pœna, tamen in criminis hæresis hoc est speciale, ut etiam post senten-

tiam possit judex pœnam mitigare, & mutare, si id viderit expedire, textus elegans in dict. cap. commissi, quem passim Doctores ibi ad hoc ipsum adnotarunt & Gonfalus à Villadie. in tratt. de heret. qu. 17. nec est ad hoc necessarium, quod hæc mitigandi pœnam facultas in ipsa sententia fuerit à judicibus inquisitoribus excepta, aut reservata: cæteri siquidem Judges possunt regulariter in sententia sibi ipsis reservare diminutionem pœnæ, ipsiusve declarationem: modò declaratio contraria non sit pœna per sententiam definitæ: quemadmodum tradidere Bald. in auth. interdicimus, in fin. Cod. de Episcop. & Cleric. & Felin. in dict. c. qualiter, in 1. de accus. n. 31.

## C A P U T XXXV.

De rebus & negotiis Ecclesiasticis, quæ solent apud hujus Castellani Regni prætoria frequenter examinari.

## S U M M A R I A.

- 1 Causa possessoria rei spiritualis an sit temporalis, & an posse per judicem saceralem tractari?
- 2 Decimarum causa quandoque potest apud judicem Laicum expediri.
- 3 Regia & suprema tribunalia jus habent in his Regnis tollendi vim, & violentiam, quæ à indubuis Ecclesiasticis appellantibus fieri solet.
- 4 Nunciorum Apostolicorum potestas à summis Regis consiliariis examinari potest.
- 5 Exteri non possunt in his regnis Ecclesiastica beneficia obtinere.
- 6 Obiter attingitur, an liceat quandoque non obediere litteris Apostolicis, quæ falsis precibus in publicum dispendium impeirantur?

PLerumque sit, ut pro maxima Reipublicæ utilitate, & quiete, causæ quædam Ecclesiastica ad Castellani Regni suprema auctorita deferantur multis sanè de causis, quæ solent in disputationem adduci, ne ulla ex parte distinctis jurisdictionibus, & tribunalibus lœho fiat. Primum etenim controvexit de causa possessoria, quæ contingit circa beneficia, & sacerdotia obtinenda. Nam quidam existimant, tamen causam possessoriæ rei spiritualis, vel quasi spiritualis temporalem esse, ideoque posse judicem saceralem de ea cognoscere ad ejus usque definitionem, quod probare multis conantur: præsertim ex glos. in cap. liter. de jurament. calunnia, quæ assertit causam possessionis cujuscumque rei spiritualis temporalem esse, & censeri, notant Vincent. in cap. ult. de jud. Bald. in cap. 1. apud quem vel quæ controversia debet dici, & glos. Doct. in cap. curia dilectus, in verb. juramento, de electione. Cardin. in Clem. dispendiosam, de judic. 3. opposit. 10. quæst. est & ad hoc text. opt. in cap. ult. de judic. & cap. petitus, 11. quæst. 1. & in cap. causam quo, in secunda, qui filii sint leguimi. Quibus auctoritatibus constat, judicem saceralem, etiam inter clericos esse competentem ad cognoscendum de causa possessionis rei spiritualis, vel quasi spiritualis, ut quidam opinantur, qui ex hoc conantur defendere usum Galliæ forensis, qui diu jam obtinuit, & Martini Papæ litteris extat comprobatus, quod judices sacerdales cognoscant, etiam inter Clericos de possessione cuiuslibet cause spiritualis. Hujus enim forensis usus meminere Guido Papæ quæst. 1. & quæst. 71. ac turfus qu. 85. Guliel. Benedict. in dict. cap. Raynus. de testam. in verb. & ux. rem. in 2. decisi. n. 331. Nicolaus Boëtius in dec. 69. n. 23. Aufrius in Clem. 1. de offic. ordin. reg. 2. fallen. 24. Joa. Dazama. in proemio pragmatisca sanctionis, §. postremo, fol. 112. Thom. Grammaticus.

matic. decis. 78. optimè Joan. Gallus quæst. 155. qui scribit Judicem sacerdotalem apud Gallos inhibere, & prohibere Judicium petitorum, donec fuerit lis finita super possessorio. Hujus item consuetudinis, & privilegij meminit latè Carolus de Grassalia lib. 2. Regalium Francie, jure 5. & Joan. de Selva in tract. de beneficio, 1. part. quæst. 7. colum. 4. sed an hic Gallæ forensis usus iure procedat, ex sequent. conclusionibus manifestum fiet.

¶ Prima conclusio: Quoties causa possessoria rei spiritualis maximam habet proprietatis rationem, non potest per judicem sacerdotalem expediri, sed est omnino per Ecclesiasticum examinanda. Hæc conclusio probatur eo, quod possessorum istud judicium minimè dici possit temporale: cum habeat administration cognitionem juris spiritualis, c. tuam, de ord. cogn. cap. causam qua in 2. qut fil. sint legit. acque ita Panorm. in d. cap. litteras, de juramen. calum. probat istam conclusionem: & illuc Ant. Barbat. & alii præterim, & in specie ex junioribus Augustin. Beroius in rubr. de judiciis, num. 51.

¶ Ex quo patet, non posse Laicum judicem secundum rigorem juris cognoscere de causa possessoria beneficij Ecclesiastici: cùm ad justificandam possessionem in hoc casu sit necessaria quædam summaria probatio alicujus tituli apparentis, nec aliter possit possessio obtineri, etiam quoad interdicta possessoria, juxta gloss. celebrem in clem. unica, de caas. poss. & propriet. cuius mentionem nos fecimus in c. 23. hujus operis, nu. 4. quamvis Augustin. Beroius in d. rubric. de jud. censcat posse judicem sacerdotalem cognoscere de causa possessoria recuperandæ ac retinendæ in beneficiorum Ecclesiasticorum controversiis, etiamsi non possit de possesso adipiscendæ tractare. Nam ubi locus sit opinioni præcipitæ glossæ itidem, & locus erit huic prime conclusioni, & in universum latissimè hoc probat Joannes Dayama in dict. §. postremo, quamobtem opinor. Judicem sacerdotalem, nec in interdicto adipiscendæ, nec retinendæ, nec recuperandæ posse cognoscere de causa possessoria beneficiorum Ecclesiasticorum: maximè, quia in hac specie nou solet controversia contingere, nisi inter Clericos: & idè cum reus Clericus sit, ad judicem Ecclesiasticum erit causa deferenda perennis juris utriusque principiis, & conclusionibus admodum receptis: licet causa possessoria nihil haberet mixtum proprietatis, nec esset in ea quid spirituale, imò tota esset omnino temporalis. Quod est potissimum advertendum. Nam & causa possessoria in beneficiis Ecclesiasticis ad forum Ecclesiasticum pertinet, & beneficialis dicitur. Clem. 1. de caas. poss. & propriet. Conducit ad idem text. in Clem. unica, de sequestra, poss. & fruct.

¶ Secunda conclusio: Causa possessionis rei spiritualis, vel quasi spiritualis per Laicum Judicem examinari potest, & quandoque debet, si nihil proprietatis mixtum habeat. Hoc constat auctoritate glossæ in d. c. litteras, quo in loco ita eam intellexit Panorm. Item hoc ipsum tenere videntur Vincen. Joan. Andr. & Doct. in cap. ult. de jud. ubi est text. ad hanc conclusionem singularis, & in d. c. petimus, 11. quæst. 1. notat Guid. Pap. in d. qu. 1. quibus accedit opinio Bart. quæ communis est in l. Titia, ff. sol. matrim. cuius & nos meminimus in epitome ad quartum librum decretalium, 2. part. c. 8. §. 11. num. 3. unde quoties tractabitur de causa possessoris decimatum juris patronatus, juris presentandi, juris erigendi, quia in hisce casibus non est ad possessorum jus necessaria proprietatis examinatio, judex sacerdotis erit competens, & cotam eo poterit causa expediri, quia temporalis censetur.

¶ Verum, si diligenter examinaverimus rationes, & auctoritates, quibus hæc secunda conclusio probagi solet, planè manifestum fiet, non esse satis certam,

nec tutam: imò prorsus constitutam omni legum, & Canonum, quibus standum sit, auxilio censer. Est etenim regula juris Pontificij, quæ dicitur, causas Ecclesiasticas tractandas, & examinandas fore apud judices Ecclesiasticos, non apud sacerdotales, cap. 2. de judiciis. Ecclesiasticas autem causas intelligo, non de rebus temporalibus Ecclesiastum, sed de rebus spiritualibus Ecclesiastum, & de his, quæ quasi spirituales censentur: & constar, causam possessoriam, etiam simplicem, & indistinctè dici Ecclesiasticam, ut probari ac deduci poterit ex textu in d. Clement. unica de caas. poss. & propriet. & Clementina unica, de sequestra poss. & fruct. & idè falsam esse censio hanc secundam conclusionem ex auctoritate Antonij in dict. cap. ult. de judic. & aliorum, quos secuti sunt Joannes Dayama, & Augustinus Beroius in præcitatibus locis.

¶ Non obert glossa in dict. cap. litteras, quia ea communiter reprobatur, ut asseverat Aufri. in dict. 470. & præterea privata, non publicam auctoritatem habet, textus autem in d. c. ult. de jud. facillimè ab hac controversia excluditur, cùm ille tractetur de officio & dignitate sacerdotali, & electione ad eamdem constituenda, non de dignitate Ecclesiastica, ut inibi gloss. & Doctores communiter admonent. Sic & in d. c. causam, quæ qui filii sint legitimi, causa possessoria, quæ temporalis censetur, & rectè, ad hereditatem bonorum temporalium pertinet: non ad matrimonium, nec ad aliud, quod sit spirituale, sicuti probat eleganter Robertus de Fretta Rotæ auditor in conf. Egidij à Bellamerâ 40. col. 17. deinde in dict. cap. petimus, 11. sacerdotale judicium potius in auxilium Ecclesiastici requiritur, & postulatur, quam ad principalem causæ Ecclesiasticæ cognitionem, & examen. Nec quidquam urget Bart. opinio in dict. leg. Titia, nam & ea non est omnino certa, ut in dict. §. 12. obiter attigimus: nec est admittenda indistinctè, sed in ipsa nec stricta specie, de qua ibidem agitur, & omnino simili. Ex quibus opinor usum forensis Gallæ admodum refragari juris Pontificij receptis conclusionibus: tametsi quandoque Reipublice conveniat, illum etiam apud nos admitti. Idcirco sequentia non temere adnotabimus.

¶ Primum etenim illud existimo constitutissimum esse, quod non possit judex sacerdotalis, quicumque sit, quoties agitur res inter Clericos, aut reus tantum Clericus est, de causa possessoria tractare, etiamsi factoremur eam esse temporalem: cùm Clericus sit apud Ecclesiasticum judicem convenientius ex utriusque juris regulis, maximè probatur in o. qualiter, de jud. auth. statuimus, C. de Episc. & Cler. cap. placuit, c. inolita, 11. quæst. 1. imò nec valet consuetudo in contrarium, ut censet Rota in antiquis 6. o. cuius meminit Martinus Azpilcueta in c. cum continat. de rescript. primo remedio, pag. 154. quo in loco hanc primam conclusionem, quam nos proponimus, palam asserit, & tamen decisio Rotæ non sat in hac specie loquitur, sed in alia, quam nos superius examinavimus, c. 31. num. 5.

¶ Secundo erit illud observandum, † quod Clerici poterunt apud judicem sacerdotalem petere Laicum solutionem decimarum reculanten compelli ad eas solvendas: cùm tantum agitur, an decimæ sint soluta, vel an teneatur ille solvere, vel alius: non autem de jure decimarum, nec de exemptione aut privilegio ab earum solutione liberanti. Ecclesia siquidem duos ad hoc judices habere poterit: nempe sacerdotalem & Ecclesiasticum: ut probare vult Frederic. in conf. 245. tametsi referat quosdam voluisse, quod ubi tractatur tantum de questione facti super decimis, non de questione juris, causa contra Laicum solum pertinet ad Judicem sacerdotalem. Quod ipse non admitterem, quia video, posse Laicos ad solutionem decimarum censuris, & aliis modis per-

Ecclesiasticum Judicem compelli: ut constat ex tota Rubrica & titulo de decisione. etiam si quæstio facti tantum sit examinanda, cap. pervenit, cap. nuncios, c. homines, cap. de terris de decis. Clement. 2. de judic. atque ita Regia lex hoc ipsum probat l. 34. & 6. tit. 2. lib. 3. ordin. (hodie l. 2. tit. 5. lib. 1. Recopil.) & est, ni fallor, communis opinio.

¶ Tertio, quoties decimæ à Romano Pontifice beneficio feudatario jure translatæ fuerint in Principem laicum: poterit judex sacerularis, utcumque causa tractetur, de decimis cognoscere: imò ad eum pertinet hujus causæ cognitione privativè. Quod in regno Francie servari tradunt Carol. Molin. in consuet. Parif. tit. 1. Rubric. & §. 46. q. 4. Joan. Rupellanus lib. 1. forensi. Instit. c. 25. sic semel ex litteris Regiis vidi decimorum causam tractari inter Ecclesiasticos apud hoc Granatense Prætorium, ex eo, quod Regis Catholici Ferdinandus & Elisabeth decimas hujus regni Granatensis obtinuerint à Pontifice maximo, cum onere dotandi Ecclesias.

\* ¶ Quartò erit & ad h. ec observandum, causam decimorum quandoque in his regnis tractari apud Ro-rios auditores: nempe cùm Laici contendunt, decimas ab eis exigi, quæ legiima temporis præscriptione minime debentur, & sunt remissæ, denique conqueruntur contra morem & consuetudinem decimas ab eis exigi: nam eti si condemnentur à Judice Ecclesiastico, nihilominus ex querela causa retine- tur apud Regia præatoria. Siquidem & litteræ Regiæ passim dantur à supremo Senatu ad id, ut Laici non cogantur decimas illas solvere, quæ solvi legitima temporis præscriptione non consueverunt: quemadmodum ipse adnotavi lib. 1. variar. resol. c. 17. n. 9. vers. 9. & idem fieri apud Gallos testatur Carol. de Grassalia lib. 2. Regal. Francie, jure 7. col. 5.

¶ Quintò, non video conguam rationem, qua defendi jure valeat, Laicum, decimorum conductorem, possit conveniri absque ulla foti præscriptione apud judicem Ecclesiasticum: in hac etenim specie non agitur de jure decimatum, nec de decimis solvendis ab his, qui tenentur eas solvere, sed de solvendo præcio, quo conductores fuere decimæ alicujus Parochiæ, & jam à colonis, & à quibuscumque prædiorum dominis solute. Et idèo rectè poterunt hi conductores apud judicem sacerularem conveniri: imò jure ordinatio debet ab eo causa tractari, poteritque judicium Ecclesiasticum declinari; quamvis jure Regio expeditum sit, conductores istos posse apud Ecclesiasticum judicem conveniri quoties in conductionis contractibus se conductores submiserint ju-risdictioni Ecclesiasticae, centuris, & aliis Canoniciis legibus, aut juramentum præstiterint. Ut est tex. in l. 6. tit. 1. lib. 3. ord. (hodie l. 9. 10. 11. tit. 1. lib. 4. Recopilat.) idem sentit l. 3. ejusdem tit.

¶ Sextò non negamus, posse justissimè judices Regios, qui prætoris assident, & inibi jura partium Regio & supremo nomine turantur, extraordinariè tra-ctare causam possessoriam in qua de possessione be-neficij disputetur, ad effectum, ut quieta Respublica sit, ne fiat alicui injuria & violencia, aut indebitè possessione, quam obtinet, expoliatur. Hoc enim etiam in Neapolitano Regno sàpè fieri testatur Matth. de Afflict. decis. 24. scribens in hoc judicio potius agi de defensione extrajudiciali, quam de judiciali ordinaria cognitione: quia tantum id agitur, quod quid restituatur ad possessionem, qua inique & per violentiam fuerat expoliatus à Judice Ecclesiastico.

¶ Cæterum in hac Regia & Castellana Republica illud observatissimum est, & diu obtinuit à tempore, quod memoriam hominum excedit, posse ab his, qui à judicibus Ecclesiasticis vi, & censuris opprimun-tur, Regios auditores, & consiliarios i qui apud Re-

gia suprema piætoria jura litigantibus, reddunt, om-nino adiri, ut vim auferant, & compellant judices Ecclesiasticos ab ea inferenda cessare. Exstat inter hu-jus Regni leges lex Regia 5. tit. 1. lib. 2. ordin. (hodie l. 2. tit. 6. lib. 1. Recop.) Expeditiorque constat instru-ctio, quam Regium decretum exhibuit anno Domini 1548. (hodie lib. 36. & 37. tit. 5. lib. 2. Recopil.) qua & modò utimur & o'm item usi suete Regijs consiliarii. Nam ubi lis agitur apud Judicem Eccle-siasticum inter Ecclesiasticos, qui per sententiam condemnatis appellavit: Judexque non vult deferre appellacioni, & idèo pro executione multis afficitur censuris, & gravaminibus, conqueritur simplici querela coram Regijs auditoribus ex eo, quod non deferatur appellatio, quam ad sedem Apostolicam proposuit, tunc sanè statim ex sola simplici que-ela dantur litteræ Regiæ, quibus præcipitur tabellio-ni sub certa pœna, quod intra breve tempus mit-tat ad curiam acta causæ, & processum, & rogatur Judex Ecclesiasticus, ut absolvat excommunicatum ad aliquot dies, qui sufficiant missione & exami-nationi processus. Quod si contumax judex sit, dan-tur secundæ litteræ, ac tandem tertiae, & id agere cogitur pœnis quibusdam, quarum inferioris mentio-nem agemus. Viso autem processu, & viso actu cau-se, tantum illud agitur, an justè ille judex deferre noluerit appellacioni. Et denique si competum sit appellacionem esse frivolam, causa ad eundem re-mittitur, sin autem justa visa fuerit appellatio, tol-litur ista vis, & injuria quæ adversus factos Cano-nes, & auctoritatem sedis Apostolicae sit appellanti ad eamdem: & præcipitur illi judici, quod ap-pellacioni deferat, & absolvat excommunicatum, omniaque acta post appellacionem retractet, ac reducat in eum statum, in quo erant tempore appelle-tionis, & sententia.

¶ At si Laicus per Judicem Ecclesiasticum grave-tur, nec ipse judex sit illius causæ competens, quia reus Laicus est, & causa profana, tunc etiam si gra-vatus appellat, dantur litteræ Regiæ ad hoc ut Ju-dex Ecclesiasticus non cognoscat de ea causa, & re-mittat eam ad judicem sacerularem, vel mittat pro-cessum ad curiam, q. 10 viso, si causa pertinet ad sacerulares judices, non agitur de deferenda appelle-tione, sed inhibetur Ecclesiasticus judex cognitione illius litis, & remittitur causa ad sacerularem judicem, quemadmodum latius appetit ex Regia instruc-tione, quæ typis exeat tradita inter Granatensis curiæ ordinationes, fol. 160.

¶ Nec Regijs consiliarij cognoscunt de justitia ap-pellationis ad summum Pontificem deferendæ, ad hoc, ut ab ipsis sententia confirmetur, vel revoce-tur, sed tantum ad hoc, ut tollatur vis illa, quæ à Judice Ecclesiastico injustissimè sit appellanti, dum eum censuris judex opprimit pro execuzione senten-tiæ, quæ nondum transferit in rem judicatam pendente appellatione ad summum Pontificem propo-sita: cui tenebatur judex omnino deferre juxta Ca-noniarum sanctionum decreta.

¶ Hic autem forensis usus & praxis, qua Regijs Consiliarij utuntur, multis rationibus justificari po-test, & primò propter maximam ejus utilitatem, quæ Republic. accedit: cùm alioqui nisi remedium hoc, & auxilium adversus judices Ecclesiasticos adhi-beretur gravissimè opprimerentur innocentes à judi-cibus Ecclesiasticis, qui procul à Romana curia pas-sim iurisdictione, & potestate Ecclesiastica abuterentur.

¶ Secundò probatur auctoritate tex. in c. filiis vel nepotibus, 16. qu. 7. ubi constat, Episcopis & Archiepiscopis negligentibus punitionem eorum Recto-rum, qui bonis Ecclesiasticis abutuntur, posse Regem adiri, ut illi malo medeatur, & licet Panorm. in cap. qualiter, & quando, de judic. aliter illius capititis verba

verba interpretari velit, & dicat, illum text. corrigi per jura nova, profecto nulla extat iuriis novi correctione ad hunc effectum: ut Princeps secularis op̄ressos violentia Judicium Ecclesiasticorum inferiorum liberet interim, donec à summo Pontifice præstetur iure debitum auxilium.

¶ Tertio, ad idem conduceat plurimum text. in cap. principes, 23. qu. 5. quo in loco testimonium Ilidori à Gratiano adiudicatur iu hoc ut sciamus, Principes sæculi intra Ecclesian: eam potestatem habere, ut superborum cervices comprimant, & quod fieri non potest per Judices Ecclesiasticos, ab ipsis juxta disciplinam Reipublicæ utilem, executioni mandetur. Ergo ubi præstd. non est qui liberet oppressos à Judicibus Ecclesiasticis, potestate quidem Ecclesiæ, ipse Princeps secularis poterit auxilium miseris ministrare.

Quarto, his accedit Hieronymus in commentariis ad c. 22. Hieremia, cap. Regum 23. q. 5. Regum, inquit, officium est proprium facere iudicium, atque iusticiam, & liberare de manu calumniantium vi oppressos. Idem constat auctoritate Joan. Papæ octavi, quæ ab ipso Gratiano tradidit in c. administratores, 23. qu. 5.

¶ Quinto, iustitia hujus praxis ex eo deduci videatur, quod cum omnes ferè Christiani orbis Principes sæculares hac utantur, & tot annis fuerint usi potestate, consilio prudentissimorum virorum qui iustitiae zelo & Christiana pietate id ipsis persuaserint, credendum omnino est hoc in maximam fieri Reipublicæ utilitatem, comodum, & ad regnum utriusque spiritualis & temporalis jurisdictionis usum, & compendium. Quod si quis contendat à Principibus sæcularibus hanc tollere potestatem, statim, non quidem sero competet experimento manifestissimo, quantum calamitatis Reipublicæ invexerit. Hic verò forensis usus non tantum in his Castellaniis Regis Hispaniarum ditionibus, & Principatibus, sed & apud Gallos, aliosque Christianæ Reipublicæ sæculares Principes est eisdem receptissimus, ut commemorat omnium, quos ego legerim, diligenterissime Martinus Azpilcueta in c. cum contingat. de rescript. remedio 1. pag. 146. Carolus de Grassalib. 2. Regalium Franciæ, jure 7. Steph. Aufter. in Clem. de offic. ordn. reg. 2. fallentia 30.

¶ Adversus verò Clericos, & Ecclesiasticos Judices illa est frequentissima poenæ comminatio, quæ fit ad amissionem rerum temporalium, quas obvincent in his regnis, & deinde quod censebuntur extranei ab eisdem. Cujus comminationis mentio fit in l. 5. tit. 3. lib. 5. ord. ejusque meminere Guliel. Bened. in e. Reynut. de test. in verb. & uxorem nomine Adelasiam, 2. decis. n. 460. & Carolus Grassalib. 2. Regalium Franc. jure 7. col. pen.

¶ Sed & ex multis alijs causis in his Hispaniarum Regnis itur ad supremos Regis consiliarios, & ad eisdem Regis auditoria pro Ecclesiasticorum negotiorum expeditione, quæ maximam assert Reipublicæ utilitatem, si quæ diu obtinuerunt, & quæ nuper ab invictissimo Carolo, ejusque Catholicis, simul & prudentissimis consiliariis his de rebus decreta fuerint ad unigenitum servata fuerint. Habent etenim Regia præatoria formam, & modum à Rege præscriptum, quo uti debent in hisce negotiis examinandis, & expediendis. Nos verò hac de re ulterius agere prætermittimus, quod competitum sit, hoc onus, & munus alios suscepisse, qui pro sua egregia eruditione, praxi, & multa lectione præstantius poterunt pro rei dignitate tractatum istum absolvere: & tamen obiter lectorē admonebimus, duo vel tria in hac materia interim adnotari posse.

¶ Primum: quod paulò ante idem dicebamus, maximum extat hujus praxis fundamentum ad ejus iusticiam comprobandum ex eo, quod idem fiat apud Gallos & plerasque Christiani nominis gentes. Nam

Didaci Covarr. Tom. II.

sicuti apud Hispanos & potestas legatorum, seu Nunciorum Apostolicæ sedis examinatur, ut admoneri possint à summo Regis prætorio, quibus uti conveniat dispensationibus & commissionibus, ne quid fiat in Reipublicæ dispendium: cum plerumque Nunciij Apostolici exterri sint: nec satis noverint, quæ sint omnino præcavenda, ne falsis præcibus. & suggestionibus decipientur: ita & idem fieri solet apud Gallos, teste Carol. Molin. in reg. cancell. de infirmis resignantibus, n. 139. ita etiam, inquit, de regno Franciæ: In quo nec legatus quidem Papæ, sive lateralis, sive missus quidquam auctoritate Papali exequi potest in regno, nisi prius permissionem expressam à Rege obtineret homologatam à supremo tribunali regio, in quo legatus vult aliquid exequi, nec in terris regni, quæ nuper adhuc erant in possessione Regis Franciæ, sine consensu Comitis Flandriæ, ut vidi per programma Caroli V. Imperatoris, qui ibi idem jus conservat: cujus programmatis exemplar habeo, sub dato 13. die Maii anno 1531. Haec tenus Molinæus. Ex quo apparet, non tantum in Hispania, sed & in Flandria, & apud Gallos hoc ipsum frequenter fieri.

¶ Sic etiam in his regnis multis in casibus, & negotiis litteræ Apostolicae ante executionem earum ad Regia mittuntur auditoria, & tribunalia: idque fit ex decreto, ut illic examinentur, ne quid fiat, & obtineatur falsis præcibus, & importunitis suggestionibus à summo Pontifice adversus regni Regumque Hispaniarum privilegia, & Apostolicas concessiones: denique ne litteræ summi Ecclesiæ Præfusis contra publicam spiritualis, Ecclesiasticæ, & temporalis hujus provinciæ utilitatem præter ipsius concedentis voluntatem, & consensum executioni mandentur. Etenim & alij Christiani orbis Principes eodem iure uiuntur, & haec tenus usi fuere: quemadmodum manifestum fit ex testimonio Joannis Driedorii viti & moribus, & sacræ Theologiæ professione insignis. Is inquam in lib. 1. de libertate Christiana. pag. 285. distingueo, aliud esse, potestatem sæcularem absolute mandare, aut constituere, ne quisquam pareat litteris Apostolicis iustiam, aut gratiam concernentibus: aliud verò esse potestatem sæcularem mandare, aut constituere, ut sine suo beneplacito & examine nemo pareat hujusmodi litteris, nec executioni mandet easdem: primum quidem improbat: secundum verò admittit his sanè verbis: Secundum autem videatur posse fieri absque contemptu potestatis Ecclesiasticæ, & absque injuria, & odio, aut gravamine, seu præjudicio Ecclesiasticæ libertatis, & sanctæ sedis Apostolicae, vel litterarum ejusdem. Potest enim contingere, quod Princeps quispiam, aut ex privilegio, seu commissione Papæ hoc faciat: sicuti Carolus Imperator habuit ex privilegio Synodi, ne sine suo consensu consecraretur, vel institueretur Episcopus: aut ex causa rationabili secundum congruam loci, & temporis, ad sic statuendum atque mandandum moveatur propter abulus tollendos, ne præficiantur extranei, aut inidonei, qui per nimiam importunitatem falsisque suggestiones litteras Apostolicas impetravit, vel impetratis abuti volunt ad oppressiones pauperum, qui alioqui sub prætextu litterarum Apostolicarum longis litibus, gravibusque sumptibus vexari possent: non quod potestas sæcularis velit sibi aut iudicium Ecclesiasticarum rerum usurpare, aut viros idoneos auctoritate Apostolica institutos impedire, aut super illorum idoneitatem iudicium sumere, sed quod velit ad ædificationem Reipublicæ statum Ecclesiasticum promovere. Hæc Driedorius.

¶ Secundum adnotandum est, jus hoc, quod Castellanus hic Principatus, & Regia obtinet Republica, ne dentur Ecclesiastica beneficia exteris, non tantum procedere à concessione Romanorum Pontifi-

cum, præscriptione & usu immemoriali, ut constat in l. 18. & segg. lib. 1. ord. tit. 3. (hodie l. 14. tit. 3. lib. 1. Recopsl.) & multis aliis pragmatiçis à Carolo V. Hispaniarum Rege primo editis: sed & à maxima & evidenti regiminis spiritualis, & Ecclesiastici utilitate, ita quidem, ut ex contrario usu, & praxi plures contingent Ecclesiatum ministerio calamitates, quarum si certam habuerit summus Christi Vicarius cognitionem, dubio procul pro illius supremæ dignitatis, quam summus totius Ecclesiæ pastor, & rector obtinet, integritate, justitia, & divini cultus zelo tantis, & tot malis medelam adhibebit: cuius equidem rei judicium nec nostrum est, nec prælentis tractatus, jam coronidem exigentis, examini pro ejus dignitate committi debet. Sed & juri quo utimur, suffragatur text. in c. bona, in 2. col. ultim. de postul. prælat. item text. in c. ult. de Cler. peregrinis. text. in c. Aphros, 98. dist. c. nullus invitatus, 61. dist. c. neminem, 70. dist. ex jure civili text. in l. in Ecclesiis, C. Episc. & Cler. l. una, C. non licere habita. Metrop. lib. 11. l. 2. C. de annonis civil. eod. lib. cum multis aliis quæ traduntur per Gulielm. Benedict. in c. Raynut. in verb. & uxorem, decis. 2. n. 144. de testam. gloss. Cosma in proœmio pragm. sanctionis, in §. nam Ecclesiæ, in verb. exterorum. Joan. Dayam. in proœmio ejusdem pragm. sanctionis, incipientis Franciscus, in verb. vendicabant, fol. 60. Selva n. de beneficio, 3. part. quæst. 26. Petr. Rebuff. in tral. de beneficiis, tit. de rescriptis mixtis pag. 576. Ludov. Gomez. in reg. cancellarie, de idiomate, q. 1. Rufus Selvam de beneficio, 2. part. q. ult. Carolus de Grassal. lib. 2. Regalium Francie, jure 8. Quibus accedere poterit gl. celebris in c. si proponente de rescriptis. Cujus præter alios meminere Corlet. in singul. in verb. surreptio. & Felin. in c. sicut tuis de simonia. item & opt. gloss. in c. si pater, de testam. in 6. in verb. pauperes. cuius nos meminimus in c. cum tibi, de testam. n. 14. gloss. etiam in c. hortamur. 71 distinct. cuius rationem expedit Rochus in tral. de jure patronatus, in verb. honorificum, q. 18. & Lambert. de jure patronatus, secundo libro, parte prima, q. 7. art. 24. ex quibus omnibus poterit lector multa longius deducere ad justificationem, & defensionem hujus juris & privilegii, quo adversus exteros in Ecclesiastis beneficiis passim utimur.

¶ Unde sanctissimum esset, & Republicæ consultissimum, quod summus Ecclesiæ Pontifex, aut Oecumenica Synodus faciret, ut omnia cuiuscumque diœcesis beneficia saltem curam animatum habentia, patrimonialia efficerentur, atque non recipierentur, nisi cives, vel qui inde sunt oriundi. Quod in Concilio Tridentino summo omnium consensu consultatum fuisse, testis est Dominices Soto lib. 3. de justitia & jure, quæst. 6. art. 2. pag. 288.

¶ Ne vero quis existimet, quidquam apud Regia Hispaniarum prætoria in hisce rebus, & negotiis Ecclesiasticis fieri, quod vel minimum deroget summi Pontificis potestati: † absit enim hoc à Catholicis Hispaniarum Principibus, qui sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ, ejusque summi, & totius Christiani orbis Pontificis decreta, & mandata maximo conatu exequuntur, & venerantur: is, obsecro, candido animo expendat litteratum Apostolicarum executionem quandoque differri, ac suspensi Regij prætorij decreto & auctoritate, ut maximus Christi vicarius interim certior fiat, quot, & quantis afficiatur incommodis, & gravaminibus Respublica ista propter multa, quæ ab ipso falsis præcibus, & suggestionibus imperrantur, quæ minimè sanctissimus Pontifex foret concessurus, si per sinceram, iustumque narrationem certò sciret, quid spirituali, Ecclesiastico, & temporali hujus regni, & Principatus recto regimini sit conducibilis. Quod non aliter percipi valeat, quam per delationem omnibus numeris absolutam, quæ à

vitis prudentissimis, atque in hujus Reipublicæ administratione diu exercitatissimis ipsimet Pontifici fiat Interim igitur dum Pontifex summus instructior hisce de rebus, publicæ utilitati consulete decernit, aliquot litteratum Apostolicum executio differtur eo quidem consilio, quod Pontificia & Cælarum responsa passim exhibent: præsertim in c. si quando, de rescript. & in l. 5. vindicari. C. de pœnis, c. cum apud Thessaloniam. II. q. 3. quorum nos longius meminimus in reg. peccatum. in princ. de reg. jur. in 6. num. 5. & in lib. 2. variar. resolut. c. 8. num. 1. Quibus accedit text. in c. sunt quidam. 25. q. 1. & c. 1. 40. distinct. c. manet 24. q. 1. & c. si quis non recto, 24. q. 3. ex Hieronymo, ut opinatur Gratianus, cum potius sit ex Origene homil. 14. ad c. 24. Levitic. Item gl. in auth. de mandatis Principum. §. denique competens. in verb. nuncians. cuius meminere Bald. & Felin. in d. c. si quando, est illi similis gloss. in auth. ut determinatus sit numerus clericorum. §. ult. collatio. I. in verb. contradicere. extat & elegans decisio Innocent. in c. inquisitioni. col. ult. de sentent. excom. quem sequuntur illic Joan. Andr. Anton. & Abb. super concilio Basiliensi, n. 14. idem in q. 1. n. 2. vers. 2. Terminus casus. incipit, quasi Episcopus quidam. Felin. in d. c. si quando, n. 4. Decius in conf. 151. n. 5. Card. in conf. 150. col. ult. & conf. 167. his etiam congruit ratio text. in c. cum teneamur. de proband & gloss. in c. 2. 62. distinct. cum multis. quæ à Felino traduntur in c. nihil de præscript. sed & præter alia sunt adnotanda verba cuiusdam Cardinalis, quæ Felinus refert in d. c. si quando. col. 2. vers. per istum text. Dominus noster. & quæ scribit S. Thom. 2. secunda, q. 69. art. 4. vers. respondeo. & Cajetanus admonet 2. 2. q. 39. art. 1. vers. in responsione ad secundum. & idem Cajetanus in tract. de authoritate Papæ & concilij, c. 27. vers. ad secundam rationem, quæ prius scripsere Cardin. à Turrecremata lib. 2. de Eccles. c. 106. Cardin. Alexand. in summa. 15. distinct. n. 41. & Card. Jacobatius in tral. de conciliis lib. 8. art. 3. vers. quintum remedium, quæ tamen omnia sunt cautissime legenda, ne quid temere fiat adversus juris divini Pontificiam institutionem. Nec enim nobis opportunum est, rem istam latius in disputationem, & examen adducere, quippe quibus maxima subtilis spes sumnum Christi vicarium, Ecclesiæ Catholicæ caput, & rectorem his de rebus certiore factum, ea adhibitum remediu, quæ sint saluti utriusque Reipublicæ, spiritualis & temporalis præsentissima.

Deum vero optimum maximum Jesum præcamur suplices, eos Reipublicæ spirituali, Ecclesiastico, & temporali dignetur preficere Principes: quibus sceptra tenentibus contentiones omnes procul eliminantur: quod planè fieri divino auxilio, si quisque Princeps spiritualis, & temporalis public. utilitatem præ oculis semper habuerit,

### C A P U T XXXVI.

De jure patronatus laicorum, ad differentiam juris patronatus Ecclesiastici, & utriusque derogationem.

### S U M M A R I A.

- 1 Juri patronatus laicorum Nec Papa derogare possit, non censetur derogat, nisi expressa ejus mentio fiat.
- 2 Jus patronatus laicorum quo pacto ab Ecclesiastico distinguatur.
- 3 Derogationes juris patronatus laicorum in his Hispaniarum Regnis minimè admittuntur.
- 4 Quid ubi beneficium juris patronatus laicorum vel patrimoniale, & his simile in curia vacaverit?
- 5 Quid de jure patronatus Ecclesiastico, quod habuit à laicis, & eorum patrimonio originem? & de jure patronatus clericorum & laicorum?

Quid

- 6 Quid de jure patronatus acquisito per prescriptio-  
nem, aut privilegium: & de patrono possidente?
- 7 Derogatio juris patronatus laicorum an sit admis-  
tenda, ubi beneficium erat in curia litigiosum?
- 8 De jure patronat. competenti alicui fraternit. laicorum.
- 9 Agitur de permutatione beneficiorum, quorum pre-  
sentatio pertinet ad patronos laicos: & de sim-  
plices resignatione.
- 10 Pensio an possit constitui super beneficia juris patro-  
natus laicorum absque eorum consensu?
- 11 De unione beneficiorum iuris patronatus laicorum.
- 12 De dispensat. ad retinendum beneficium vacaturum.

**C**æterum præter multa, quæ in Ecclesiasticis con-  
troversiis, & quæstionibus solent apud supre-  
ma hujus regni tribunalia tractari, illud frequenter  
in litem incidit, & disputatur, quanam ratione jus  
patronatus laicorum distinguitur à jure patronatus  
Ecclesiastico: cùm utrumque jure Pontificio ad præ-  
sentationem, & ordinationem ad regimen Ecclesia-  
rum pertineat. Extat enim editum Caroli Cæsatis,  
primi Hispaniarum Regis, (hodie l. 25. tit. 3. lib. 1.  
Recopil. & l. 5. tit. 6. lib. 1. Recopilat.) quo equidem  
prælatis injungitur, & Regis magistratibus præ-  
cipitur, ut diligentissimè curent, ne auctoritate lit-  
teratum Apostolicarum derogatio fiat juri patrona-  
tus laicorum. Atque ideo ex ea pragmatica sanctio-  
ne Regij consiliarij Apostolicas litteras, quibus juri  
patronatus laicorum derogatur, examinare conan-  
tur: & denique earum executionem suspendunt in-  
terim, donec per supplicationis auxilium summus  
Pontifex certior fiat, quantum detrimentum hinc  
Reipublicæ immineat, quam grave scandalum subo-  
riatur ex hisce frequentissimis derogationibus, ut  
tandem huic læsioni publicæ occurrat, ne aliqui  
laici à piis operibus, Ecclesiarum dotatione, con-  
structioneque magno religionis incommodo abstineant.

- Illud verò in primis jure respondendum eit,  
posse t sumnum Pontificem derogare, non tantum  
juri patronatus Ecclesiastico, sed & juri patronatus  
laicorum. gloss. communiter recepta in Clem. 2. vers.  
Apostolicis. de probend. Archid. in cap. pie menuis. 16.  
quæst. 7. Innoc. & omnes in c. cum dilectus, de jure  
patr. Abb. in c. 3. notab. 2. idem in c. illud. ad finem.  
ead. tit. & in disput. incipienti, Augerio. colum. 5.  
Joan. Andr. Domin. & Franc. in c. 2. de probend. ix  
6. latè Felin. in tract. quando littera Apostolica nocent  
patro. col. 2. Roch. in tract. de jure patron. verò. hono-  
rificum. q. 3. post Archid. in d. c. 2. Cæsar Lambert.  
in tract. de jure patron. 1. lib. 3. part. q. 9. art. 2.  
quorum opinio dubio procul communis est. Quæ  
tamen ita est intelligenda, ut minimè judicemus,  
sumnum Pontificem derogare juri patronatus laico-  
rum, nisi id expressum ex litteris constiterit. Sic enim  
concordia omnium propè sententia diffinitur: quem-  
admodum appetet ex Lipo allegat. 96. gloss. in d.  
Clementina 2. in verb. Apostolicis. Nec in hoc ali-  
qua est controversia: siquidem omnes juris utrius-  
que interpres, quorum modò meminimus, &  
alij, qui ab his nominatim citantur, passim allever-  
rant, non aliter censeri à summo Pontifice derogatu-  
rum juri patronatus laicorum, quam si id fuerit lit-  
teris expressum. Quod non est longius inquirendum,  
vel ex ea causa, quia ab aliis fuerit satis rationibus  
& juribus probatum. Nam & hoc discrimen passim  
constituitur t inter jus patronatus Ecclesiasticum, &  
jus patronatus laicorum, ut priori derogatum cen-  
seatur per collationem à summo Pontifice factam,  
etiam si nulla fiat ejusdem patronatus in litteris men-  
tio; posteriori vero necessaria sit ad ejus derogatio-  
nem mentio specialis, secundum omnes in d. cap. 2.  
de probend. in 6. tradit Cassador decis. 4. tit. de pro-  
bat. præter Felin. in d. tract. quando littera Apost. col.  
2. Angel. in l. sed si hac. §. patron. ff. de in jus vocand.  
Lambert. in d. q. 9. art. 3. Rota in novis 331. colum.  
Didaci Covarr. Tom. II.

penult. est ad hoc text. optimus in cap. super eo. de  
officio delegat. Imò si jus patronatus pertineat ad Re-  
gemi aliquem, Ducem, aut Marchionem, non suffi-  
cit, quod in litteris mentio fiat juris patronatus  
laicorum, nisi & illud fuerit adjectum, quod illud  
jus patronatus ad Regem, Ducem, vel Marchionem  
spectat. Est enim ad hoc regul. cancell. 40. quæ mul-  
tis alioqui rationibus poterat comprobari, quas  
non temere hac in parte missas facimus: tradidere  
tamen Felin. in tractat. quando litteris Apost. ampl. 8.  
& Lambert. in dict. quæst. 9. art. 11. Rebuffus in pra-  
xi beneficiorum. 3. parte signature. num. 68. & Joan.  
Lup. in tract. de benefic. vacanti. in curia. §. 11. Quod  
autem diximus de derogatione juris patronatus lai-  
corum, adeò verum est, ut quamvis in litteris Apo-  
stolicis dictum fuerit, ad cujuscumque collationem,  
seu præsentationem beneficium pertineat, nihilomi-  
nus non comprehendit beneficium, quod spectat  
ad præsentationem laicorum, sicuti ex eadem ratio-  
ne scripsere Lopus allegat. 84. num. 6. Domin. in ca-  
pit. cum illis. §. 1. de probend. num. 6. colum. ultim.  
Joan. Andr. in c. dilectus. officio legat. Felin. in d.  
tract. quando littera Apostol. colum. 3. Barbat. consil.  
23. colum. 7. lib. 1. Joan. Staphilæus de litteris gratia,  
& justitia. fol. 54. col. 2. Cæsar Lambert. in dict. quæst.  
9. articul. 6. & 7. quorum opinio communis est, &  
tandem etiam constat auctoritate ejusdem Lapi al-  
leg. 95. num. 3. Anchat. & Franc. in d. c. cum in illis.  
§. cum autem. His accedit, quod & reservatione ju-  
re communi statuta de beneficiis vacantibus in cu-  
ria, licet comprehendat beneficia juris patronatus  
Ecclesiastici, & clericorum, non tamen afficit, nec  
includit beneficia juris Patronatus laicorum, quam  
distinctionem ex auctoritate gloss. ibi deduxerunt  
omnes unanimi consensu in d. c. 2. de probend. in 6.  
eamdem secuti sunt Lopus in allegat. 96. Joan. Andr.  
in d. c. dilectus. Card. in Clem. 2. quæst. 7. de probend.  
& quamvis quibusdam vixum fuerit. gloss. in d. cap.  
2. verb. collat. contrariam sententiam potius, quam  
istam probare, verius tamen est, hanc distinctionem  
ab eadem gloss. deduci, si ejus quæstiones distinxerim.  
Sed & hæc distinctione itidem traditur à Rota  
decis. 331. in novis. & Felin. in d. tractat. quando littera  
Apostolica col. 1. & penult. & in c. in nostra corol.  
78. de rescript. Rocho Curt. in tract. de jure patron. in  
verb. competens q. 241. Joan. Lup. in tract. de benefi-  
ciis vacantibus in curia. §. 11. eamdemque sequuntur  
allevantes communem esse Gal. Cassador. decis. 1.  
de dilation. Petr. Rebuffus in tract. de nominatio. quæst.  
8. num. 21. idem in præxi beneficiorum 3. part. signa-  
tura. in verb. nec non jure patronatus. num. 20. mul-  
ta faciunt ad hujus opinionis probatiōem, quæ  
tradunt Joan. de Selva in tract. de benefic. 3. part.  
quæst. 11. colum. 9. & Card. conf. 69. Cæsar Lambert.  
de jure patron. 1. part. 2. lib. 6. quæst. art. 2. qui non  
semel itidem testatur, hanc esse communem opinio-  
nem. Cui suffragatur text. in c. dilectus. de officio le-  
git. quo probatur posse legatum à latere conferre be-  
neficia juris patronatus clericorum, idem verum est  
etiam in Nuncio Apostolico habente potestatem le-  
gati de latere, quemadmodum responderunt Dec.  
conf. 128. & Joan. Crot. in l. 1. ff. de legat. 1. num  
13. tametsi legatus, etiam à latere missus non possit  
conferre beneficia iuris patronatus laicorum: nec  
huic juri derogare, sicuti distinxit gloss. in d. c. di-  
lectus. & gl. in c. cum dilectus. de jure patron. & illic  
omnes. Roch. Curt. in tract. de jure patron. in verb. hono-  
rificum. q. 3. n. 10. & seqq. Lambertin. 3. part. 2.  
lib. quæst. 8. ex quibus & illud constat, beneficia ju-  
ris patronatus laicorum minimè comprehendi sub Apo-  
stolicis reservationibus, etiam quæ jure communi  
sunt statuta. Quod idem Fel. repet. in d. tract. quando  
littera Apost. 2. lim. & Lamb. de jure patr. 2. lib. 3. part.  
q. 10. art. 16. Sunt & alia discrim. ac plures differ, inter

jus patronatus clericorum, & jus patronatus laicorum, quas poterit lector nominatim deducere ex his, quæ diligentissimè Rochus Curtius, & Lambettinus de jure patronatus scriptere.

¶ Distinguuntur autem jus patronatus clericorum à jure patronatus laicorum in hoc, quod illud acquiritur quoties ex Ecclesiæ bonis Ecclesia construitur, vel datur, ac denique ratione Ecclesiæ vel dignitatis Ecclesiasticae competit alicui. Hoc vero à rebus proprij & secularis patrimonij originem duxit. gloss. in Clem. 1. in verb. presentare. de jure paron. Panorm. in c. cam te. colum. ult. & in c. illud de jure patron. Felin. in tract. quando littera Apostolica. colum. 7. glos. in d. c. dilectus. de offic. legat. Rochus Curt. in verb. jus. quæst. 7 Cæsar Lambert. de jure patron. lib. 1. quæst. 1. art. 5. & alibi sæpiissimè. Idem tradit Paul. Paris. in consil. 128. lib. 4. ubi explicat, quid in dubio præsumendum ac judicandum post Felin. ex c. litteris. 2. col. de constit. & Rochum verb. jus num. 18. 4. quæst. accessoria. 7. quæst. principalis idem tradit Cæsar Lambert. 2. lib. part. 1. quæst. 6. art. 6. num. 36. Nec refert, patronum esse clericum, siquidem & is patronis laicis adnumerabitur, si jus hoc naëtus fuerit ratione proprij. Quid omnium consensu receptum extat.

¶ Constat igitur ex prænotatis, summum Pontificem posse derogare juri Patronatus laicorum, tametsi necessaria sit expressa derogatio, ut de ipsius Pontificis voluntate constat. Hæc verò & derogationes an Republicæ Christianæ convenient, præsertim ubi frequentissimè contingent sollicitis nimis præcibus, ne dicam ambitiis, ac falsis expositis causis adversus piam ipsam sanctorum Pontificum voluntatem impetratae, ipsi viderint, qui nihil aliud curant, quam hisce, vel aliis modis conta testorum ultimas voluntates, & veterum Canonum decteta, nullum Ecclesiæ ministerium exhibentes, pluribus sacerdotiis, & beneficiis iniquissimè ditari. Apud Hispanos minimè derogationes illæ admittuntur, nec admitti co*suevere*. Imo superema Regis tribunalia, & qui regio nomine illic justitiæ ministerio præsunt, statim Apostolicas litteras examinan tes propter publicam utilitatem, earum executionem suspendunt, carumdem usum gravissimis poenit. & comminationibus interdicentes. Idem & apud Gallos testantur Petrus Rebiffus in præxi beneficiorum. 3. parte signatura, in ver. nec non jure patronatus. num. 12. & 37. Idem Rebiffus in tract. de nominationibus. 9. 15. num. 2. & Carol. Molin. in regul. Cancell. de infirmis resign. num. 32.

¶ Olim in his Hispaniarum regnis, multò antè Cæsar, qui nunc regnat, principatum, sumptemus Regis senatus, id maximè curabat, ut his derogationibus obviam ieretur in his beneficiis, & dignitatibus, quæ pertinent ad jus patronatus ipsiusmet Regis. Quod latè tractat Joan. Lupinus in tract. de benefic. vacant. in curia. §. 11. & 12. Ad id verò pertinet gl. in d. dilectus, de præbend. in verb. Regis. & alia multa, quæ nos explicuimus in regul. possess. de reg. jur. in 6. 2. part. relect. §. 10 num. 5. Sed & ipse Carolus Cæsar, Hispaniarum Rex, anno Domini M. D. XXV. Toleti pronunciavit, (hodie l. 5. tit. 6. lib. 1. Recopilat.) ac emisit in omnia Hispaniarum regna hoc decretum, ut nullus à summo Pontifice impetraret Apostolicas litteras ad dignitates, vel beneficia, quæ sunt Regij juris patronatus, aut impetratis utetur in derogationem consensus, ac præsentationes, quæ à Regi ipso postulanda est ad eadem beneficia obtinenda, idque gravissimis poenit. stabilivit, ejus consiliariis, aliquaque hujus Regni magistratibus præcipiens, ut diligenter observent, ne quid adversus Regium jus patronatus sit auctoritate litteratum Apostolicarum, quatum executio passim ea ratione suspenditur præmissa supplicatione ad ip-

sum summum Ecclesiæ Pontificem, ut ipse Christi vicarius auditis Hispanorum querelis, quod utilius Christianæ Republicæ sit, consultissimo suffragio decernat, candido amico expanderet, quantum interit Regia jura illæsa servari. Hoc ipsum fieri & idem regium editum injunxit in beneficiis matrimonialibus, quæ prævio examine incolis, & indigenis secundum cujasque eruditioem, mores, & doctrinam conferenda sunt in diœcesibus, Palentina, Borgensi, ac Calaguritana, cum ex immemoriali consuetudine, tum ex Sedis Apostolicæ privilegio, quod utinam ubique locorum obtinet, fieret utique ut Ecclesiis, & Sacerdotiis, ac divino cultui sanctiùs, & diligentius exhiberetur ministerium, demum anno Domini M. D. XLIII. Madricij idem Carolus Rex decrevit, (hodie l. 24. tit. 3. lib. 2. Recopilat.) idem servandum fore, quoties Apostolicæ litteræ fuerint obtentæ in derogationem cuiuscumque juris patronatus laicorum, aut in præjudicium illius juris, quod ex Romanæ Ecclesiæ privilegiis Cathedralium Ecclesiæ Collegia & Capitula obtinent, ad electionem doctorum vitorum in sacra Theologia, & jure Pontificio, ut quosdam Canonici obtineant. Qua ratione Philippus Caroli primogenitus, Anglia & Neapolis Rex, Hispaniarum Princeps, quo utilius edita parentis mandarentur executioni, summa cum sedis Apostolicæ veneratione nulla in parte ejus auctoritate læsa, quis esset in his controversis ordo servandus apud Regia tribunalia præscripsit anno Domini M. D. XLVIII, (hodie l. 24. tit. 3. lib. 1. Recop.) ac denique decrevit, præmittendam fore supplicationem ad summum ipsum Pontificem, ut interim Apostolicarum literaturum executio justiùs suspendi posset.

¶ Nos verò hoc in capite aliquot lectoribus quæstiones exponemus brevi quodam compendio, ad ea facilius intelligenda, quæ hac de re solent in proxim incidere, apud Regia Hispaniarum præatoria, illud præmittentes, Regia edita in hoc promulgata & decreta fuisse, ut quoties derogatio juris patronatus laicorum necessaria sit, & fiat tacitè, vel expressè, tunc supersidendum sit in executione litteratum Apostolicarum, & supplicatione ad summum Pontificem proponenda, ne derogatio ista effectum habeat. Sic & supersederi solet, atque interim suspeditur executio mandatorum, quæ dantur in derogationem aliorum jurium, quæ paulò antè commoravimus.

¶ Primum etenim illud queritur, an & Regiis editis utamur, ubi beneficia in curia vacaverint, & per summum Pontificem fuerint alicui collata, cum expressa derogatione juris patronatus laicorum? & sancè si vera sunt, quæ modò adnotavimus, erit locus in hac specie supplicationi ad Pontificem propoundendæ, & Regiis editis, quemadmodum & locus esset, si beneficium extra curiam vacaret. Nam beneficia juris patronatus laicorum minimè comprehenduntur sub illa reservatione, quæ statuta est jure communis in d. c. 2. de præbend. lib. 6. quamvis multa habeat illa reservatio privilegia, quæ tradit post alios Ludovicus Gomez. in reg. de triennali possess. quæst. 3. prim. num. 9. & ideo necessaria est specialis derogatio juris patronatus laicorum, ut collatio beneficij vacantis in curia valeat, siquidem jure reservationis valere non potest, ergo sicuti receptum est in his Hispaniis regnis, non esse admittendam derogationem juris patronatus laicorum, ubi beneficia extra curiam vacaverint, ita nec admittitur, nec admitti solet, quoties beneficia apud Sedem Apostolicam vacare contigerit, cum ad beneficia juris patronatus laicorum, nequaquam pertineat reservatio illa, quæ in d. c. statuitur. Sic Petrus Rebiffus in præxi beneficiorum in 4. part. signatura. in verb. & jure patronatus. num. 64. refert, quoad

quoad jus patronatus regibus competens, itatum fuisse ab Alexandro sexto per regulas Cancell. titul. de derogatione juris patronatus, quod ei nosquam derogetur, etiam expreßim, etiam si beneficia vacaverint in Curia. Staphilæus item de litteris gratia & justitia, fol. 54. colum. 1. asserit nosquam derogari juri patronatus Regum, etiam si beneficia vacaverint apud Sedem Apostolicam. Idem scripsit Joan. Monachus & alii in d. c. 2. Cardin. in c. præterea in prim. de iure patron. & in cons. 57. Felin. in c. nibil. 2. colum. de rescript. Joan. Lupi. de beneficiis vacant. in curia. §. 11. quod non solum obtinet in beneficiis juris patronatus regij, sed etiam in his beneficiis, quorum collatio ex privilegio ad Reges pertinet, aut ex præscriptione. Quæ quidem beneficia regalia dicuntur, & ea non confert Papa, etiam si in curia vacaverint, quemadmodum ipse Joannes Monachus, & DD. fatentur, ac Joan. de Selva. in tract. de beneficio. 2. part. quest. 23. Aeneas de Falconibus in tractat. de reservat. 3. quest. princip. num. 13. & Rebuffus in tract. de nominationsbus. quest. 15. num. 9. idem & idem erit si hæc beneficia pertineant ad præsentationem, vel collationem Ducum, Marchionum, vel Comitum ex ratione regul. 40. Cancell. quod ipse Aeneas à Falconibus asseverat. Sed si derogatio fiat juri patronatus laicorum quorumcumque, etiam si beneficia vacaverint apud Sedem Apostolicam. Idem passim servatur, cum idem juris in hoc casu obtineat, quod denique obtineret, si beneficia extra curiam vacarent, sicut superius explicatus. tametsi Joan. Staphilæus in d. tract. de litteris gratia, & justi. fol 54. testetur coniueisse Papam derogare juri patronatus laicorum, quories per obitum vacaverint beneficium apud Sedem Apostolicam. Hæc tamen derogatio apud Hispanos non admittitur ex his rationibus, quibus nec admitti solet, quando beneficia extra curiam vacaverint.

\* Similiter, si Beneficia patrimonialia, vel Canonicatus Cathedralium Ecclesiastum, q. i. Theologis Magistris, & juris Pontificij Doctoribus ex electione sunt conferendi, apud Sedem Apostolicam vacaverint, non facilè admittitur derogatio hujus privilegij, vel consuetudinis, nec recipitur summi Pontificis collatio in præjudicium Ecclesiastum, quibus maxima utilitas comparatur, si ad unum, & exactè jura ista serventur. Hoc ipsum comprobari poterit ex gloss. celebri in c. cum in Ecclesia. de præbend. lib. 6. quæ ad finem probat, hæc beneficia, quæ ex consuetudine Magistris, aut Doctoribus sunt conferenda, non comprehendunt sub reservationibus, nec sub litteris Apostolicis quæ expectativa dicuntur, cuius gloss. opinionem præter Doct. ibi sequuntur Ludov. Gomez. in tract. de expectativis. num. 9. Gaspar Perusinus in tract. de reservationibus. & Aeneas à Falconibus. in eo tract. quest. 3. num. 22. non tamen diffiteor opinionem istam dubiam esse, quoad hæc patrimonialia beneficia, & canonicatus propter verba illius reservationis, cuius mentio fit in d. c. 2. quæ adeò generalia sunt, ut & hæc beneficia comprehendere videantur. Properea lectorem admoneo hac in controversia, quod diligenter observet, quid præceptum fuerit, & quid sit Christianæ Reipublicæ, ac ministerio divino conducibilis, siquidem admodum conducat, hæc beneficia non comprehendunt ullos reservationibus.

Cæterum ad hanc reservationem, quæ beneficiis vacantibus in curia tractat, duo libet adnotare obiter, ne quis ejus vim propriam ignoret. Nam gloss. in c. statutum. de præbend. in 6. existimat, idem esse vacare beneficium in curia, & apud Sedem Apostolicam. Idem videntur DD. illic probate communiter, cum aliqui maximum sit inter hæc duo discrimen, plura siquidem beneficia vacant in curia, quæ non dicuntur vacare apud Sedem Apostolicam.

Idecirò erit observandum, quod Beneficia vacanta apud Sedem Apostolicam dicuntur vacare in curia, non tamen vacant apud sedem omnia illa beneficia, quæ dicuntur vacare in curia: vacant enim apud Sedem Apostolicam, & in curia beneficia illa, quæ reservantur in d. cap. 2. & in d. c. statutum, & in c. presenti. eod. tit. nempe per obitum contingente in ipsa curia Romana, vel inter duas diætas, vacant autem in curia, & non apud sedem beneficia, quorum resignatio fit in curia Romana, licet ille, cuius nomine resignatio fit, longè sit à curia remotus. Archidiaconus in d. cap. 2. gloss. optima in Clem. 1. ut lite penden. in verb. collatio. & illic Bonifacius conclus. 10. Patil. consil. 10. lib. 4. Pett. Rebuff. in præxi beneficiorum, c. de procuratore ad resignandum, num. 28. & omnes in d. Clem. 1. illius glossæ auctoritate, quam sequuntur Abb. in c. cum in cunctis. §. cum vero. de electo. Socinus cons. 112. colum. ultim. lib. 1. Felin. in c. ult. colum 5 de foro compet. & in hac specie idem notat Romanus cons. 342. cuius opinio, & responsum in illatione quadam licet placeat Ludovico Gomez in regul. de infirmis. quest. 30. & quest. 33. optimè tamen refellitur à Carolo Molinao in eadem regula de infirmis resignationibus. num. 103. Item beneficia familiarium & officialium Romanorum Pontificis, quocumque loco vacaverint, dicuntur vacare in curia. Thomas Fastolus dubio Rote 53. non tamen apud Sedem Apostolicam. Sic beneficia reservata, si vacaverint tempore reservationis, & ea nondum finita, vacare dicuntur in curia, non tamen apud sedem, quod constat ex Cald. cons. 9. tit. de præbend. sive vacaverint in loco à curia remoto, sive propinquo. Hanc sane distinctionem probat latè Ludovicus Gomez in reg. Cancell. de triennali possessore. q. 31. col. 1.

Sed quamvis hæc & reservatio Juris communis non includat, nec comprehendat beneficia juris patronatus laicorum, quoad tollendam patronorum præsentationem, bene tamen ea complebitur, quoad institutionem, quæ prælati competit. Nam illa petenda est à summo Pontifice secundum gloss. reg. Cancell. 40. ad finem. Cuius opinionem probarem ipse in Episcopatibus, Abbatibus, prioratibus, decanatibus, & aliis dignitatibus, quæ summo Pontifici reservantur per reg. 2. & 3. Cancell. in his etenim laici pattoni utuntur præsentatione, & eadem exhibere tenentur Romano Pontifici, non prælati inferioribus. At in beneficiis minoribus, si pertineat ad jus patronatus laicorum, vel alia ratione minimè comprehendantur reservationibus, præsentatio fieri potest apud Episcopum ordinarium, cum hæc beneficia excepta sint & exempta omnino à reservationibus, & idem nec quoad institutionem, nec quoad præsentationem sub eisdem continentur. Atque ita receptum est in beneficiis juris patronatus laicorum, quæ vacant mensibus Apostolicis, vel per obitum illorum, quorum beneficia Sedi Apostolice vel juri communi, vel regalis Cancelleriae, vel extravagantibus constitutionibus fuere reservata. Fit etenim præsentatio per patronum laicum Episcopo, & ab eo petitur, ac fit institutio juris ordine servato.

Secundò illud erit observandum omnino, ac menti tenendum, quod licet Ius patronatus originem habuerit ex patrimonio alicujus laici, fuerit tamen vel ab initio, vel postea donatione, testamento, aut alio quovis titulo in Ecclesiam translatum, aut in Collegium Ecclesiast. cum Canonicorum regularium, vel secularium, ita quod ad id Collegium pertineat præsentatio, dicitur planè hoc jus patronatus Clericorum & Ecclesiasticum, non laicorum, text. hoc probat satis aperte in c. unico. §. ultim. de jure patronati. in 6. notant idem Maria. Socin. in cap. de monach. de præb. ult. colum. Felin. in tract. quando littera Apostol. 6. limitatione. Cæsar Lambertinus in tract.

*de jure patron.* lib. 1. quæst. 1. art. 8. qui hoc ipsum expreßim asseverat non tantum, quoad privilegia, sed etiam quoad derogationem, quemadmodum tenet gloss. in verb. Ecclesiasticus. illic communiter recepta. d. c. unico. §. ult. idem responderunt in specie Paulus Paris. cons. 128. num. 19. & seq. lib. 4. Cæsar Lambertinus in d. tract. lib. 2. part. 3. quæst. 9. art. 20. qua ratione cum hoc jus patronatus, etiam quo ad derogationem censeri debeat Clericorum, & Ecclesiasticum, minimè pertinet ad hujus regni edita, nec sub illis continetur. Quo sit, ut reservatio juris communis, cuius mentio sit in d. c. 2. de prebend. in 6. in his obtineat beneficiis, quæ ad hoc jus patronatus pertinent.

Tertiò opportunè queritur, quid respondendum sit, ubi jus patronatus pertineat ad Clericum, simul & ad laicum. Nam & in hac specie, quoad derogationem hoc jus patronatus censeri Ecclesiasticum, tenent Rota in antiquis 166. Joan. Staphilæus de litteris grat. & just. fol. 54 colum. 2. quibus suffragatur gloss. in d. c. unico. §. ult. quæ censet, hoc jus patronatus propriè & verè dici Ecclesiasticum, & ut tale judicandum fore. Quam opinionem sequuntur Abbas in cap. de quarta. colum. 6. de prescriptione. Felin. in d. tract. quando littera Apost. colum. 4. Rochus Curtius in tract. de jure patr. in verb. ius quæst. 7. principal. & quæst. 1. accessoria. ac plerique alij. Nam & opinio glossæ communis est, que tamen procedit quoad privilegia, & commoda juris patronatus Ecclesiastici. Hæc enim ratione communionis sortitur patronus laicus, non autem damna, & incommoda. Et idem quoad derogationem, & reservationes verius est, quod hoc jus patronatus sit censendum jure laicorum, non autem jure patronatus Ecclesiastici, quemadmodum tenuerunt Frederic. consil. 66. scribens hanc opinionem communem esse. Panormitan. in c. ult. de jure patron. idem in cap. dilectus. de officio legat. Felin. & Rochus Curtius in locis paulo ante citatis. Gulielm. Cassador. decis. 7. de jure patron. Hieronym. Gigas de pensionib. quæst. 24. Batba. in d. c. dilectus. Dominic. & Franc. in d. cap. unic. ad finem. idem Felin. in c. nostra. cap. Corol. 38. de rescriptis. Cæsar Lambertus. de jure patron. 2. lib. 3. part. quæst. 9. artic. 9. Petrus Rebiffus in tract. de nominationib. quæst. 15. num. 7. Sic sane in hac specie clericus gaudet privilegio socij laici, aut potius laicus minimè patitur prejudicium, nec pati debet ex societate clericorum. Hoc etenim æquum est, quod in re individua non patiatur quis prejudicium ratione societatis, quæ illi cum altero communis est. Et ut præfens quæstio aliquis sit ambiguitatis, oportet constituere primitus, quod in hac communione clericus habet jus patronatus Ecclesiasticum ratione Ecclesiæ, non ratione patrimonij. Igitur cum in hoc calo hujus questionis quoad derogationes jus hoc patronatus laicorum sit, non clericorum, omnia illa sunt caute observanda, quæ jure communi, & hujus Regni consuetudinis, forensi usu, & Regiis edictis circa derogationem juris patronatus laicorum sunt statuta. Quod si jus patronatus ad laicum unum, & ad duos clericos ratione Ecclesiasticorum pertineret, ita quidem quod major pars ex duobus clericis, & potentius suffragium constaret quoad præsentationem, posset admitti hujus patronatus derogatio, quia major pars, quæ in præsentatione jura potiora obtinebit, huius conditionis est, ut derogationem admittere teneatur. Hujus conclusionis exemplum constitui potest, quando jus patronatus pertinet ad Decanum Ecclesia aliquus, & ad Priorum monasterij, & ad Petrum laicum. Qua in te opotest legere, quæ notat Lambertus. lib. 1. de jure patron. 1. quæst. artic. 7. num. 5. Nam ubi omnes patroni essent laici, non solet admitti derogatio in totum, nec in parte, nisi sub ea clausula, cum major patronorum pars conser-

ferint. Quo casu profectò non admodum necessaria est derogatio juris patronatus, siquidem præsentatus ab ea majori parte instituendus eset ab Episcopo, ut in hac specie admonet Petrus Rebiffus in practica beneficiorum. 3. parte signature, in verb. & jure patronatus. num. 56. qui num. 12. testatur apud Gallos admitti derogationem, quæ à summo Pontifice sit, juri patronatus laicorum, quoties minori numero patronorum derogatur, tametsi apud Romanam curiam passim derogetur juri patronatus laicorum pro parte dimidia secundum Staphilæum in tract. de litteris gratia, & justitia. fol. 55. colum. 2. quod nec apud Gallos, nec apud Hispanos admittitur. Igitur ubi major pars patronorum jus patronatus Ecclesiasticum obtinet, derogatio admitti poterit, quippe quæ minori numero patronorum laicorum fiat in effectu.

¶ Quartò frequentissime poterit dubitari, quid dicendum sit, † ubi laicus patronus, aut jus præsentandi per privilegium aut præscriptionem acquisierit. Nam in hac specie posse confetti beneficium per Papam, & valere collationem, etiam absque speciali derogatione, etiam si nulla mentio facta fuerit juris patronatus laicorum, & comprehendendi sub reservationibus, atque item à legato de latere Sedis Apostolicæ per institutionem & collationem alicui dari, probare conantur Frederic. consil. 65. Cardin. consil. 65. colum. 2. Dominic. consil. 45. colum. 3. Calder. consil. 19. tit. de jure patron. Alexand. consil. 74. lib. 4. col. ult. Nam licet illud responsum non fuerit Alexander. statim tamen subsequitur subscriptio Alexandri consil. 75. idem tenent Anton. Cardin. & Abb. in c. dilectus, de officio legat. Deci. in consil. 117. & 12. consil. 169. Aymon. consil. 63. num. 6. Joan. de Selva in tract. de beneficio. 2. part. quæst. 3. colum. 8. & 3. part. quæst. 11. colum. 18. Rochus Curtius de jure patron. in verb. honorificum. quæst. 3. num. 12. Hieronymus Gigas pensionib. quæst. 24. Felin. in tract. quando littera Apostolice. limit. 11. Rursus idem Rochus Curtius in verb. competens. quæst. 24. Gulielmus Cassador decis. 4. de jure patron. & decis. ult. eod. tit. & decis. 4. de probat. Cæsar Lambertus de jure patron. 2. lib. 3. part. q. 9. art. 25. & q. 8. artic. 3. ubi asseverat, hanc opinionem communem esse, idem Rochus, & alii juniores passim faciunt. Nec quæquam controvertit, haec sententiam frequentiori DD. suffragio receptam esse, vel ex eo, quod esset ratio, qua jura Pontificia prohibuerunt has derogationes, cum in hisce calibus nihil laici contulerunt in Ecclesiæ. Atque ita omnium consensu hæc opinio admittitur, sive jus præsentandi competit ex præscriptione, consuetudine, vel privilegio Papæ, tametsi Anton. in d. c. dilectus. ab aliis dissentiat, ubi laicus habet ex privilegio Papæ jus patronatus. Eamdem opinionem communem sequitur Joannes Staphilæus, de litteris gratia, & justitia, fol. 55. col. 1. & licet Joan. Imola in c. dilectus. de officio leg. existimet hanc opinionem communem non esse tutam, nec veram, quia laici adhuc abstinerent ab ædificandis, ac construendis, & doctandis Ecclesiæ, si viderent, passim derogari juri patronatus laicorum utcumque quæsito. Hæc opinio Imolæ posset procedere, ut laici allegarent, jus patronatus, & jus præsentandi sibi competere ex donatione, constructione, vel fundatione, & ad hoc probandum utuntur temporis cursu, ejusque præscriptione, pluribusque præsentationibus, ex quibus nulla probata fundatione, donatione, vel constructione probatio sufficiens constet ipsius juris patronatus legitimè acquisiti, juxta juris communis statuta, & tempore donatione, constructione, vel fundatione. Quemadmodum sensere Felin. Deci. Lambertus, & Cassador. in præcitatibus locis, alioqui opinio Imolæ omnium consensu refellitur. Ipse tamen quantum ad proxim attinet, duo, vel tria in hac questione adnotabo.

**P**rimum, in his Hispaniarum regnis minimè admittitur derogatio juris patronatus laicorum, à quibus non allegatur; nec proponitut temporis usus, vel præscriptio ad ipsius patronatus acquisitionem, sed ad ejus probationem, quasi temporis usu, plurimis que presentationibus probetur jus patronatus acq[ui]sitione fuisse non præscriptione, sed vel dotatione, vel constructione. Etenim in hoc casu non differt hoc jus patronatus, quoad derogationem ab illo, quod verè constat constructione, vel dotatione acquisitionem fuisse.

**S**ecundum, in jure patronatus Regio, nempè quod Regi competit, etiam quoad præsentationem tantum, ex privilegio, aut legitima præscriptione, adhuc non admittitur derogatio, quamvis ea fiat auctoritate Sedis Apostolicæ, aut per ipsum summum Pontificem expressim facta mentio Regiæ dignitatis. Imò nec consuevèt summi Pontifices his derogationibus uti propter Regiæ dignitatis celsitudinem. Idem erit in jure patronatus competenti alicui Duci, Marchioni vel Comiti. Nam & hi quoad derogationem Regibus pares censentur in regul. 40. Cancell.

**T**ertiò, in hac quæstione propter generalia verba edicti Regij & generalem hujus regni consuetudinem, fortassis non admitteret derogatio, quæ fit juri patronatus laicorum, consuetudine, præscriptione, aut privilegio acquisito. atque ita quandoque obtentum fuisse certò scio, tametsi nulquam in hoc Granatensi prætorio hac de re, quod ego sciam, fuerit controversial. Sic & in hac specie, has derogationes, etiam Apostolicas, non admitti apud Gallos asseverant Petrus Rebiffus in praxi b[ene]ficiorum. 3. parte signatura, in verbo. & jure patronat. num. 24. & Carolus Molinæus in regul. Cancell. de infirmis resignationibus. num. 34. & idem in Alexand. conf. 74. lib. 4. colum. ult.

**Q**uartò, est in hac quæstione observandum, quod in dubio jus patronatus præsumitur à laicis acquisitionem ex constructione, dotatione, vel fundatione. Nam his modis jure communi acquiritur, ea 3 de jure patron. cap. p[ro]l[oc]ementis. & ibi gloss. 16. quæst. 7. c. Abbatem. in secund. 18. q. 2. & hi modi æquipollent invicem, ut in eleganti casu tradit Gulielmus Cassador, dec. 6. de jure patronatus. atque idem in hoc debito, ubi de origine acquisitionis dubitatur, præsumptio jure constituta videtur, quod acquisitionem fuerit jus patronatus dotatione, constructione, vel fundatione, sicut explicat Panorm. per text. ibi in c. querelam. col. 3. de elecl. idem Panorm. in conf. 76. & 106. li. 2. & Cassador dec. 7. de jure patron. n. 6. sensit Cardin. conf. 69. quem legit. Nam & ejus responsum examinat optimè Cassador in d. dec. 7.

Quintò, principaliter quæritur, an Regia edita, & communis Hispaniarum praxis sit admittenda in eo casu, quo patroni, qui possident jus patronatus, & quibus ratione possessionis incumbit, & competit jus præsentandi, veri patroni non sint, & alijs verè hoc jus quoad proprietatem competat? Etenim in hac specie posse admitti collationem Romani Pontificis, & esse validam, etiam nulla facta mentione juris patronatus laicorum, atque idem non agi hoc in casu de tulla derogatione, asseverat Joan. Staphyl. de litteris gratia, & justit. fol. 66. fol. 1. auctoritate Card. in d. conf. 66. in 3. dubio. versic. sufficit enim. Sed dubio procul doctissimus Staphylenus fallitur, nec quidquam ejus sententiam coadjuvat ipsius Card. responsum, utitur sanè Staphylæus ad probationem hujus conclusionis hac argumentatione; De laicis, qui sunt in possessione juris patronatus, & præsentandi, non est necessariò facienda mentio ad derogationem, quia patroni non sunt, sed tantum jus habent præsentandi ex possessione, nec item de veris patronis, ex quo per litteras Apostolicas eis non sit præjudicium,

quoad præsentationem, quæ ipsi, licet sint veri patroni, non competit, sed possessoribus. igitur non est in derogatione hujus juris patronatus necessaria mentio alicujus patrōni laici. Imò nec in hoc casu juri patronatus laicorum derogatur, nec aliquod laicis patronis præjudicium sit unde omnia cessant, quæ jure communi, & edictis Regis circa derogationem juris patronatus laicorum fuere statuta. Hæc verò argumentatio palam deficit ex eo, quod licet non sit facienda mentio ad derogationem validam juris patronatus laicorum de ipsis veris patronis, sicut narrat Felin. in d. tract. quando littera Apostol. limitat. 9. ex responsu Cardin. necessariò tamen fieri debet, & sufficit, si fiat de ipsis possessoribus juris patronatus, quibus ratione quasi possessionis competit jus præsentandi. Quod in specie tradit Cardin. in d. consil. 19. ad finem. quem sequitur Lambertinus de jure patron. 2. libro 3. parte. quæst. 9. art. 23. & Deci. in conf. 117. & idem multa in hujus opinionis confirmationem adducit in conf. 163. ex capitul. consultationibus de jure patronat. ubi gloss. elegans communiter recepta latè Rochus Curti. de jure patronat. in verbo competens quæst. 19. idem Dec. conf. 127. Imol. col. fin. & Ripa colum. pen. in c. cum Ecclesia Sutrina. de caus. poss. latissimè Cæsar Lambertin. 2. lib. de jure patronat. 1. parte, q. 3. apud quos plura tractantur hac de re, quæ nos obiter alio in loco adduximus, & hac in parte non temerè omittimus. Ex quibus mihi satis constat, esse necessario facienda mentio in hac derogatione ipsis laicorum, qui jus patronatus possident, licet alij veri patroni sint, de quibus uon est facienda mentio interim, & dum possessores jus illud, quo ratione & causa possessionis sibi jure datur, conjuncti & per sententiam condemnati nondum amiserint. Deinde semel constituto jure patronatus, ubi verus patronus alter sit à possesso, fieri nequit, quin vel vero patrono, vel possessori per derogationem præjudicium fiat. Nam si omnia quæ à Doctoribus traduntur, exactè & ad amissim examinentur, competit lector, vel possessori, vel voto patrono jus præsentandi competere. Si quidem ubi possessor vel causa male fidei, vel quia per sententiam convictus est, non habet jus præsentandi, verus patronus admittendus est omnino ad præsentationem, nec privari debet jure præsentandi, ut docet optimè Lambertinus in d. quæst. 3. art. 7. quidquid alij absque ulla ratione scripserint. Igitur quoties patroni laici possessoris mentio necessaria non est, erit profectò necessaria mentio veri patroni laici, & idem in casu hujus quæstionis non est admittenda opinio Staphylæi, nec differt hæc species ab aliis, in quibus patronis laicis non debet fieri præjudicium, & in quibus derogatio juris patronatus laicorum praxi, & consuetudine minimè admittitur.

**S**extò ad eamdem rem itidem controvertitur an sit admittenda derogatio juris patronatus laicorum, & collatio beneficij facta pe. summum Pontificem absque patroni laici præsentatione, ubi beneficium erat apud Curiam Romanam litigiosum, & Gulielmus Cassado. dec. 3. titul. ut lite pendente probare conatur, posse summum Pontificem absque consensu patroni laici conferre beneficium vacans in curia, si illic erat litigiosum eo tempore, nec requiri hoc in casu expressam derogationem juris patronatus laicorum, nec aliquam ejus rei mentionem, quia patronis laicis non habentibus in hac specie jus præsentandi, ut verè ipsi non habent, nullum præjudicium sit. Atque ita scribit, in Rotæ prætorio pronuntiatum fuisse. Hanc opinionem itidem tenet Ludovic. Gomez. in reg. Cancell. de impetrant. per obit. famil. Cardin. quæst. 8. num. 7. Horum auctorum ea est potissima ratio, quod lite pendente apud summum Pontificem inter duos super aliquo beneficio, non est

est ab inferioribus habentibus aliquo*qui* jus conferendi vel eligendi, procedendum ad electionem, vel collationem, sive uterque litigantium, sive alter tantum moriatur in Romana Curia, juxta distinctionem text. in Clem. I. *ut lite pendente* & in cap. I. & 2. eod. titul. lib. 6. ergo si inter duos praesentatos à patronis discordibus lis tractetur apud summum Pontificem, sive uterque moriatur in ipsa Romana Curia, sive alter illic, vel alibi, patroni non possunt praesentare, nec habent tunc jus praesentandi. Qua ratione collatio à summo Pontifice facta nihil eorum iuri derogat, & idem non obstante consuetudine, & praxi Hispaniatur, atque regijs edictis admittenda videtur. Nihilominus ulterius est hac de re inquietandum, ne quem forsitan decipiatur generalis admodum, & indefinita conclusio à praecitatis auctoribus probata, oportet enim aliquot casus distinguere ad hujus questionis apertiorum intellectum.

¶ Primus casus constituitur, quoties lis tractatur in Curia Romana inter duos praesentatos à patronis discordibus super eadem presentatione, nondum secuta institutione. Et tunc, etiamsi uterque moriatur Romæ, non est locus constitutioni Clement. prim. *ut lite pendente*, nec dicitur vacare beneficium in curia, nec est illius collatio summo Pontifici reservata, quia nondum erat per collationem jus illis acquisitum in beneficio, nec ulla vacatio beneficij datur glo. ab omnibus recepta in d. Clem. I. verb. collatio. in prin. ubi eleganter Bonifacius num. 47. & Collectari. in r. accedens de concess. probend.

¶ Secundus casus contingit, ubi lis tractatur in Curia Romana inter duos praesentatos, & institutos, ac lite pendente uterque moriatur Romæ, vel possessor beneficij Rome, aliter extra curiam: tunc sanè in iure patronatus Ecclesiastico obtinebit reservatio, quæ fit in d. Clem. I. at in iure patronatus laicorum illa reservatio locum non habet, sicut nec alia, quæ traditur in c. 2. de probend. in 2. & idem quæ superiorius de illa diximus, erunt & in hac specie adhuc quoad edita Regia observanda. Nec quidquam urget tex. in c. 1. & 2. *ut lite pendente*. in 6. quia jam est lis finita per mortem utriusque litigantis, & ea ratione vacat omnino beneficium, ac poterit patronus liberè praesentare, unde si conferatur beneficium à Romano Pontifice ex hac vacatione, necessaria est derogatio juris patronatus laicorum expressa; imò in his Hispaniarum regnis ex praxi & consuetudine, atque regijs edictis sepe sedebitur hujus collationis executioni. Illud verò, quod diximus, item esse finitam per mortem utriusque, ita quidem ut ex tunc collatio, vel praesentatio fieri possit iure ordinario, probat tex. elegans in d. Clem. I. *ut lite pendente*. in prima ejus parte unde Gulielmus Castador. & Gomez. non videntur questionem in hac specie tractasse.

Tertius quandoque lis agitur in curia Romana inter duos praesentatos à patronis discordibus, & alter tantum morte obierit Romæ, vel alibi; nam hoc non refert quantum ad decisionem modò proponendam, & in hoc casu quidam existimant, pendente lite, non posse patronum etiam laicum alium praesentare, quia impeditur auctoritate tex. in d. c. 1. & 2. *ut lite pendente*. lib. 6. Hujus opinionis auctores sunt Lapus allegat. 22. Calderi. conf. I. *ut lite pend.* & conf. 18. ne iure patron. Dominic. & Franc. in d. cap. I. Quotum opinionem asserit communem esse Rochus Curtius de iure patron. in verb. honorificum. q. 23. Ludovi. Gomez. in regul. de subrogandis collig. q. 13. quam & ipse probare videtur in d. c. 2. ibi praesentetur ac tandem eadem ratio persuadebit fortassis ad hoc, quæ datur ad prohibitionem electionis, & collationis, quæ planè prohibentur in d. cap. I. & 2. Sed ex adverso aliis placet patronum laicum, etiam pendente lite posse alium praesentare vel accu-

mulando, vel variando, quoties institutione secuta non est presentationem ab eo factam, quia licita est laicus intra quatuor menses variatio, nec libertas ista late pendente tollitur, & idem non obrinet hoc in casu prohibitio: quæ fit in d. c. 1. cum illic tractetur de electionibus, & collationibus, in quibus non est variatio jure permitta, imò expectandus omnino est litis eventus. Sic sane opinionem istam tenuerunt Cardin. in c. pastoralis q. ult. de jure patron. Joan. Andr. in d. c. I. *ut lite pendente*. in 6. Idem alij sensere, quos sequitur, scribens hanc opinionem communem esse Cesar Lambettinus in jure patron. 2. lib. I. part. 6. quest. art. 12. qui respondet ad textum in d. c. 2. esse intelligendum in presentationibus patronorum, etiam laicorum, quas secuta fuerit institutione, aut saltē quoties ex duobus presentationis alter fuerit jam institutus; nam & possessionem adeptus est, ut illic expressum probatur. Quo casu non licet pendente lite variate, nec alium praesentare, etiam patronis laicis, ut probatur in dicto capitulo secundo. His accedit quod Bonifacius in d. Clem. I. vers. tercia conclusio asseverat illum textum non procedere in presentatione, quæ tribuit jus ad rem nondum secuta institutione. Et idem tenet gloss. ibi cuius paulò ante nos meminimus. Nam & idem Gomezius in dicta regula, de subrogandis. q. 6. propter rationes Bonifacij, dubius est in hac controversia. In qua ipse considero potissimum rationem, cui verè, ac propriè innuitur posterior hæc sententia, nempe quod licita sit patronis laicis variatio intra quatuor menses, & idem lite pendente non impedian tur alium è litigantibus praesentare. Quam rationem falsam esse probare conabor ex eo, quod sola ipsis litis pendentes controversia impeditat patronorum presentationem. Ergo sive praesentatus fuerit institutus, sive nondum habuerit institutionem, non poterunt patrōi pendente lite praesentare. Consequens evidentissime constat, si verè litis pendentes ratio impedimentum praeslet presentationi. Antecedens vero probatur ex decisione textus in d. c. 2. Nam si praesentato, & instituto lite pendente mortuo, non licet patrōi, qui illum praesentaverat, alium praesentare, cessante omnino per mortem presentatione & institutione, planè sola lis presentationem impedit, quia ea non pendente, tunc liberè patronus non tantum laicus, sed & Clericus potuisset praesentare etiam absque privilegio variationis. Igitur praesentatio ratione litis pendentes impeditur, atque ita sit, ut parum referat, quod patronis laicis sit variatio permitta, cum & aliquo ubi propter obitum praesentati & instituti eis licet praesentare, propter litem pendente, praesentatio sit prohibita, ut probatur in d. c. 2. ex quibus opinor in hac questione veriore esse, & magis communem sententiam Calderini, cui non obstat ratio illa, quæ deducitur à iure, & permissione variandi, quæ laicis patronis conceditur, quia hæc variatio lite pendente impeditur, ne litigia protogari contingat in dispendium Ecclesiarum propter novos aduersarios, qui malitiosè interdum petitoribus subiugantur. Sicut Romanus Pontifex asseverat in d. c. 2. Hæc enim ratio universalis est, & in utroque casu locum habet. Forsan adhuc quispiam pro contraria opinione illud conabatur adducere, quod d. c. 1. & 2. impedian tur collatio, electio, & praesentatio, quæ sunt ratione mortis, vel cessionis lite pendente contingentis, non tamen illic impedian tur electio vel praesentatio, quæ fieri possit ex iure ante item motam competenti, ut tensit Bonifacius in d. Clem. I. versic. 3. conclusio. & ita versis. octava conclusio. & gl. in regul. Cancell. 27. in alia questione. Sed si quis ad amissim expenderit rationem illam, qua urit summus Pontifex in d. c. 2. *ut lite pendente*, lib. 6. planè competet, illic prohiberi pendente lite collationes, elec-  
tiones,

etiones, & præsentationes, quæ fieri alioqui poterant, etiam utroque superstite litigante, non tantum illas, quæ fieri possunt propter mortem alterius litigantis, vel ejus cessionem, & sic jure post litem motam competenti. Et enim si fiat adhuc electio ex jure competenti ante litem, & ante mortem alterius litigantis, superest judicium cum superstite, quod vult Pontifex summus finiri absque eo, quod nova electione alter constituatur illi adversarius & idem utroque casu prohibita videtur electio, vel præsentatio; siquidem ex illa novus datur superstite collitigatio; Id ipsum deducitur ex procœmio d. regul. Cancell. 27. de subrogandis collitig. ubi Ludovicus Gomez, quæst. ult. hanc opinionem probare videtur, dum examinat Bonifacij conclusionem. Præsertim quod, & si vera sit Bonifacij opinio, & idem liceat pendente mortuo, vel cedente altero litigante, possit quis acceptare beneficium ratione, & titulo litteratum Apostolicarum, non ut vacans per obitum, vel cessionem litigantis, nec ex jure illius, nec ex causa mortis, vel cessionis, sed ex eo, quod ante litem competebat acceptanti jus ad illius beneficij consecutionem. Quod & plures alii probant per ipsum Ludovi. Gomez, citati, nihil hoc conductit contra communem opinionem, nec ex hoc sequitur, patronum laicum posse præsentare pendente lite inter præsentatos nondum institutos, quia etiamsi illi licet variate intra quatuor menses, non tamen licet pendente lite inter præsentatos jus illud, quod jam alteri concederat, vel variando, vel cumulando, vel subrogando, alijs dare, novumque litigantem constitueret, cum hoc sit jure prohibitum in d. c. 1. & 2. etenim in acceptatione beneficij, quæ ante litem competebat, non tractatur de jure litigantis, vel mortui, vel cedentis acceptanti tradendo. Unde si pendente lite patronus, sive Clericus, sive laicus, qui nondum præsentaverat, velit præsentare, & præsentet alium à litigantibus, justè hoc facit, nec sit ulla fraus Canonibus, cum hic patronus utatur suo jure, quo nusquam fuerat usus, nec illud in aliquem ex litigantibus transtulerat præsentando vel eligen- do, aut conferendo. Sic sanè mortuo altero ex litigantibus, vel cedente, aut denique quovis casu, etiam utroque litigante superstite, poterit patronus intra tempus, quo licet illi variare, aut cumulare, collitigantem præsentare, quem nondum præsenta- verat. Quod Rochus Curt. fatetur, nec negat Lambettin. in d. art. 12. ad fin.

¶ Non obseruit gloss. in d. Clement. 1. ut liceat pendente, cum illa vera sit, & procedat, ubi uterque litigator Romæ morte obierit, & sic quoad vacationem in curia, quemadmodum superius explicuimus in hac q. vers. primus casus.

¶ Quartus ad hanc questionem constitui poterit casus in decisione regulæ Cancellariae, quæ de subrogandis collitigantibus statuta est, nempe, ubi liceat pendente inter duos præsentatos à patronis discordibus, alter morte obierit an possit auctoritate summi Pontificis absque consensu patroni laici, qui defunctum præsentaverat, collitigator subrogari? & Ludovi. Gomez. in d. reg. de subrogand. collitigant. q. 6. & q. 23. ex conclusione communi proxime tradita probare conatur, posse subrogari collitigantem, nec distinguit patronum laicum ab Ecclesiastico, imò indistinctè hoc asseverat. Et profectò, ubi cessaret omnino suspicio fraudis in patroni laici lesionem, & collitigator fuerit præsentatus à vero patrono, quamvis discordi præsentationi, admittenda erit subrogatio facta, juxta regulam Cancellariae, non enim edita Regia, & Hispaniarum consuetudo videntur, hanc subrogationem impediere, quæ dubio procul in curia Romana æquissima, ac justissima censebitur.

¶ Quintò ad idem ferè subjicitur casus ille, quo auctoritate summi Pontificis mortuo altero litigante

subrogatus exterus quidam, sive tertius à litigantibus, non denique ipse collitigator, & ea subrogatio sit absque consensu patroni laici. Et in hac specie faciliter admittetur subrogatio apud Curia Romana prætorium propter auctoritatem summi Pontificis, & opinionem illam, quam in princ. hujus quæst. adduximus. Atque ita Ludovicus Gomez. in præcitatibus locis in ea est sententia, ut opinetur, summum Pontificem liberam habere collationem beneficij litigiosi, quoties id vocaverit, quia & si sit juris patronus laicorum, ipsi laici pendente lite non possunt præsentare. Et idem prius responderat Gulielmus Calsad. in d. dec. 3. ut liceat pendente, à quibus libenter simè ipse quæsictum, quanam ratione beneficium litigiosum in Curia Romana fuerit ipsius Pontificis collationi reservatum, ubi alter litigantium morte obierit; nam ubi uterque mortuus fuerit, quid tunc sit dicendum, superius scripsimus in hujus sextæ quæstionis initio. Et sanè non aliter mihi poterunt respondere, quæ vel tatione litis pendente in Curia Romana, vel quia illuc apud sedem Apostolicam per obitum, jus alterius litigantis vacaverit. Priore quidem ratio nihil aliud jure probat, quæ patronos, etiam laicos, electores, collatoresve ordinarios non posse lite pendente apud Sedem Apostolicam beneficium conferre, aut ad id præsentare, vel eligere. tex. opt. in d. c. 1. & 2. ut liceat pendente, & in d. Clem. 1. eod. tit. 2. part. nec tamen ex hoc sequitur judici per ea jura reservationem aliquam summo Pontifici, tametsi posset ipse hanc reservationem, sicut & alias, nova legge lata constituere: & in licere. Quod evidenter conitat in d. Clem. 1. ubi probatur, mortuo altero litigante, sive is fuerit possessio, sive petitor, causam esse ad finem usque prosequendam, ut tandem sententia lata p. o jure mortui, collatio pertineat ad Papam, si mors illa contigerit in curia, alioqui ad ordinarium, si extra curiam morte obierit. Ergo manifestum fit, tatione litis pendente in curia non induci aliquam reservationem, cum mortuo litigante altero extra curiam, causa sit ad finem usque examinanda, ut Episcopus ordinarius conferat beneficium illud, si pro jure defuncti contra superstitem fuerit pronunciatum. Posterior autem ratio tunc obtinet, cum alter ex litigantibus, cui ex eventu litis appareret jus competit, mortuus fuerit in curia, & idem hæc reservatio inducit ex c. 2. de præbend. in 6. quod in beneficiis spectantibus ad jus laicorum non obtinet, quemadmodum hoc in capite probavimus. Igitur appetat pendente lite inter duos præsentatos à patronis discordibus, sive secunda fuerit institutio, sive non jure ordinatio, aut jure reservationis alicujus, cum hæc non afficiat beneficia juris patronatus laicorum, non posse summum Pontificem, nisi expressim juri patronatus laicorum deroget, mortuo collitiganti tertium quendam subrogare. Quod si dixeris, in hoc casu hanc derogationem juri patronatus laicorum esse admittendam, etiam sine mentione juris patronatus laicorum, quia laici patroni pendente lite in Romana Curia inter præsentatos non habent jus præsentandi, & ideo præjudicium non sit: profectò facilis est responsio ex d. Clem. 1. ut liceat pendente, qua constat, pendente lite in Romana Curia mortuo altero litigante non posse beneficium interim conferri, sed expectandum esse litis eventum, ut si pro mortuo lata fuerit sententia, & is extra curiam obierit, fiat collatio ab ordinario. Ergo Romanus Pontifex præjudicaret ordinario, si interim loco defuncti alium substitueret, & subrogaret, sicuti aperiisse illa constitutio exponit, dum in ultima parte admonet, posse nihilominus Papam, si ipse velit, hoc præjudicium ordinario interrogare, & ejus collationem impediere.

¶ In his vero beneficiis quæ pertinent ad jus pa-  
tronatus

tronatus laicorum, vel clericorum etiam mortuo altero litigante, vel liti cedente, cause, & controversiae definitio expectanda est omnino ad effectum, ut si pronuntiatum fuerit ad defunctum beneficium pertinuisse, vel neutrum, tunc fiat presentatio ad beneficium illud per patronos, ut omnino vacans glossa insignis, & illic ab omnibus probata in d. c. 2. ut lите pendent. lib. 6. in verb. finita. Quod & text. ille probat, & deducitur ex d. Clem. I. eod. tit. unde pendente lite inter presentatos non currit patronis tempus ad presentandam, atque ita inibi glossa præcitat satis in specie definire videtur, & post eam Joannes Andreas col. pen. Cardin. in oppo. post 9. quest. in cap. 3. de jure patr. Idem Joannes Andreas in cap. cum vos. de officio ordi. Cæsar Lambertinus in tract. de jure patron. 2. part. q. 1. art. 9. n. 16. & n. 14. quorum opinio vera est, & aequitati potissimum accedit.

¶ Ex his ergo deducitur, collationem beneficij, apud curiam Romanam litigiosi, mortuo utroque litigatore, vel subrogationem altero mortuo, summo Pontifice factam absque ulla mentione juris patronatus laicorum, ad quos id pertinebat, minimè valete, atque ideo, ut collatio, vel subrogatio valida sit necessariam fore derogationem expressam juris patronatus laicorum. Quæ quidem derogatio apud Hispanos admitti non solet, ut non semel admonuimus, ideo hac in re oportet diligentissime cavere atque expendere ne ulla fraus fiat. Nam summus Ecclesiæ Pontifex hisce de rebus consultus non permitter ita passim patronorum laicorum jus tolli, & quandoque proflus abrogari.

¶ Septimo queritur de beneficijs & pertinentibus ad jus patronatus, & presentationem alicujus fraternitatis laicorum, qui solent causa pietatis collegia quædam constituere, que Hispani cofradias appellamus, de quibus ipse tractavi questionem quandam in c. officiis. num. 12. de testament. Nam & horum laicorum jus patronatus Ecclesiasticum esse, & censeri, quoties fraternitas, seu Collegium adhæret aliqui Ecclesiæ, à quo nomen accipit, & titulum, ut Fraternitati S. Petri & S. Michaelis in urbe Tolaterna, probare conatur Cæsar Lambertinus de jure patronat. lib. 1. q. 1. art. 10. numer. 4. idem ante ipsum tenuerat Hieron. Paul. in tract. Cancell. fol. 41. versu. in causa mea majoricensi. Qui loquitur in specie de jure patronatus competenti laicis magistris Fabricæ alicujus Ecclesiæ. Ergo verò censeo, hoc jus patronatus, & ei simile non esse Ecclesiasticum, sed laicorum.

Nam etiamsi hoc Collegium causa pietatis constitutum adhæret, & sit affixum alicui Ecclesiæ, ipsi tamen, ex quibus Collegium, & Universitas constat, & ad quorum voces, ac suffragia presentationis, laici sunt omnino, & ad hanc Universitatem laicorum presentationis pertinet, non ad Ecclesiam, nec ad aliquam Ecclesiasticam dignitatem. Sic sanè aliquot alijs rationibus adductis hanc opinionem veram esse censet Felinus in tract. quando littera Apostolica, limitatione 4. & Rochus Curtius de jure patronat. in verb. jus. q. 7. q. 3. accessoria. numer. 17. unde omnia, quæ convenienter juri patronatus laicorum, erunt planè applicanda, & aptanda huic juri patronatus competenti fraternitatibus laicorum, etiamsi hæc collegia adhærent alicui speciali Ecclesiæ. Atque ideo apud Hispanos non admittuntur derogationes, quæ fiunt in prejudicium presentationis, quæ ad hæc Collegia pertinent.

¶ Octavò, ad eamdem controvësiam alia subditur dubitatio, & an ubi apud Sedem Apostolicam fuerit facta permutatione beneficiorum, & ejus causa secuta sit collatio à Romano Pontifice obtenta sine consensu patroni laici, possit patronus laicus conqueri ratione hujus tacite, vel expressæ derogationis? quia in questione posset examinari difficultis illa disputatio, quæ solet expendi, an permutatione absque

consensu patroni facta, vel eo non vocato, sit nulla ipso jure, vel eo contradicente per sententiam rescindenda. Quam equidem questionem tractavere Feder. in tract. de rerum perm. qu. 30. & illic Lupus in addito. Panormit. in c. cum dilectus. de jure patron. item in c. significatum. de probend. Imol. in c. ult. col. 8. de rerum perm. Felip. in c. cum Bartolus col. 5. de re jud. idem in c. quoniam. col. 4. in princ. ut lite non contest. Rot. in novis. 307. Jo. And. & Franc. in c. uno. de rerum perm. in 6. Abb. colum. 4. & Felin. n. 19. c. cum accessissent. de constitut. Dec. conf. 224. Jo. Lup. in rubr. de donat. inter vir. & uxor. §. 22. colum. 3. Domin. conf. 50. Challa. conf. 17. Aymon. conf. 28. Joan. Staphyl. de litteris grat. & just. fol. 56. col. 2. Roch. Cur. in tractat. de jure patronat. in verb. honorificum. q. 3. omnium latissimè Cæsar Lamb. de jure patron. 2. lib. part. 1. quest. 6. art. 6. Panorm. in q. 5. n. 7. vers. item apertus. Petrus Rebuffus in praxi beneficiorum. 3. part. signatur in verb. & jure patronat. num. 40. & in c. de perm. num. 21. Nos tamen eam modo missam facimus, cum solum sit hoc in loco agendum de derogatione, quæ sit juri patronatus laicorum. Omnes etenim convenient in hoc, quod ubi permutatione facta sine consensu patroni laici, vel Ecclesiastici, vel ipso jure, vel per sententiam rescindenda est, si patronus intra tempus datum ad presentandum istam contradicendi causam expoluerit. Justitia verò hujus cause ad hunc effectum ex eo tantum constat, quod permutatione non fuerit facta propter urgentem Ecclesiæ utilitatem. Hæc siquidem justificat permutationem absque patroni consensu factam quod in hæc utilitas maxima Ecclesiæ deficiat, non erit satis permutationem factam absque patroni consensu non esse in Ecclesiæ damnum, neque ex ea nullum Ecclesiæ prejudicium imminere, quia evidens utilitas ad hoc exigitur ipsius quidem Ecclesiæ, sicuti late deducit ex pluribus auctoribus Lambertinus in d. art. 6. num. 30. & num. 38. ubi majorem utilitatem exigit ad hoc, ubi Ecclesia habeat patronos laicos, quam ubi pattoni sint Ecclesiastici. Cui distinctioni non admodum refragabor, nec ita strictè causæ necessitatem, aut utilitatem exigam, modo illud constet, non aliter hanc permutationem invitis, & contradictientibus patronis validam fore, quam si ea facta sit in Ecclesiæ magnam utilitatem. Id etenim videntur DD. concedere, praesertim Panormit. in d. cap. cum dilectus. Cardin. in Clement. unic. quest. 4. de rerum perm. & idem in repetit. cap. quasitum. de rerum perm. q. 36. & 37. Egidius Bellamerus dec. 181. & alij plerique ex modo civitatis, quorum opinio ex eo potissimum admitti debet, quod & multi constanter asseveraverint, permutationem factam absque patronorum consensi nullam esse ipso jure, & id indistinctè, atque indefinibile probant Calderi. conf. 1. de rerum perm. Egidius Bellamerus dec. 179. & Paulus de Citadinis in tractat. de jure patronat. 6. part. art. 9. quest. 52. Stephan. Cajetan. in repetit. cap. ult. de elelio. in 6. col. 20. tametsi frequentiori consensu, & communiori sententia receptum sit ex auctoritate Rotæ & Frederic. permutationem factam absque consensu patroni Ecclesiastici vel laici, non esse nullam ipso jure, sed per sententiam posse rescindi, patrono ex justa causa contradicente intra tempus datum ad presentandum, secundum Rochum Curtium in d. verb. honorificum. q. 3. & Felin. in tractat. quando littera Apostol. noceat patronat. ampliatione 9. quo in loco minus diligenter asseverat, ex hac opinione communis posse deduci, quod valeat permutatione beneficij juris patronatus laicorum facta Romani Pontificis auctoritate, etiamsi nulla fiat mentio ipsius juris patronatus laicorum, nec specialis derogatio. Nam permutatione beneficij juris patronatus laicorum facta in

in curia Romana summi Pontificis auctoritate, non præmissa mentione juris patronatus laicorum, est nulla ipso jure in casibus, in quibus apud Episcopum, & Ordinarium esset nulla, & deinde per sententiam erit rescindenda, quoties foret judicis sententia infringenda, si facta fuisset apud Ordinarium inferiorem, quemadmodum jure probatur, & explicat optimè Cæsar Lambertinus de jure patron. 2. lib. 3. part. q. 9. art. 12. & Franciscus Pavinus in tractat. de potest. ca. sede vacante. 2. q. 2. quæst. principalis, versic. adae etiam, quod non valet. idem probat Lopus allegatione 96. n. 4. scribens, permutationem beneficij juris patronatus laicorum factam in curia absque expressa mentione, & derogatione juris patronatus non valere, & esse subreptitiam atque ita pronunciatum fuisse a Gregorio XI. à quo numquam potuit quidam Cardinalis obtainere, quod ex causa permutationis fieret derogatio juri patronatus laicorum.

§ His denique præmissis, quod attinet ad beneficia, quæ pertinent ad jus patronatus Regium, expeditissimum est in his Hispaniarum regnis, non admitti permutationem, etiam auctoritate summi Pontificis factam, etiamsi in specie derogetur juri patronatus Regio, nisi Regis consensu huic derogationi, ac permutationi accesserit. Idem practici ex edito Regio, & consuetudine respondebunt in aliis beneficis pertinentibus ad jus patronatus laicorum quorumcumque in his casibus; quibus non potest permutation fieri eis contradicentibus, & ideo vel sit nulla, vel per sententiam rescindenda. Nam derogatio, quæ in hoc casu fit juri patronatus laicorum, minimè admittitur, ne fiat præjudicium presentationi, quæ patronis jure competit, & facillime tolleretur per varias ac frequentes permutationes absque eorum consensu aliqui permittendas. Sic sanè Carol. Molin. in reg. cancell. de infirmis num. 32. scribit apud Gallos non admitti has permutationes quæ sunt etiam auctoritate Apostolica, de beneficiis pertinentibus ad jus patronatus laicorum, tametsi multa ipse Carolus hac in quest. addiderit, quæ vera jure non sunt, nec tuta quidem cum nimis derogent summi Pontificis potestati. Vnde cautissimè sunt examinanda, quæ modo ad hujus questionis examen, & decisionem adduximus; siquidem ex his satis constat, quando necessaria sit derogatio juris patronatus laicorum ad eorum consensum, aliqui necessarium, omnino excludendum, & an sit admittenda in his Hispaniarum regnis. Quod si post scientiam hujus permutationis patronus laicus intra tempus datum à jure ad presentandum, non contradixerit, receptum est frequentissimo DD. judicio, permutationem validam fieri. Patrono autem contradicente, an possit ipse presentare, vel clericus qui ex causa permutationis renunciaverit beneficio, in id beneficium restitui, tradit Lambert. de jure patr. lib. 2. art. 1. q. 6. n. 49. post Domin. in c. nemo deinceps de elect. in 6. col. 4.

¶ Eadem ratione non admittuntur apud Hispanos permutationes, quæ sunt ab his, qui obtinent canonici, & præbendas illas Cathedralium Ecclesiarum, quæ ex litteris Romanorum Pontificum & Tridentini Concilij decreto, Magistris: aut Doctoribus sacram Theologiam, aut jus Pontificium profitentibus per electionem sunt conferenda. Nam etiam auctoritate Romani Pontificis permutation fiat, supplicatio ad Pontificem proponitur, & supersedetur executioni litterarum Apostolicarum propter publicam, & evidenter utilitatem. Sic sane permutationes istæ minime admittantur.

Didaci Covarr. Tom. I I.

tur in beneficiis, quæ patrimonialia dicuntur in diœcesib. Palentina, Burgensi, & Callagurritana. Quod expressum Regio Caroli Cæsaris editio cautum fuit anno M.D.LVIII. [hodie l. 22. tit. 3. lib. 1. Recop.]

¶ Nonò ad eadem Regia edita, & derogationem juris patronatus laicorum illud palam pertinet, quod nec per simplicem resignationem, nec item illam, quæ in favorem alterius strictè, & previa conditione fit, admittenda est, nec jure admitti debet collatio beneficij juris patronatus laicorum absque eorumdem consensu, quemadmodum satis jure constat, & adnotavit Deci. conf. 224. col. 2. post Innoc. in cap. ultim. de renunciat. Abb. in c. significatum de præbend. ubi Imol. col. 1. idem Abbas. in c. de multa. col. 4. de præb. Roch. de jure patron. in verb. honorificum q. 3. Lamb. 3. l. q. 5. art. 5. & nos alibi tractavimus. Quod si ex causa simplicis renunciationis fiat absque patroni laici consensu per summum Pontificem beneficij collatio, cum speciali derogatione juris patronatus laicorum, præmissa supplicatione ad Pontificem, querela defertur ad Regia præatoria, & illic litterarum Apostolicarum executioni supersederetur, sive sit jus patronatus Regium, sive alicujus laici privati. Et idem fit in beneficiis patrimonialibus & canonicibus qui per electionem sunt Theologiam; & jus Pontificium profitentibus conferendi. Alioqui facillimè præsentationibus quæ patronorum laicorum, & veteribus Pontificum Decretis, ad quarundam diœcesum circa beneficia patrimonialia privilegiis, & æquissimis consuetudinibus fieret præjudicium.

¶ Decimo præter ea, quæ jam explicuimus, suboritur & de pensionibus questio. Et enim † ex 10 beneficio juris patronatus laicorum penso jure constitui potest è summo Pontifice, absque ipsius patroni consensu, quia per hanc pensionis constitutionem nulla læsio datur, nec contingit patrono, quoad jus præsentationis, ut expressum tradit in hac quest. Petr. Rebuffus in præb. beneficiorum, in 3. part. signatura, in verb. & juris patronat. n. 28. & 48. Latius Hieronymus Gigas in tract. de pensionib. q. 23. cuius rationes in hoc tendunt, ut constet, posse constitui pensionem ex beneficio juris patronatus laicorum absque patroni consensu in omniib. casib. quib. ex aliis beneficiis jure constitui potest. Sed & potissimum adducit ipse Hieronymus Gigas textum in c. pen. de jure patron. de quo probatur, posse rectorem alicujus Ecclesiæ prætentare aliquem clericum absque patroñi consensu, ut sacris ordinibus donetur ad titulum illius beneficij, nempe ad hoc, quod ex redditibus percipiat alimenta, & sibi vitium necessarium. Hæc vero inducione minimè sufficiens est, si exactè consideremus verum intellectum textus in d. cap. pen. Nam ubi Rector beneficij absque patroni consensu clericum aliquem præsentaverit ordinandum ad titulum illius beneficij, mortuo rectore, ejusdem successor à patrono præsentatus, & ab Episcopo institutus non tenetur ex redditibus beneficij clericu à rectore præmortuo præsentato aliquid dare. Estet enim tunc gravis læsio ipsi patrono, cui competit jus præsentandi, si ab eo ad beneficium vocans præsentatus onus hoc subire teneretur. Sic sanè Panormitanus col. pen. post gloss. & alios ibidem intellexit text. in d. cap. penult. cui equidem interpretationi & illud accedit, quod licet rector Ecclesiæ possit absque patroni consensu vicarium temporalem, vel ad vitam ipsius rectoris constituere. gloss. in cap. ad hac offic. vicar. & ibi DD. Henric. Abb. & alij in d. cap. penult. Cardin. in Clem. unic. quest. de offi. vicar. Nochus de jure patron. in verb. honorificum

*fici. q. 3. Cesar. Lambert. de jure patron. lib. 3. q. 5. art. 7. tamen non poterit idem rector absque consensu patroni, etiam auctoritate Episcopi perpetuum vicarium ad Ecclesie ministerium eligeret, quemadmodum sentiunt præcitatæ Doctores, & in specie tenent Cardin. in d. q. 12. Panorm. in d. c. pen. col. ult. & Lambert. in d. art. 7. Ergo ex his deducitur, non esse levis momenti læsionem istam, quæ patrono infertur ex eo, quod beneficium, ad quod ipse jus habet præsentandi, efficiatur obnoxium solutioni pensionis annuaæ, & ideo necessarius erit patroni consensus, nec sufficiet rectoris voluntas, ut pensio perpetua, scilicet ad vitam pensionatij solvenda, constituantur super eodem beneficio. Derogatur etenim juri præsentandi, si redditus beneficij, ad quod præsentatio competit, fuerint diminuti: Vnde in hac quæstione quinque erant adnotanda.*

Primam, quod sit necessaria mentio specialis juris patronatus laicorum in litteris Apostolicis, in quibus pensio constituitur ex redditibus beneficij juris patronatus laicorum. Qod probat Hieronymus Gigas in d. tract. de pensionibus q. 24 quo in loco sentit, in his pensionibus constituendis aliquantulum derogari juri patronatus laicorum, cum alioqui non esset necessaria pensio, quam ipse Gigas in hisce litteris Apostolicis requirit.

Secundò est observandum, non admitti apud Hispanos constitutionem pensionis in his beneficiis & dignitatibus, quæ pertinent ad jus patronatus regium, nisi ipsiusmet Regis consensus accepterit summi Pontificis concessioni, & pensionis constitutioni. Idem & apud Gallos exacta diligentia servari tradit Carol. Molin. in regul. Cancell. de publicand. resignat. n. 226.

Tertium, quod in hac controversia tractari potest, pertinet ad alia beneficia, quæ censentur, & sunt juris patronatus laicorum privatorum. Nam ubi pensio constituitur à summo Pontifice causa dirimendæ litis, quæ Romæ tractabatur inter duos præsentatos à patronis discordibus, justa videri potest pensionis constitutio, etiam sine consensu laici patroni, ex his quæ diximus superius, *hoc in capite. q. 7. vers. 4. in aliis vero casibus non solet summus Pontifex pensionem constituere, nisi ex causa permutationis, renunciationis, vel similis actus: in quibus derogatio non admittitur in his Regnis Hispaniarum in damnum & læsionem juris patronatus laicorum.*

Quartò quoties pensio in titulum beneficij datur, & constituitur, etiam per Romanum Pontificem, ex redditibus beneficij pertinentis ad jus patronatus laicorum, tunc omnia sunt examinanda & censenda, ut censeri, & judicari debet ipsumsum principale beneficium, tam quoad derogationem, quam quoad alia, quæ solent in quæstionem incidere. Quod notat Hieronymus Gigas in d. q. 23. ad finem. text. opt. in d. c. pen. de jure patr. Nam licet pensio, ut frequentissime constituitur loco beneficij in stipendum pauperum clericorum, secundum Gomez. in regul. de annali possefore. q. 21. non sit propriè beneficium, tamen ubi constituitur in titulum beneficij, cum onere alicuius ministerij Ecclesiastici, tunc beneficium propriè dicitur, & leges consequitur beneficij Ecclesiast. ut not. Card. in Clem. I. §. eadem de suppl. neglig. prelato. tradit Hieron. Gigas de pension. q. 1. quibus accedit optima gloss. in Clem. ult. in verb. quodcumque, de vita & honest. cleric. cuius meminit Joan. Staphylæus de litteris gratia, & justitiae. fol. 107. col. 2. & sen-

sit idem fol. 22. text. opt. ubi Panormit. in c. conquerente. de clericis non residentibus. Igitur in constitutione hujus pensionis, quæ in titulum beneficij datur, absque patroni laici consensu, palam derogatur juri præsentandi, & ideo quæ vel jure communi, vel consuetudine, aut Regiis editis sunt inducta, circa derogationem juris patronatus laicorum, itidem erunt observanda, & in hac pensionis constitutione.

Quintò illud est satis expeditum, quod in beneficiis patrimonialibus nulla pensionis constitutio apud Hispanos admittitur, cùm ea tendat in maximum gravamen clericorum patrimonialium, quibus beneficia illa sunt secundum dignitatem doctrinæ, & morum liberè, & absque ullo onere conferenda. Idem erit in canonicatibus, qui conferri debent ex veteri instituto, Magistris, & Doctoribus. Atque ita passim receptum est, idque deducitur ex Regio edito, quod de patrimonialibus beneficiis decretum fuit anno Domini M. D. XLIII. [ hodie l. 24. tit. 23. lib. I. Recopil. ] Nec vidi unquam à summo Pontifice pensionem ex his beneficiis constitui nisi causa litis dirimendæ, quæ absque ulla fraude inter electos, aut institutos tractabatur. Qua in re oportet diligenter inquirere, & examinare, ne ulla fiat veteribus hujus Regni privilegiis, antiquis institutis, & jure legitimo inductis consuetudinib.

¶ Undecima quæstio † ad uniones pertinet, quæ quandoque fieri solent auctoritate Apostolica vel ordinaria. Nam per Episcopum uniri non potest beneficium aliquod alteri absque consensu illius, qui habet jus conferendi, eligendi, sive fit patronus Ecclesiasticus, sive laicus, quemadmodum probatur ex glos. in verb. rector. & illic Abbas Card. oppositione 3. & qu. 14. in Clem. ult. de reb. Ecclesie. Abbas, col. 2. & alij in c. cum accessissent. de constitutionibus Soc. conf. I. col. 2. lib. 3. Roch. de jure patron. in verb. honorificum, quæst. 3. Decius in conf. 174. col. ult. Lambert. de jure patron. lib. 3. q. 6. art. 2. tamen fatetur post alios, posse hanc unionem fieri auctoritate summi Pontificis, modò fiat expressa mentione juris patronatus laicorum, quoties per unionem tollitur jus præsentandi, aut eidem derogatur. Et hæc est communis opinio. Quo fit, ut in litteris Apostolicis, quibus Ecclesia juris patronatus laicorum ita unitur alterius. Quod juri præsentandi derogatio fiat, eadem sint omnino observanda, quæ jure Pontificio, praxi, & consuetudine, atque Regiis editis observanda sunt, & observari solent in derogationibus quæ fiant juri patronatus laicorum, sic etenim vel ratione subreptionis aut supplicationis ad summum Pontificem proponendæ obviam iri poterit damno, & læsioni, quæ patronis laicis ex unione Ecclesiarum, quoad jus præsentandi, contingere possunt.

¶ Duodecimò adnotandum est diligenter, nullum fieri patronis laicis gravamen, nec ullum damnum dari, etiam quoad præsentationem, † ubi summus Ecclesie Pontifex electum Episcopum instituerit, aut confirmaverit, cum retentione beneficij alicuius, quod is obtinet, & alioqui proximè vacaturum erat per consecrationem, juxta cap. cum in cunctis de electis. Nam etiamsi hoc beneficium pertineat ad jus patronatus laicorum, cum nondum vacaverit, poterit Papa etiam absque speciali derogatione, & expressa mentione dispensare, ut electus illud obtineat simul cum Episcopatu, nec per hoc derogatur juri patronatus laicorum, quia patronus non habet præsentandi jus quoad effectum, donec beneficium vaca-

vacaverit: Papa vero impedit, per dispensationem vacationem illam, & ideo nullam lesionem patronis infert, nec juri presentandi derogatur, quemadmodum probant Rota 331. in novis. Fel. in tract. quando litterae Apost. noceant patron. limitat. 5. Joan. Staphyl. de literis gratia & justitia. fol. 56. versio. quartus & ultim. Roch. Curt. in verb. honorificum. 4. q. principal. Caesar Lambert. de jure patron. 2. lib. 3. part. quest. 9. art. 19. & licet Aretin. & quidam alij ab eis citati contrarium scripsierint, afferentes hanc dispensationem non esse validam, nisi expressa fiat mentio juris patronatus laicorum; praedicta opinio verior est, & magis communis, ex qua constat, hanc dispensationem validam esse, etiam si generaliter fiat nulla adhibita, nec adscripta mentione juris patronatus laicorum. Quibus quidem laicis nulla in hac specie lesio ex hoc contingit, nec eorum juri patronatus derogatur, atque ideo multa cessant, quae sunt de derogatione juris patronatus laicorum alioqui statuta.

¶ Hac vero scripsimus, ut facilius & commodius percipere quis valeat, quae in hisce controversiis Regij consiliarij passim in praxi hactenus observaverint, & obseruent, non quod arbitremur, vel in minimis executionem litterarum Apostolicarum impediendam fore. Hoc etenim & Catholica Regia maiestas animo Christianissimo exhorret, multisque legibus & editis praecavendum esse omnino censuit, poenisque decretis puniendos esse frequentissime constitutens mandatorum Apostolicorum transgressores. idemque sollicitè ac diligenter apud Regia Hispaniarum praetoria pium Regis zelum exequentes quotidie conamur efficere: in aliquot tamen casibus, quibus haec Respub. existimat, & experimento cognoverit, maximè laedi, & multorum hominum suggestionibus, falsisque precibus gravari, per supplicationem multis nominibus obsequientissimam ab ipso sanctissimo Pontifice remedium sperantes.

## CAPUT XXXVII.

De pascuis, & de jure pascendi, tam lege juris communis, quam ratione servitatis constitutæ.

## S V M M A R I A.

- 1 Habens in aliquot oppidis Iurisdictionem, an habeat aliquod jus in pascuis publicis ratione ipsius jurisdictionis?
- 2 Agri privati dominus an possit eundem agrum pratum efficere, & constituere?
- 3 Quidquid nascitur in agro privato, etiam absque labore & industria domini, ad ipsum omnino pertinet.
- 4 An liceat privatis in agro proprio novellare?
- 5 Dominus agri privati liberè potest mutare ejusdem agriculturam.
- 6 Agri communis duabus civitatibus an possint ab altera earum coli, si per hanc culturam impediatur communis pastus, altera minime consentiente?
- 7 Vicus exemptus à civitate an retineat jus pascendi, quod ante exemptionem habebat in territorio?
- 8 Quid in agris communibus, cultis tamen præscriptione temporis efficere valeat?

**M**Emoria teneo, in his, quæ hactenus scripsimus aliqua de jure pascendi, de pascuis Didaci Covarr. Tom. II.

publicis, ac privatis, adnotasse, obiter quidem, & præsertim lib. 1. variar. resol. c. 17. num. 11. & in regul. possessor. de reg. jur. in 6. 2. relect. parte. §. 3. num. 2. quibus etiam multa addi possent, quædam hoc in capite adjicere constui, ut facilius tractatus iste de jure pascendi examinari valeat: non ignarus quam latè pareat hac de re disputatio. Illud sanè præ ceteris est observandum, t̄ quod dominus alicujus civitatis, villa, vel castri habens in his locis jurisdictionem civilē, etiam & criminale, nullum habet ex hoc jure dominium in pascuis publicis illius territorij, intra quod jurisdictione utitur, & uti potest. Hæc enim pascua ad universitatem pertinent, & sub ejusdem universitatis domino censentur. 1. in tantum. §. universitatis de rerum divis. 1. omnes in 2. de operibus public. 1. dum virum, C. de decurion. 1. omne territorium. C. de censibus Regia 1. 4. tit. 28. pars. 52. & in hac specie tradidere optimè Stephanus Bertrandus conf. 1. lib. 3. col. 2. & 3. & idem conf. 37. lib. 1. & rursus conf. 75. lib. 2. num. 15. ex Hostiens. & Joan. Andr. in cap. nimis. de jurejur. Matth. de Afflict. in constit. Neapol. Rubr. 85. num. 8. Petrus Avendanii in tract. de exequen. mandat. cap. 4. num. 20. tametsi dominus habens jurisdictionem possit uti pascuis publicis, ut habitator, incola illius loci, si illic habitet, secundum Bertrandum, eo tamen numero pecudū, qui sit arbitrio boni viri moderatus juxta territorij & pascuorum qualitatem, ita quidem, quod maximè sit attendenda vicinorū aliorū, & ciuiū hac in re lesio: sicuti præcitati auctores latius explicant, post Alberic. in 1. Imperatores, ff. de servit. rust. pred. & in 1. si testatrix §. 1. ff. si servit. vend. Quis vero dicatur propriè incola, idem Bertrandus docet conf. 57. lib. 2. alios ad hoc adducens, & Avendan. in d. c. 4. n. 20. text. opt. in d. 1. 4. & in 1. cives. C. incol. lib. 11. 1. Lab. ff. ad municipal. 1. 2. C. ubi senator. vel clariss. 1. cum scimus. C. de agris, & sensib. lib. 11. 1. mulieri. ff. quibus modis ususfr. amitt. notat Bald. in 1. 1. col. 1. ff. de statu. homin. Fel. in c. quoniam. de offic. ordinat. n. 3. Capol. in 1. 2. ff. de verb. signif. n. 21. ubi Bartol. & alij, est tamen omnino cavendum, ne incolarum nomen latè in hac specie assumatur propter præjudicium, & damnum, quod alioqui veris immiseret habitatoribus. Sed & Jurisconsultus incolæ definitionem tradit in 1. pupillus. §. incola. ff. de verb. signif. ubi Alciat. Dec. conf. 283. Abb. in c. ult. de parochiis. & Socinus latè in conf. 129. lib. 1. col. 4.

¶ Est denique apud Hispaniarum auditoria ex forensi usu receptum, posse dominum alicujus oppidi ratione jurisdictionis, quam illic habet tot propria animalia in pascua publica mittere, quot possunt duo incolæ & habitatores, quibus lege, vel moribus plura immittere licet, ad hoc vero adducunt practici auctoritatem Collectarij in c. ad quastiones, de rerum permutter. numero. 5. qui scribit militem habitantem in aliquo loco debere consequi ex communii usu civium duplam utilitatem 1. Imperatores. ff. de servit. rusticor. predior. & ut videas, lector candide, quæ portenta praxis ex pravo, ac difficulti quorundam judicio induxit, expende, obsecro, Jurisconsulti locum in d. 1. Imperatores. nihil omnino ad hanc rem pertinere: ut tandem Collectarius absque ulla auctoritate propriam sententiam scripserit. Nam & textus in 1. 2. C. de pascuis public. lib. 11. id tantum probat, quod militibus, qui actu militiae operam dant, permittatur, pascuis publicis uti ad aleandos proprios equos militares, & quod ad hoc deputetur locus ex pascuis publicis congruus, & sufficiens.

Qua ratione palam sit, militibus etiam actu militantibus non licuisse præter equos militares propria pecora in pascua publica mittere, nisi & in eo loco sint veri habitatores, & tunc ea lege, qua ceteri habitatores utuntur. Vnde omnino falsa est opinio Collectarij. Sed & si ea foret, planè obtineret in militibus, qui actu Reipublicæ servient, cujus ministerij causa plura consequuntur milites privilegia: quæ non sunt extendenda ad altos, qui, et si nobiles sint, non tamen militare ministerium Reipublicæ præstant, præsertim quod & possunt multi dominum, & jurisdictionem aliquius oppidi habere, qui tamen nobiles non sint. Et ideo evidenter constat perperam à practicis Collectarij opinionem probatam, receptam, & in usum forensem deductam fuisse. Nam quod Baldus scribit in *l. precibus. Cod. de impub. numer. 30. Alexand. in l. centurio. 5. col.* & illic Soc. & alij ff. de vulgari tenentes privilegium datum jure militibus quoad testamenta, & substitutiones, etiam competere dominis oppidorum, & urbium habitibus jurisdictionem: vel est falsum prorsus, vel intelligendum in Principe, aut in eo, qui jurisdictionem habet, ac simul potestatem derogandi legibus, & juri communi: quemadmodum apparet ex ratione per Bal. tradita: & ex *l. pen. C. de don. inter vir. & uxor. quam ipse Bald. adducit*, arque ita explicat Lancelot. Galiaula in *d. l. centurio. col. 9.*

Sed & in hoc tractatu de pascuis publicis, opportunè illud erit inquirendum, quid jure respondendum sit de his, † qui proprios habent agros, & eis dominium speciale distinctum à domino publico, & universali: an collectis frugibus & fructibus possint prohibere concives, & alios habitatores, & incolas, ne propria animalia in eos agros mittant ad pascendum herbam illic sua sponte nascentem. Et sanè herbam istam communem esse, nec posse hæc pascua prohiberi à privato domino fundi post collectos fructus, interim dum agri vacant à semine, ac frugibus, asserunt Chassanæ. in *confuetud. Burgund. Rubric. 13. §. 2. vers. quaro quid operentur. numer. 2, & §. seqq. numero. 4.* & Avendanius in *trat. de manda. exequ. c. 4. numero. 24. ex decisione, & auctoritate Joannis Fabri in principales. Institutiones de lege Fusia Caninia.* Quorum ea est potissima ratio, quod possit quis facere in alieno fundo quod ei prodest, & domino fundi non nocet. *l. 2. §. 1. de aqua pluvia aroenda.* Sensit idem Roderic. Zuares in *allegat. 15. vers. item quia.* Imò ipse doctissimus Avendanius scribit ex eadem ratione non posse quem in propriis, ac privatis agris, & fundis prata constituere quæ Hispani *dehesas* dicimus. Citat hujus opinionis auctorem etiam Matth. de Afflict. in *constitutionibus Neap. Rubr. 85. numero. 8.* qui tamen tractat quæstionem istam, sed aliam longè ab ea differentem: nempe an dominus habens in aliquot oppidis jurisdictionem, possit saltus, & prata ad sui commodum efficere, non quidem in agris propriis, & in quibus dominium privatum habet; sed in agris totius territorij civibus, & incolis quoad usum publicum communibus, quos baldios dicimus. Alioqui non magis hoc tractaret Matth. de Afflict. de domino volente hoc facere jure jurisdictionis, quam de quolibet privato. Maximè quia domini habentes jurisdictionem, & vasallos, solent constanter sibi hoc jus, & hanc potestatem asserere, incolis subditis contrarium vendicantibus & afferentibus ipsius territorij usum quoad pascua, nemora, arborefque cædendas communem esse ipsis: non proprium

domini, nisi quoad jurisdictionem: quod tradit Bernard. in *d. conf. 1. A conf. 37.* & legibus Partitum probatur.

Jure denique communi multis rationibus probari poterit, quod in propriis ac privatis agris dominus possit constituere prata, & *dehesas*, eosdemque agros reducere ad pascua, omissis aliis fructibus quos ex ipsis agris eorumque cultura solebat percipere.

Primo: quia hoc nullibi fuerit jure prohibitum. Nec enim locus aliquis adducitur à praecitatibus auctoribus ad contraria conclusionis probacionem. Nam quod Faber scribit, & refertur à Chassanæ, profecto nihil ad rem istam pertinet. Atque ideo lectorem admoneo, ut penset maturè quæ ab aliis traduntur, priusquam ex his obscura, & dubia quæque deducat. Sit etenim verum quod Faber adnotavit ( nec enim modò revellam ejus opinionem ) non indè sequitur quidquam contra eam sententiam, quam hac in disputatione constituimus examinare. Quia dominus privati agri vult ejus culturam præmittere, & illum reducere ad pascua, ad fructum ex herbis percipiendum, tradito jure pascendi annuatim in conditionem. Quo quidem casu si vicinus eo invito, & gratis nullo dato pretio herbeæ, quæ pecunia estimari solet, velit animalia propria immittere in eum agrum pascendum dubio procul damnum infert domino ipsius fundi. Quod auctore ipso Fabro, non licet, & ideo is pro nobis est: cum ex ejus ratione constet, non posse vicinum mittere propria animalia in agrum alienum ad pastum, quoties fit hæc missio cum jactura, & damno domini, qui agrum possidet: posse verò hoc fieri, cum nullum præjudicium ex hoc fit agri domino. Vnde si quis proprium agrum colit ad fruges, & messes percipiendas, tunc collectis frugibus, nullum ei damnum fit si mittantur in fundum animalia ad pascendum herbam natura illic nascentem, quam nec ipse agri dominus vendituras est, nec vendere consuevit. Atque hæc est Fabri mens in hoc tantum referenda, quia nullum domino agri fit præjudicium: & ideo ubi aliquod præjudicium agri domino fieret, non possent animalia mitti ad pascendum, ex sententia Fabri.

Secundo, quia jure communi absque ullo privilegio potest quis habere dominium prati, in quod nemini licet domino invito animalia mittere ad pastum, *l. pratum. & ibi gl. ff. de verb. significatione.* Qua ratione dominus hujus agri potest herbam falce secare, cum & in hoc constet illius agri fructus ad ejus dominium pertinens textus optimus ad hanc rationem in *l. 1. 2. 3. Cod. de pascuis publicis & privatis.* ubi probatur, posse privatos jure communi habere prata, quorum herbam conductoribus vendere licet. Idem deducitur ex gl. in *d. l. 1. in verbo, privata.* Igitur herba & vati agri ad eum pertinet, qui dominium ejusdem habet. Ea siquidem est in fructu: atque ideo legari, vendi, & donari poterit. text. & ibi omnes, in *dict. leg. pratum.*

Tertiò, constat ratio ex eo, quod jus pascendi in alieno agro & privato acquiri potest jure servitutis per vicinos. *l. 1. l. 3. l. 4. & 5. ff. de servitute rustic. prædior. l. 9. tit. 21. part. 3. fatentur omnes, qui de servitutibus scribere.* Ergo nemini licet propria pecora in alieno agro pascere, alioqui frustra de ea re imponeretur servitus. Qua quidem argumentatione utitur Joannes Corafius in *l. 1. ff. de servitute. n. 137.* facit ad hoc ratio Jurisconsulti in *l. 5. ad leg. Aquil.* ubi permittitur domino agri expellere ab